1605





Calvinus

IVSTI BARONII

VETERACASTRENSIS SS. THEOLOGIÆ ET I.V.D. Illustrissimo Archiepiscopo Moguntino à consiliis.

PSEVDOIVBILAEI VVITTEBERGENSIS ADVERSVS ÆGIDIUM Hunnium, atque infelicem Magistrum eius Lutherum:

LIBER SINGVLARIS.

RECENS EMENDATVS, AC MEMORIÆ S.D.N. CLEMENTIS VIII. Pont. Max. consecratus.

S. Ambros. Epist. 31. ad Valent. Imperat.

NON ERVBESCO CVM TOTO ORbe longæuo conuerti, verum certè est, quia nulla ætas ad perdiscendum sera est. Erubescat senectus, quæ emendare se non potest. Non annorum canicies est laudanda, sed morum. nullus pudor est ad meliora transire.

MOGVNTIAE,

APVD IOANNEM ALBINVM.

ANNO M. DCV.

S. Auguſt. Soliloq. cap. 33.

GRatias tibi ago illuminator & liberator meus, quoniam illuminaſti me, & cognoui te. Serò cognoui te Veritas antiqua, ſerò te cognoui Veritas æterna.

BEATISSIMO SANCTISSIMOQVE IN CHRISTO PATRI ET DOMINO, CLEMENTI VIII. PONTIFICI OPT. MAX.

IVSTVS BARONIVS VETERACASTRENSIS.

COGITANTI mihi sępè numero, BEATISSIME PATER, quibus potissimū medijs & remedijs à fide Catholica aberrantes, deq; ea pessimè instituti, ac imbuti (quales in primis hodie *Caluiniani* ac *Lutherani* nostri, obstinatissimū hęreticorum genus) à perniciosissimis errorum suorum pręjudicijs libe-

rari, & vel tenui aliquo veritatis gustu imbui possint, solet in mentem venire illius Episcopi apud [a] *Augustinum*, qui à matre huius adhuc *Manichæi* rogatus, *Vt cum eo colloqui, & refellere errores ipsius disputando dignaretur, noluit*, respondens: *Eum adhuc esse indocilem, quod inflatus esset nouitate hæresis illius, & nonnullis quæstiunculis iam multos imperitos exagitasset: sed sine* inquit, *illum ibi, & tantum roga pro eo Dominum, ipse legendo reperiet, quis sit ille error, & quanta impietas.* Idq; ne sine ratione dixisse videretur, suo ipsius exemplo confirmauit, addens: [b] *Se quoq; paruulum à seducta matre sua datum fuisse Manichæis, & omnes penè*

[a] *Li. 5. cōfess. ca. vi.*

[b] *Ibidem*

non

non legiſſe tantum, verũ etiam ſcriptitaſſe libros eorum, ſibiq́; apparuiſſe nullo contra diſputante & conuincente, quàm eſſet illa ſecta fugienda, itaq́; fugiſſe. Ac ſane ipſe *Auguſtinus* ſaniori poſtea mente donatus, prudens hoc & ſalutare conſilium agnouit.[c] *Duo* inquit, *quædam maxima, quæ incautã illam ætatẽ facile capiunt, per admirabiles me attriuere circuitus, quorum eſt vnum* familiaritas, *neſcio quomodo repens quadã imagine bonitatis, tanquã ſinuoſum aliquod vinculũ multipliciter collo inuolutum. Alterum quod quædam* noxia victoria *penè mihi ſemper in diſputationibus proueniebat, differenti cũ Chriſtianis imperitis, ſed tamen fidem ſuam certatim, vt quiſq; poſſet, defendere molientibus. Quo ſucceſſu creberrimo*

[c] *Li. de duab. anim. cont. Manich. c. 9.*

gliſcebat adoleſcentis animoſitas, et im-petu ſuo in peruicaciæ magnum malum imprudenter vergebat. Hæc de diebus errorum ſuorū[d]. *Princeps Theologiæ*[e], *Illuſtrißim⁹ Latinorū Doctor* Auguſtinus, *quē quinta Synodus conſecrauit.* Cui⁹ exemplo ſi mihi quoq; pro facto iam aliquandiu experimento hæreticis emendandis lucri faciēdiſq; remedia præſcribenda forent, nunquam vel rarò p̄ſentem conflictum ſuaſerim, ſed priuatam potius lectionē, meditationem, & aſſiduā diuini numinis Inuocationem, quæ in hoc choragio ſi vſquā aliâs, *primas, ſecundas & tertias* verè ſola obtinet. Quoniam e-

[d] *Iac. Vorago, Epiſcop. Ianuenſ. in tractat. de. libris S Auguſtini.*

[e] *Oecum. Synod. Florent. ſeſſ. 7.*

nim, vt elegãter *Agrippa* apud [f] *Philonẽ*, *Omnibus* inquit, *mortalibus à natura inditus est amor patriæ, & legum patriarum religio, & cuiq; sua etiamsi non sint, videntur honestissima, nimirum quæ affectu magis quàm ratione iudicantur à singulis*: Fit vt palã disputantes, & tanquam in theatro (sic enim pleriq; interpretantur) pro totius vitæ labore, proq; nominis sui gloria & æstimatione propugnantes, maiorem sæpè famę quàm veritatis rationem ducant, & quæ rectissimè etiam ab aduersario dicũtur, pudore tamẽ vel superbia, ne inferiores aut causa aut industria videãtur, rideant, subsannẽt,

[f] *Philo. de legat. Alex. ad Caium.*

reſpuant,adeoq; à veritate extorres maneāt. At quæ priuatim legimus, ſine rubore addiſcimus,& noſtro poti⁹ acumini quàm alienę dexteritati adſcripta libenti⁹ admittim⁹. Quo cuniculo ſenſim irrepēs veritas, quotidianis incremētis lætā tandem victoriam aſſequitur. Quamobrē præclariſſimè de humano genere mereri putādi ſunt ij,qui miſſis priuatarū concertationū duellis(neceſſitati ac ſingulari opportunitati neutiquam pręſcribo) publicis fidei expoſitionibus inſiſtunt, ſcriptoquè magis erudire hæreti-

cos.

ços, quàm verbo exaſperare ſatagũt. Quo in genere ſi dicã PATER SANCT[me]. quam iã pridem gloriã multa præclariſſima ſeculi hui⁹ lumina mereantur, quæ immẽſa bonitate Deus ad confundẽdos *Babylonicæ* turris architectos tãto numero accẽdit, vt priſca illa ſecula, patrũ fętura clara præ hac copia & vbertate ſterilia fermè atq; obſcura videãtur:

[g] *Ante diem clauſo cõponet veſper olympo.* [g] *Virgil. 1. Aeneid.*

Siue etenim oculos conuertamus ad reginam gentium *Italiam*, ſiue ad *Hiſpaniam* & *Galliam*, ſiue ad *Germaniam* & *Belgiũ*, ſiue ad alias Chriſtiani orbis latiſſimas prouincias, tanta ſe

doctissimorũ vbiuis scriptorum messis offert,

[b] Catull. ad Lesb. 7.

[b] *Quã magnus numerus Libyssę arena*
Laserpit feris iacet Cyrenis.

Sed ne ego hic catalogum Doctorũ ţexã, prę̧teriẽs multos, cõmemorabo paucos, & ex paucis doctiss[os]. & ex doctiss. Illustriss[os]. te te CÆSAREM BARONIVM SORANVM, te ROBERTVM BELLARMINVM POLITIANVM: nobile par *Cardinaliũ*, nobile par Theologorũ, Historiæ, fidei, Iuris factiq; consultissimos Patres, [i] *duo luminaria magna* huius seculi: quorum indefessa pro domo Dei solicitudo & pietas, admirabilis doctrina & virtus,

[i] Gen. 1. 16.

vber-

vberrim⁹ deniq; in reuocãdis lapsis atq; Ecclesia Dei restituenda prouentus,[k] fremente licet ac dirũ rugiente inuidia,

[l] *Tãtum alios inter caput extulit omnes,*
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

O quis digna se laude assecuturũ speret, elaboratissima vestra atq; [m] *ære perenniora monumenta?* Quæ cum nunc passim tanquã [n] *Phidiæ simulachra* in arce totius mundi posita habeamus, superuacanea fortè nõ immeritò mea aliorumq; inferioris notæ scriptorũ in religionis cõtrouersiis illustrãdis opera censeatur. Verum hic primus mihi vindex [o] *Augustinus.*

[k] *Ioa. Rainold. de Idolol. Ro. Eccl. & in Thesib. 6. de S. scrip. & Eccl. passim.*
[l] *Virg. Ecloq. 1.*
[m] *Horat. 3. carm. ode. 30.*
[n] *Cic. præfat. para.*
[o] *lib. 1. de Trinit. c. 3.*

stinus, qui post vtilissimas maiorũ de Trinitate operas eandem telam exorsurus, *Nemo* inqt *me propterea putet tacere debuisse, quia nõ tã expeditè ac dilucidè quã illi quos intelligit, eloqui potui. Neq. n. omnia quæ ab omnibus conscribuntur, in omniũ manus veniũt. Et fieri potest, vt nonnulli, qui etiam hæc nostra intelligere valent, illos planiores non inueniant libros, & in istos saltem incidant. Ideoq. vtile est plures à pluribus fieri diuerso stylo, non diuersa fide, etiã de quæstionibus eisdem, vt ad plurimos res ipsa perueniat, ad alios sic, ad alios autẽ sic.*

Altera mihi vindex necessitas, nolentem etiam ac renitentem ad hanc scribendi ꝓuinciam trahens. Posteaquã enim ego superioribus annis, quod

quod lętus tripudiansq́; refero, sacratiori numine afflat⁹, [p] *Post longissimam* hæreseos *sitim penè exhaustus atq; auidus, tota auiditate vbera Catholicæ matris complexus, altius ea flens & gemens concutere cœpi, atq; exprimere, vt id manaret, quod sic affecto ad recreationem satis esse posset, & ad spem reducendam vitæ ac salutis:* Hac verò tam insperata animi immutatione parentibus ac necessarijs grauissimæ offensæ, alijs non minori admirationi extiti, quorum hi, vt fert humana consuetudo, benè, illi malè, cæteri deniq; ambiguè mea cœpta interp̄tarentur: memor admonitionis [q] Tullianæ, *Excusatione*

[p] *August. de vtil. cred. ca. 1.*

[q] *Cic. 2. offic.*

quo-

quoq; aduersus eos vtendum, quos inuitus offenderis, quacunq; poßis, quare id quod feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris: quam primum ad rationes reddendas accinct⁹, APOLOGIÆ ac PRÆSCRIPTIONVM libellis cõfectis, falsissima leuitatis, insaniæ, impietatis, imperitiæ, arrogantiæ, aliarumq; cupiditatum mihi obiecta probra purgaui, quã que graues ac iustę mihi causę probatã dudum fidem abijciendi, improbatam dudum recipiendi amplectendiq; fuissent, publicè testatus sum. Paulò post cum ineunte vere *Romam* euocatus, sex & amplius menses domo abfuissem,

ſubq́; ipſum reditus mei tempus *Lutheranorũ* in *Saxonia* princeps *Hunnius* inſurgeret, celebratoq́; ridiculè & impiè lutulento porco ſuo *Luthero* IVBILÆO, mirè ei⁹ laudes declamando exaggeraret, mirè verò rem & fidem Catholicam omni conuitiorum, calumniarum, mendaciorum genere deprimere conaretur, turbatus hominis petulantia, hortantibus amicis, ſuadẽte pietate, vacantem diu calamum in manus iterum ſumpſi, ſubductaq́; omni *Declamatoris Rhapſodia*, docere publicè inſtitui, quàm manifeſtè cũ omni ra-

tione

tione insaniret *Huñius*, omnisque *Hunnianæ* glocitationes sequens cohors, quando cõtempta eminentissima *S. Petri Cathedra* spurcam *Lutheri* sellam adorant, ab eoq; vitæ oracula exspectãt, quem perpetuum *diaboli tripoda* fuisse cõstat. Quo opusculo tam festinato quid profecerim, meum non est pronunciare. Hoc scio, principibus etiam viris haud omninò displicuisse, eiusq; rei paulò post documẽtum proferam. Nunc cum viderem secunda vice in lucem exiturum, patroni etiã clypeo pręmuniendum duxi, quo hactenus

tenus

tenus non ſine diſcrimine caruiſſet. Illiq; rei dum ſolicitè multos dies quaſi venans inſiſto, neminē quem aut magis velim, aut magis debeam inuenio, quàm te vnum CLEMENS VIII. PONT. OPTIME MAX. mihi familiæque meæ ſempiterna veneratione proſequende PATER. Non quod tua maieſtate dignum cenſeam tam leuidenſe munuſculum (qui enim pretij tantum cadat in tam pauca foliola?) ſed quemadmodũ pauperes conſueuerunt, quod cum gratus videri cupiam, nullũ nũc aliud explicandi affectus ſi-

gnum reperiam. Grat' inquã longè maximis tuis & amplissimis in me meritis, quæ quotiescunq; memoria mecum repeto (repeto autem quotidiè) fidẽ meam testor, ni confestim quasi pedibus tuis aduolutus *Iacobi* personã induo, tibique hac sacra voce lito:

Ge.32.10. [a] *Domine minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua, quam expleuisti seruo tuo.* Etenim tu es, q. me superiorib' annis vix ęgrè ex hęreseon barathro emergentem, clementissimè in sacros. Ecclesiæ gremium, tuamq; paternam curam suscepisti, & amore plus quam sincerissimo prosecutus es: tu es

qui

qui exulem varijs telis impetitum, & modo hac, modo illa tẽpestate iactatũ, quasi anchora authoritatis tuę firmasti, diplomatibusq; etiã Apostolicis subinde cõsolat⁹ es: Tu es qui anno abhinc tertio in vrbẽ accitũ, sacrisq; locis inspiciẽdis ac venerandis intentum, maxima animi benignitate excepisti, adq; sanctissimum tui conspectum & alloquium haud grauatus admisisti: qui ad *Lateranum* præcipua vrbis Basilica, frequenti populi conuentu, Beatissimis ipse manib⁹ tuis mihi fratriq; Dominici corporis[1] *Manna*,

[1] *Exod.16. v.14.15. Ioha.6.v.48.49. Ambros. lib.5. de sacramẽt. cap.1.*

na, & quod dudum hæretica in nobis profanitas neglexerat, Sanctissimi *Chrismatis* signaculum, *perfecti*[s] *Christiani arrham*, conferre non dedignatus es: qui deniq; domum redeuntẽ me cum meis plurimis alijs euidentissimis amoris indicijs & exemplis affecisti, atq; etiamnum domi quotidie afficere non cessas. Quę ego tanta tamque Illustria tua in me merita, addo etiã paucis mecum cõmunia, cum non habeam, quo vel digno verborum splendore satis prædicẽ, tantum abest, vt de digna aliqua antidosi cogitationem susci-

[s] *S. Urba. Pap. in Epist. sua decretal. 1. c. 7. de consecrat. dist.* *S. Cornel. Pap. & Mart. Epist. ad Fa. Antioch. apud Euseb. libr. 6. hist. ca. 33.*

ſuſcipere audeam: En ꝓfiteri ſaltem hoc pignore volui, ac præſentis ſeculi memoriæ prodere, donec omni poſteritati luculentioribus aliquando monumentis (q; ita ſpero) cõmendare liceret.

Supereſt BEATISS. PATER (quod omni animi viriumq; contentione à te peto) vt quemadmodũ *Moſes* Veteris populi dux &[f] ſacerdos tabernaculum teſtimonij extructurꝰ, non ſolum *armillas, inaures, annulos, dextralia, hyacinthũ, purpuram, coccum bis tinctum, byſſum & pelles arietum rubicatas, argenti ærisq; metalla, ligna Sethim pretioſiſſima,* ſed & viliſſimos *caprarum pilos,* *[f] Pſa. 98.6*


ſuo vtique loco tempeſtiuos, accepit, gratosq́; habuit: Ita tu [u] *melioris Teſtamenti* ſacerdos, inter alia elaboratiſſima præſtantiſſimorum Theologorũ quotidie tibi oblata monumenta meo huic codicillo vel qualemcunq; locũ concedas, mihique Apoſtolicam tuam benedictionem hilari, vt hactenus, vultu impertiare. Vale. Moguntiæ. Calend. Febr. M. DCV.

[u] *Heb. 8. 6.*

AV-

AVTHOR

CHRISTIANO AC BENEVOLO LECTORI. S.



VMQVID *ego lepidum ad te munus, Lector?* Monachum Apostatam in cuculla alba: Dæmonium in scapulis: pone ministrum sceleris consortem. *Horrescis credo, & obstupescis. Merito. Nam & ego non sine mētis quodam horrore monstrum tam horrendum intueor. At tu, obsecro, totam rei scenam ab ouo accipe. Edidit superiori * Octobri Ægidius Hunnius, Professor* Wittebergensis, *18. Octob. M.DCII. *Lutheranæ Sectæ hodie propemodū antesignanus, Orationem quandam mire maledicam, habitā à se, vt ait, in* Seculari festo Natalitio eiusdē Academiæ Wittebergensis, cū centesimum à prima fundatione compleuisset annum. *In qua Oratione videri vult, nescio quæ mirifica Dei in scholam istā, ministerio* Lutheri, *collata beneficia prædicare. Reuera autē egregiè nugatur, & turpiter calumniatur, & splendide mentitur, & dentes deniq; suos*

Theoninos *Pont. Rom. gregis Dominici primario Pastori, malitiosissimè infigit: Crimina illi neq; vera, neq; probabilia, neq; vt ita dicam, possibilia intentans. At* Luthero *interim suo, pestilentissimo hæretico, nō secus ac Prophetæ diuinitus excitato, atq; ad prosternendum* Antichristū *liberandamq; ex* Babylonica *captiuitate Ecclesiā misso* Eliæ, *gloriosissimas laudes decantās, & vix ægre ab* Hecatombis *sibi tēperās.*

His ego hominis futilissimi atq; insanissimi nugis, ab amico Xenii loco transmissis lectisq;, etsi vt par fuit, vehementer cōmotus, iam tum Sycophantæ dignos fustes optabam, cogitans tamen hunc maledicentiæ morbum apud hæreticos neq; nouū neq; inauditum esse, quorū imò plerisq; volupe est, lites & aduersarios, quib. animi sui scabiē affricare queant, nancisci: Neutiquam me huic iurgandi aleæ subiicere volui. Ast amici quib. adhuc grauis acerbitas hominis dolebat, turpiaq; illa in Sedem Apostolicā conuitia (quā vitilitigator hic, more maiorum suorū, Donati, Wicleui, Hussi, Lutheri, Caluini, *in Babylonicam meretricem transformare, & tanquam execrabilis Antichri-*

tichri-

tichristi lupanar proscribere non veretur) grauiora videbantur, quam vt silẽtio præteriri aut condonari possent, vel deberent: Certatim hortationes subiicere, hanc ne cõtumeliã Christi inultã sinerẽ, quin pro tuẽdo honore Dei pro S. Rom. Ecclesiæ, Matris ac Magistræ fidei omnium fama sarcienda, pro multorum deniq; simpliciorum, quos isti tenebriones turpiter errorum vinculis constrictos tenent, salute & cõuersione, hunc in me laborem susciperem, impioq; illi declamatori in faciem ostenderem, quàm calumniosè ac mendaciter tota in causa versatus esset, quàm iniuriosè Catholicum Pontificem Romanum culpatum, quàm fallaciter Lutherum *suum, scelestissimum hæresiarcham, quem apud inferos contremiscere nemo bonus dubitat, laudatum dimisisset. Horum ego voluntati, tam iustæ præsertim ac sanctæ, cum vehementius reluctari non possem, nec deberem, quamuis alium paulò instructiorem tantæ causæ Patronum optassem, tamen Dei fretus præsidio, confestim arrepto calamo, in ordinem cogere cœpi ea, quæ ad hanc causam illustrandam maximè videbantur accommodata. Et de* Iubilæo

qui-

quidem, ex mandato Principis sui, vt causabatur Orator, celebrato, non admodum mihi laborandum iudicabam, quod ea res parum causæ caput, de quo inter nos controuersia agitatur, concerneret. Quanquam & eo ipso simias Catholicorum agere hæretici, deq́; pristinis maiorum suorũ institutis, qui non semel festa, & solennitates temporum, Iudicatis Pontificiisq́;, vt loquuntur, superstitionibus, accensuerunt, non parum recessisse videntur. De ingentibus verò Lutheri encomiis, deq́; turpißimis & maledicentißimis Pontificum Rom. insectationibus: quorum illum nobis diuinum Prophetam, collapsæ Ecclesiæ restauratorem, publicæ salutis & veritatis vindicem; hos verò summos ac capitales Dei hostes, ipsißimos vniuersæ religionis extirpatores Antichristos flagitioso ore pronunciare non veretur declamator; hoc operam dedi, vt prætermissa Pontificis nostri Maximi causa, de qua iam pridem alii abundè disseruerunt: partim ex doctrina & morib. Lutheri, partim ex fructibus, id est calamitatibus orbi inuectis, partim deniq́; editis olim de eodem conuenientißimis vaticiniis ostenderem, esse eum

verè

verè monstrum omnibus Africæ *monstris monstrosius: esse* † *quintæ tubæ stellam, de cælo lapsam, clauem putei abyssi gerentem, ac fumo tartareo tum ranas locustasq; ferocissimas progignentem, tum solem aëremq; mendaciorum suorum nebulis obscurãtem:* † *Esse* Minotaurum *cucullatum*, Saxoniæ *olim finibus diro omine conspectum:* † *Esse deniq; monachum illum sideratũ cuius scapulis* Iohannes Liechtenbergius *&* Maximilian. I. Imp. *teterrimum Cacodæmonem viderunt insidentem.*

† Vid. infr. p. 418.
† Vid. infra. p. 272.
† Vid inf. p. 273 274 275. 276.

Quæ cum ita sint, Christiane Lector, vt certo certius esse huius nostri spero Cõmentarioli lectione deprehendes: quam miserabili ac damnabili putas errore tenentur irretiti, qui adhuc hodie non paucis Germaniæ nobiliss. Prouinciis iubatum (proh dolor) vistum Draconem in sinu fouent & cõplectuntur: Spiritum Domini credentes, quem Sacrosancta Ecclesia Spiritum mendacij cõmonstrat, Patrem quem Parricidã, Præceptorem quẽ Seductorem, Ducem quem Perduellem, Prophetam deniq; & Apostolũ, quem mendacissimum Hæresiarchã. Proh scelus, nefandum scelus! quibus lachrymis

tam

tam grandem culpam expiabunt? Imò quibus oculis tam grãde ac luctuosum, in quod se coniecerunt, discrimen euitabunt? Ante abyssus, pone flamma, dextrorsum gladius, sinistrorsum laqueus, infernè hiatus, supernè fulgur. Quis hic exitus, bone Christe, quis exitus? quæ spes? quæ liberatio? Gratia tibi Domine, qui sinum Ecclesiæ tuæ pandisti nobis, refugium tutißimum, præsidium firmißimum, murum aheneum: quo se quotquot sincerè condunt, nunquam tempestatis anxii, vel fide fluctuant, vel spe succumbũt, vel charitate collabascunt.

Atq; hæc ego ad te optimo animo, LECTOR: *Tu vbiuis ad alios. Quorũ si quisquam maleuolè huic conatui nostro inuidebit, aut detrahet, tu quantum potes tuere, ac* S.Basil.epist. 65. *defende: ne præsidiis orba pietas (quod apud Basilium est)* ad calumnias tacere cogatur, aut mendacio in offensum progressum permittere, aut eos qui seduli sunt, damno inhærere. *Ego sanè* 1.Catilin. *cũ M.Cicerone hoc animo sum*, vt inuidiam virtute partã, gloriã non inuidiã putẽ. *Vale Mog. 16. Cal. Maii. M. DCIII.*

CAE-

CAESAR BARONIUS SORANUS S.R.E. CARD. ILLUSTRISSIMO D. IOANNI ADAMO, *Archiepiscopo & Electori Moguntino* S.P.D.

QVI Moguntia Romam venit *Iustus Caluinus*, idem modo reuertitur Roma Moguntiam *Iustus Baronius*. Quem enim Ecclesia Catholica accepit in sinum, ego in familiam meam libenter suscepi, cum etiam iure spiritualis cognationis, virtute Sacramenti CONFIRMATIONIS, quod consecutus est à Sanctissimo Domino Nostro CLEMENTE Papa VIII. eundem genui mihi filium, & vt spero, non degenerem leonis catulum, qui iam exeruit vngues in eos, qui ipsum in cauea impietatis detinuere captiuum. Hunc igitur his decoratum à nobis insignibus, iam antea filium tuum, ouemque pascui tui, rogo iterum atque iterum vti pater benignus amplectere, & vigilantissi-

mus

mus paſtor enutri, vti patronus foue, protectorq́; defende, ſuſcepturus ego in me cuncta in ipſum collata officia & beneficia, quo nomine Reuerendiſſimæ Dominat. Veſtræ deuinctus perpetuò permanebo. Qui & pro Epiſcopali munificentia erga eius familiam ipſo abſente abundè ſatis exhibita, plurimas gratias ago.

Vale. Romæ 15. Calend. Octo.
Anno Domini,
M.DCII.


IVLI.

IVLIVS DEI GRATIA, EPISCOPVS WIRceburgensis & Franconiæ Dux.

IVSTO BARONI OVETEracastrensi.

TVAM aduersus Hunnium *Wittenbergensis Pseudo-Iubilæi* promulgatorem concertationem literariam, rectè accepimus. Peritè & animosè iugulum ipsius petiuisti, feliciter eundem confodisti. Ictum licet ipse defunctus, & longiori vita minimè dignus, haud sentiat, sentiunt tamen, quotquot delira ipsius placita sectantur, eumq; tanquam fulgentissimam Euangelij & purioris doctrinæ facem prædicant. Breui opusculo & paucis vigilijs multa quæ ad Catholicæ Ecclesiæ famam illustrandam, multa quæ ad dogmata fidei confirmanda spectant, egregiè præstitisti, non vt nouitius, sed vt veteranus, & exercitatissimus in castris Ca-

cho-




IVSTI BARONII

VETERACASTRENSIS SS. THEOLOGIÆ ET I. V. D. Illustrissimo Archiepiscopo Moguntino à consilijs.



PSEVDOIVBILÆI VVITTBERGENSIS ADVERSus Ægidium Hunnium, atq; infelicem Magistrum eius Lutherum

PROLOGVS.



VOVSQVE tandem abutere, HVNNI, Patientia nostra? quandiu nos etiam furor iste tuus eludet? quem ad finem se se effrœnata iactabit audacia? (liceat enim mihi verbis ijsdē affari te HVN-

NI pessimum Ecclesiæ flagrum, quibus turbulentissimũ Patriæ proditorem affatur ille *vir, cuius

*Cic.1.Catilin.

*Luca.l.7.

*Pacificas sæuus sensit Catilina secures.)

Nihil ne te venerandum Catholicæ Ecclesiæ nomen? nihil Sacrosancta Dei eloquia? nihil antiquissimorum Patrum decreta, nihil consensus Christianorum omnium, nihil inuicta S. PETRI sedes, nihil fragilimæ vestræ atque inconstantissimæ arundines, nihil denique tot præstantissimorum, doctissimorum atque accuratissimorum Romanæ Ecclesiæ doctorum, toto orbe solis instar terribiles vestras tenebras dispellentium, atque indies seductas à vobis Christi ouiculas integris agminibus ad Catholicæ Matris vbera reducentium authoritas, nil denique ipsius summi in orbe Christiano Principis ac Monarchæ DIVI RVDOLPHI II. Roman. Imp. Augustissimi, totq; Illustrissimorum ac spectatissimorum Rom. Imperij Procerum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Ducum, Principum, Comitum, Baronum, &c. quos tu omnes vno ordine enormi iniuria Sacertimi Antichristi militiæ asscribis: nihil inquam horum omnium ora vultusque mouerunt? patere tuas fraudes non sentis? Constrictam iam omnium fermè Prouinciarum conscientia turpissimam hæresin vestram non vides? Quid olim, quid proximo Ratisbonensi Colloquio egeris, quàm turpiter omni

Hunnius Catholicis conuitiãs, reus crimi nis læs. Maiest. Cæsar.

mni

omni apparatu tuo cum fraterculis prędicantibus te dederis, quàm timidè forum strictioris congressus declinaris, quàm imperitè Catholicorum argumenta exceperis, excusseris, formidaris, quę nostrum ignorare arbitraris? Et tu tamen ita insanis, vt domi adhuc arroganter, quasi re bene gesta, te iactites, & luteo figmento tuo LVTHERO, (cuius nomen iamdudum Deo hominibusque execrabile est, *atque indies*, si ERASMI augurio credimus, *execrabilius erit, cum Turca quoque Lutheranorum nomen detestari dicatur, seditionis odio, alios interim Christianos tolerans, ab ipsius dogmatibus alienos.*) Iubilæos celebres, eumque nobis pro Propheta scilicet, pro ELIA, pro Euangelicæ Veritatis tot annorum Centurias sepultæ vindice & restauratore, pro Antichristi deniq; Antagonista ac fulmine nugacissimè venditare non erubescas.

Erasmus in confutat. Serui arbitrij.

Lutherani inuisi Turcis.

Quid cogitas HVNNI, quid cogitas? nũquid non pudet harum ineptiarum, imo blasphemiarum? quibus ista portenta & chimæras probas? SAXONIBVS credo tuis, nobilissimæ olim, fortissimæ ac religiosissimæ genti, cuius quotiescunque feruentissimum in Catholica religione (quam anno 711. à Sancto SVIBERTO, & plenius anno 726. à Sancto BONIFACIO accepit) tuenda zelum; strenuissimam in Apostolica S. PETRI Sede, cuius adiutorio à CAROLO MAGNO deuincta est, contra quosuis hostes propugnanda

Saxonum Priscorum laus.

Vide Baronium To. 8. Annal. p. 839. & To. 9. Annal. p. 105.

Bar. Tom. 9. Annal. p. 638.

fortitudinem, cum hac qua nunc aliquandiu vexatur dyſcraſia comparo, non poſſum quin mœſto pectore illud Poëtæ ingemam,

2. Æneidos. *Heu mihi! qualis erat, quantũ mutatus ab illo Hectore, qui venit exuuias indutus Achillis?*

O quam ſæpe veniſti HECTOR SAXO, exuuias indutus hoſtium tuorum, exuuias hoſtium Sãctæ Romanæ Eccleſiæ, cui nunc ipſe aliquandiu contraria arma, cornua, tubas, falces geris? Sed veniet dies, veniet certo ſcio, quo hac funeſta expurgatus lue, priſtinis te caſtris dabis, domumq́ue deſertæ Matris repetens, pro eadem & arma poſita recipies, teq́ue à factioſis hiſce CATILINIS & CETHEGIS, quorum nunc errabundus veſtigia premis, tanquam peſtilentiſſimis humoribus expurgabis.

Votum p̄ reditu Saxonum ad Eccleſiam.

Hæreſes bullæ.

Habent enim hoc proprium, & hactenus habuerunt omnes tam variæ ac multiplices à CHRISTI aſcenſione hæreſes, vt inſtar rapidi è monte torrentis breui tempore dilaberentur & perirent. Itaque quamuis pro ea, qua inſigniter valebat impudentia & audacia LVTHERVS vaticinando gloriatus ſit, *doctrinam* [a] *ſuam nullius vnquam hominis opera extinctum aut impeditum iri, quo minus perpetuò progrediatur:* Imo [b] *dogmata ſua ſtatura & Papam lapſurum, inuitis omnibus portis inferi, & poteſtatibus aëris, & terræ & maris. Inſtat enim* (inquit) *mors Papatus abominabilis, vrget eum ineluctabile ſuum fatum, & vt Daniel ait, ad finem*

Lutheri vanæ Prophetiæ de ruina Eccleſię ac ſuæ hæreſeos propagatione

a Epiſt. dep̄cat. ad Ducē Georg.

b Lib. cont. Henric. Regem Angl.

finem ſui venit, & nemo auxiliabitur ei. Pergant itaque porci illi, & ſi audent, exurant me. Hic ſum & expectabo eos: cineribus ſolis poſt mortem etiam in mille maria proiectis, perſequar & fatigabo hoc abominabile vulgus. Summa viuens Papatus hoſtis ero, exuſtus bis hoſtis ero. Facite porci THOMISTÆ, *quod poteſtis,* LVTHERVM *habebitis vrſam in via, & Leanam in ſemita: Vndique vobis occurret, & pacem habere non ſinet, donec ferreas veſtras ceruices, & æreas frontes contriuerit, vel in ſalutem, vel in perditionem.* Denique *ſine biennium adhuc cauſam iſtam agitemus,* ait, *videbis Papam, Epiſcopos, Cardinales, Presbyteros, Monachos, Moniales, Campanas, turres, Miſſas, vigilias, cucullas, cappas, raſuras, regulas, ſtatuta, & totum Papalis regiminis examen inſtar fumi euaneſcere.* Hæc inquam & ſimilia plura * quamuis iactabunde LVTHERVS: tamen non minus in hoc, quam in alijs fuit inuentus Spiritus mendax in ore Prophetæ iſtius: nobiſque licebit retorquere in ipſummet, quod alicubi ſcribit, *ſtercoreos Prophetas eſſe, qui ad certa tempora prædicunt, quibus euentus nullus reſpondet.* Quis enim non videt, non biennij ſolum, ſed ferme ſexaginta aut ſeptuaginta annorum decurſu hunc tam furibundum hæreticũ nec optata perficere, nec promiſſa conſequi potuiſſe? Quin omnia potius bonitate Dei in contrarium euenerunt. Stat nempe Catholica Eccleſia, quam ille

Idem Epiſt. Germ. quã inſcripſit, Aumonit. ad omnes Chriſt. pro ſedition. & rebellione præcauenda. Tom. 2. Ienenſ. f. 96

* Confer Tom. 6. VVitt. fol. 475. a. vbi ait: Certus ſum Papatũ cum omnib. ſuis appendicibus interiturum.

Lutherus Propheta mendax. Tom. 2. VVitteb. fol. 312. b

Catholicæ Ecclesiæ flos & latissimi termini hoc seculo.

ille ignominiosè vt putat, Papatum vocat: nutat verò, fluctuat, ac labascit miserè LVTHERANISMVS: stant turres nostræ, sonant Campanæ, florent Episcopi, Prælati, Monachi & sacra Hierarchia funiculos suos in exteras quoq; & peregrinas regiones extendit, in Asiæ atque Africæ vastissimos campos, etiam sub medio Mahumetis acinace, in latissima inexhaustæ Americæ Iugera, in Iaponum ac Sinensium oras, vbi ministerio Patrum SOCIETATIS IESV, quos hoc hominum genus, tanquam lupi canes irreconciliabili odio prosequitur, tam lætis indies incrementis longè lateque proficit Catholica fides, vt nunquam laxiores Ecclesiæ terminos, quam hoc ipso seculo, quo internecionem illi Diabolus minabatur, meminerimus. At miser LVTHERVS pedetentim cum suo grege, tanquam glacies præ sole liquescit, ac paulatim in *Caluinismum*, paulatim in *Anabaptismum*, paulatim in *Atheismum*, cum omnibus sectis degenerat, paulatim denique in multis & melioribus vbera desertæ matris repetit, pristinosque suos deceptores nudos desertosq; destituit, vt reuera nulla iam secta despectior, humilior, contemptior, ignobiliorque sit, ipso Lutheranismo. Quamobrem meritissimo iure in parentem eius iactabundum LVTHERVM regeremus, quod ille in filium THOMAM MVNCERVM iam cæsum & prostratum

Iesuitarũ fructus apud infideles populos.

Lutheranismus misere labascit ac ruinam minatur.

Lib. Germ. q inscribitur: Terribile factũ & iudiciũ Dei in Thomam Muncerum.

tum inuidus euomebat: *Hic vides, quomodo iste cadium Spiritus sese iactat, Deum loqui & agere per ipsum eiusque esse voluntatem: & agit perinde ac si omnia ipsius mera sint victoriæ. Et antequam circumspicit, iacet cum aliquot millibus in luto. At si Deus per eum locutus fuisset, id non contigisset. Deus enim non mentitur, sed firmiter tenet verbum suum.*

Phrasis Lutheri serua ta.

Sed antequam ab hoc loco digrediar, non possũ quin de præsenti gloriosissimo Ecclesiæ incremento, optimi & lectissimi Cardinalis CÆSARIS BARONII SORANI, &c. (cuius insignis religio, pietas, charitas, humilitas, doctrina, ac mille aliarum virtutum fulcris sustentata laudatissima fama, totius iam orbis Christiani prouincias auspicatissimo omine peragrauit) verba lectissima huc asscribam. *Cum negant*, inquit, *Catholicam fidem filii desertores, Romanæ Ecclesiæ rebellantes, traducunturq; in errorem Boreales Prouinciæ, atque insurgunt blasphemantes & insanientes in Cathedram* PETRI: *Ecce Indi & Antipodes credentes Christo, se filios esse Romanæ Ecclesiæ gloriantur, eiusdemq; vbera sugentes matrẽ sciunt, & matrem appellant, ab eaq; se in Christo esse genitos recognoscunt.*

Cardinalis Baronius.

Tõ. 6. Annalium circa finẽ, in prologo Legat. Alexandrin. p. 905. 906.

Apostasia Septentrionis ab Rõ. Eccles. millecuplò à Deo compensata.

Dum igitur in ipsum Romanæ Ecclesiæ Pontificem phrenetici isti, dicendi potius arreptitii, iaciunt contumelias, atque euomunt toxicatas vipereo ex ore blasphemias: in immensum multiplicato fœnore aliunde compensat Deus bene-

dictiones, laudes, præconia, summosq; gloriæ titulos: adeò vt non toleranda libenter tantum, sed & expetenda quodammodo videantur reproborum huiuscemodi maledicta, pro quibus adeò amplam confertamq; Deus rependit benedictionum mensuram, secundum illud Dauidicum: Forte respiciet Dominus afflictionem meam, & reddet mihi Dominus bonum pro maledictione hodierna. *Vnde & cecinit:* Maledicent illi, & tu benedices. *Nam inde penitus accidit, quod idem Propheta fore prædixerat, cum (secundum S. Augustini sententiam) de hæreticis ista vaticinatus est.* Polluerunt testamentum eius, *dum conati sunt abolere promissiones Dei. Sed quæ hos mox subsequatur pœna peccati, sic subditur:* Diuisi sunt ab ira vultus eius: *nam maxima omnium indignatio, cum Deus impium mentis percutit cæcitate, & è sua eiicit domo, atque à filiis diuidens alienum ab hæreditate constituit. Sed quod nullum afferat Ecclesia damnum segregatio impiorum, illud æquè subiicitur:* & appropinquauit cor illius. *Etenim tunc euidentiora amoris signa Christus ostendit Ecclesiæ, maiora dona impertiendo. Quod hoc nostro seculo præcipuè factum cognoscimus, dum impii nouatores irritum reddere conati testamentum eius, nempe factas à Christo Petro promissiones, diuisi sunt ab Ecclesia Romana: sed tunc magis cor Christi ipsi appropinquasse cognoscitur, cum nouum ei adiicit orbem, & qui per tot secula errore sepulti inter*

mor-

2. Re. 16. 12. — Psl. 108. 28. — August. in Psalm. 54. — Psa. 54. 22.

mortuos fuerant deputati Alexandrini, *iidem quasi noua resurrectione ad vitam reuocati, ipsi patri omnium Romana redduntur Ecclesiæ, ex qua fuerant propagati.*

Hæc amplissimus & pientissimus Cardinalis, HVNNI, de vestra & similium turpissima aduersus Apostolicam sedem rebellione. Cuius Cardinalis ego tibi elaboratissimos ANNALES tanquam præsentissimum Lutheranæ pestis antidoton commendare possum. Sunt enim quasi serica quædam vel aurea tela, vniuersam antiquę Ecclesię faciem, tum in fide & doctrina, tum in moribus, ritibus & cæremonijs, quasi viuis Imaginibus in re præsenti demonstrans, & oblatrantium contra hæreticorum frustraneis insultibus illustrans. At tu profectò, quæ cum aliâs, tum præsertim hac seculari declamatione ista scribis, talia sunt, vt neq; Veritatem cœlestem, neque docti, ingeniosi aut prudentis viri, qualis tu certè videri cupis, officinam sapiant. Quid enim affers, nisi olidas LVTHERI tui de nondum nati Antichristi detectione, de nunquam amissi Euangelij reuocatione, de nunquam collapsæ Ecclesiæ restauratione fabulas? quid nisi Apocryphorum de eo Prophetarum non dicam oracula, sed somnia? quid denique, nisi vanam quandam ac stultam plebeculæ vestræ de infausto *terræ filio* persuasionem? De quo si quid dicam, dicam illud, quod iam dudum in eum

Annalium Card. Baronij laus.

Hunnij oratio secularis, qualis.

aculeatè quidem, ſed verè dixit acutiſſimus vir WILHELMVS ROSSEVS, aliâs THOMAS MORVS, laudatiſſimus Angliæ Cancellarius & Martyr. *Quis*, inquit, *ferre poteſt nebulonem talem, qui mille vitiis oſtendat ſe poſſeſſum, atque agitatum à legione Dæmonum, & tamen ita ſe iactat ſtolide.* Sancti Patres omnes errauerunt: Eccleſia tota ſæpius errauit: doctrina mea non poteſt errare, quia certiſſimus ſum, doctrinam meam non eſſe meam, ſed Chriſti. *Videlicet alludens ad illa verba Chriſti. Verba mea non ſunt mea, ſed eius, qui miſit me Patris.* Quid iſtud? Papa cadet, dogmata mea ſtabunt, *nonne certare videtur cum illo Chriſti, cœlum & terra tranſibunt, vnum iota non peribit de verbis meis?* Nam cum ait: Rapuit me Dominus imprudentem in medias has turbas: *Hoc plus eſt, quam, tulit illum Diabolus, & ſtatuit ſupra pinnaculum templi. Quod ſi quis reſpondeat, teſtimonium tuum non eſt verum: quia teſtimonium perhibes de te ipſo, recurret illico ad nouam ſcripturam ſuam.* Ego certus ſum, dogmata mea habere me de cœlo. *Atq; ibi ſiſtet, in hoc ſuo principio, velut firmiſſimo fundamento, quod non omnes Papæ, Reges, doctores, homines, Angeli, poterunt euertere. Certus igitur, imò certiſſimus dogmata ſua habere ſe de cœlo: ſicut certi ſunt & certiſſimi, qui dormiunt, omnia vera eſſe, quæ ſomniant. Imò verò certus & certiſſimus, mentiri ſe vigilantem, dogmata ſua eſſe de cœlo, quæ ſua ſibi*

Thomæ Mori Iudicium de Luthero.

Certitudo Lutheri qualis.

bi murmurat conſcientia, dæmonum illi præſti-
is immiſſa hominibus maledicit & Angelis
uicunque dogmatis ipſius contradicunt, & eos
amat os in cœlum ponere: conſpurcare ſacra,
aſphemare Deum, quicunque non verentur
guere ſpurciſſimas ipſius blaſphemias. Tan-
mmodo clamat, Anathema ſint omnes, qui
npetunt dogmata mea, quia certus ſum,
ogmata mea me habere de cœlo. *Hoc igitur*
incipio à Reuerendo Patre petito, & à nemine
nceſſo, ſic arguit vlterius Reuerendus frater,
ater, potator, LVTHERVS, *extraordinem* — Lutherus qualis.
ncti AVGVSTINI *fugitiuus: vnus ex Ma-*
ſtris inertibus wittebergenſibus, vtriuſque
ris Bacchanalius informis, & in Sacra Theo-
gia Doctor indoctus. Ego certus ſum, dog-
ata mea habere me de cœlo, ergo dogma-
mea ſunt cœleſtia. Et tunc ſic vlterius; do-
nata mea ſunt cœleſtia. Ergo quicunque
ontradicit dogmatis meis, os ponit in cœ-
m & blaſphemat Deum. Quoniam qui-
m igitur contradicunt meis dogmatibus
ontifex, Imperator, Reges, Epiſcopi, Sacer-
otes, Laici, & omnes in ſumma boni: *mihi*
ebit pro Dei mei maiſtate, Pontificem, Cæſa-
m, Reges, Epiſcopos, Sacerdotes, Laicos, omnes
nique bonos anathematizare, maledictis &
nuitiis inceſſere, atque in omnium coronas &
pita licebit ex ore meo lutũ, cœnum, ſtercora,
erdas expuere.

Idem libr. 2. in fine. *Verum à mendaciis &*
viru-

Lutherus maledicus scurra.

virulentia prorsus abstinuisse se testatur ipse, cui nihil est aliud in calamo quàm calumniæ, mendacia, sycophantia: Cui nihil est aliud in animo, quam virus, tumor, inuidia. Qui nihil in capite concipit præter stultitias, furores, amentias: qui nihil habet in ore præter latrinas, merdas, stercora: Quibus fœdius & spurcitius, quàm vllus vnquam scurra scurratur. Quorum nemo repertus est vnquam præter istum, tam stolidus plagæ patida, vt sibi stercus in os coniiceret, quod alii spueret in sinum. Quamobrem quum sit huiusmodi, nihil miror, si nunc indignus habeatur, quo cum quisquam disputet. Certè quãdoquidem totum se deuouit inferis, & obdurauit in schismate, nec vnquàm decreuit hæreses recantare, statuere tamen secum debet, aliquã saltem vt habeat ciuilis honestatis rationem, quo sibi potius vendicet authoritatem dogmatistæ, quàm vilis in hæretico scurræ. Quod si quando volet, si disceptabit seriò, si mendacia sua recantet, ac sycophantias, si abegerit stultitias, furores, & hactenus nimium familiares furias, si merdas suas resorbeat, & sua relingat stercora, quibus tam fœdè linguam suam calamumq; conspurcat: non deerunt, qui de re graui grauiter, quod decet, differant. Verum si ad istum, quo cœpit, modum scurrari pergat, & furere, si grassari calumnia, nugari stultitia, insanire dementia, scurrilitate ludere, nec aliud in ore gestare quam sentinas, cloacas, latrinas, merdas, stercora: faciant quod volent alii, nos ex tempore capiemus

Lutherus planè stercoreus & latrinarius.

piemus consilium, velimus ne sic bacchātem ex ... tuis tractare virtutibus, & coloribus suis depingere, an furiosum fraterculum, & latrinarium, eum suis furiis & furoribus, cum suis merdis & stercoribus cacantem, cacatumq; relinquere. Et in peroratione operis hęc quoque adiungit. *Nam is eo modo rem tractat, ut planè se declaret meditari secum immortalitatis quoddam genus absurdissimum, eaq; iam cœpisse perfrui, & totus esse, versari, viuere in huiusmodi sensu & titillatione gloriolæ, quod futurum præsumat post aliquot adhuc ætatum myriadas, ut recordentur & loquantur homines, fuisse olim aliquando apud seculum prius nebulonem quẽdam, cui nomen* LVTHERO *fuerit, qui quum cacodæmones impietate vicisset, ut dignis emblematis ornaret suam sectam, picas garrulitate, lenones improbitate, prostibula obscœnitate, scurras omnes scurrilitate superarit. Qui id studuerit, curarit, effecerit, ut velut Philosophorum sectæ, ex ipsis habent vocabula: & Gnato meditatus sit, Parasiti itidem, ut Gnatonici vocentur: Sic absurdissimum genus hæreticorũ, impietatis, scelerum, spurcitiaq; colluuies, appellentur Lutherani.* Simile iudicium tulit HENRICVS VIII. Angliæ Rex, Anno XXIII. Epistol. ad Saxoniæ Duces: quamquam quod dolendum, ipse in hac mente non diu constans permansit. *Nihil,* inquit, *illius maledicentiæ credendum, cui perpetuum institutum esse videat, de Principibus prorsus omnibus, atq; ipse*

Lutherus quam gloriam apud posteritatẽ affectet.

Henrici Angliæ Regis Iudiciũ de Luthero

ipso etiam Cæsare mentiendi. Neque enim istud LVTHERO *nouum est, omnia comminisci ac fingere, quibus in odium Principum sceleratè concitet, atque extimulet populum. In quod negotium promouendum, sceleratorum hominum cateruam iam dudum contraxit atque adiunxit sibi. Itaque nulla vnquam factio fuit ita seditiosa, pestilens, nefaria, quæ sic religionem omnem tollere, leges omnes obruere, mores omnes bonos corrumpere, respublicas omnes euertere machinata sit, vt nunc ista coniuratio Lutherana, quæ & Sacra omnia prophanat, & prophana contaminat. Quæ ita Christum prædicat, vt eius Sacramenta conculcet: ita Dei buccinat gratiam, vt arbitrii libertatem destruat: ita fidem extollit, vt operibus bonis detrahat, & inuehat peccanti licentiam: ita misericordiam subleuat, vt Iustitiam deprimat, & malorum omnium causam ineuitabilem, non in Deum aliquem malum, quod Manichæi saltem commenti sunt: sed in vnicum illum verè bonum reiiciat. Qui cum ad hunc modum impiè diuina tractarit, velut à cælo deiectus serpens, virus effundit in terras, in Ecclesia commouet dissensionem, leges omnes abrogat, Magistratus omnes eneruat, laicos in sacerdotes concitat, virósque aduersus Pontificem, populos aduersus Principes: nec aliud planè molitur, quàm vt (quod omen auertant superi) Germaniæ primum populus tãquam pro libertate bellum indicat Proceribus, Deinde vt Christiani contra Christianos, spectan-*

Lutheranorum secta quam pestilens.

stantibus & irridentibus Christi hostibus, pro Christi fide ac religione depugnent.

Idem REX Epistola Responsoria ad LVTHERVM, qui conuitiorum emissorum palinodiam obtulerat. *Quod ais, libri te tui pudere, nescio quàm tu istud verè dicas. Verum hoc vnum scio, satis esse causæ, cur debeat non illius modo libri pudere te, sed tuorum etiam fermè† omnium. Quippe qui nihil penè complectantur aliud, quàm errores turpissimos, & insanissimas hereses, nec ratione fulcitas, nec eruditione subnixas: sed quas asserit & obfirmat tātum pertinax impudentia, dum tantus author haberi postulas, quantus nec hodie quisquam sit, nec ante hac vsquam fuerit.* Et infra. *Scribis LVTHERE vehementer pudere te, oculos in nos attollere, quod te tā leuiter passus sis per operarios iniquitatis, vt ais, aduersus nos moueri: Verum ego profectò non paulo magis admiror, quod te non pudet serio leuare palpebras, & vel in Deum vel hominem quenquam probum oculos intendere, qui te passus sis, instigante Diabolo, in eam ingenii leuitatem cadere, vt ob carnis ineptias & obscœnas libidines, quum frater Augustinianus esses, Monacham Deo dicatam scelerato cōgressu violaris. Quid, quod non repressisti solum? Quale flagitium si designasses olim apud Romanos Ethnicos, & illa terrā viua subiisset, & tu ad mortē vsq; verberibus esses multatus: Verū etiam, quod nimio est execrabilius, publicè pro vxore nuptiis incestissimis traduxisti, atque ita palam*

Lutherum pudet sui cuiusdam libri.

† Certè ab hoc parum abest, quod Luth. Tō. 1. Ienens. in Præfat. opera omnea suos libros aut māsisse sepultos, aut periisse.

Lutherus Moniali constuprata, quantū flagitium commiserit.

palam summo cum totius mundi stupore, summo per orbem totum opprobrio vestro, summo cũ Sacrosancti coniugii contemptu, summa cum sanctissimorum votorum contumelia, per nephas abuteris in quotidianum prostibulum. Deniq; quod omnium est maximè detestandum, quum te deberet tam execrandi facinoris pudor & dolor obruere, pœnitentiæ loco prætefers miser impudentem gloriam, tam longè fugiens implorationem veniæ, vt etiam in tui sceleris exemplum passim per Pseudoreligiosos alios literis ac libris prouoces.

His iam vltimò accedat ERASMVS ROTERODAMVS, cui vni ex omnibus aduersarijs suis palmam ingenij & eloquentiæ cõcessit LVTHERVS, *qui & spiritum eius & impetum remoratus sit, & languidum ante pugnã reddiderit.* Is igitur ERASMVS in Hyperaspiste suo, quem LVTHERI SERVO ARBITRIO decem dierum spacio opposuerat, hunc in modum scribit. *Illud erat tibi reputandum, quam personam suscepisses: videlicet qui se profiteretur Euangelium iam plus mille quingentis annis sepultum & obrutum, reuocaturum in lucem, & abrogata Pontificum, Conciliorum, Episcoporum & Scholarum authoritate, promitteret orbi certam veramq; viam salutis, quam hactenus mundus ignorasset. Quàm verò non congruebat, vt qui tam arduo negotio, velut* ATLAS *cœlo supposuisset humeros (iam enim tecum sic ago, quasi vera sint omnia, quæ tibi*

Luther. initio libri de seruo Arbitr.

Erasmi Iudicium de Luthero.

ibi arrogas) perinde quasi in re ludrica, dicte-iis, sannis, salibus, & cachinnis, in quoscunque bitum fuerit, ludat, & ex WILHEILI *cu-spiam arbitrio, stylum vel stringat vel mode-tur in quenquam, non dicam in Regem.*

Idem Anno sequenti, pleniori responsio-e edita: *Videor*, inquit, *hoc mihi in* LVTHERI *riptis animaduertisse. Non semper est intentus , qua scribit: nec id fieri potest, vt hominis ani-us perpetuò sit intentus alicui negotio , semper men illi currit calamus. Itaq; quò crescat vo-men. plurima incidunt, quæ nihil aliud quàm artas explent. Nunc repetit plus decies dicta, mmutatis tantum verbis: nunc concionatur, rsans in locis communibus: nunc asseueratio-bus explet chartas: nunc ineptis salibus & in-etis facetiis eximit tempus: nunc quicquid ertur aut succurrit animo, quocunque modo torquet ad causam suam , ac præter conuitia, ibus natura scatet, habet verba quædam ve-i magica, quæ non ratione, sed vehementia adam afficiant Lectoris animum, vel imbe-em vel parum eruditum.*

Lutherus quam ineptus scriptor.

Et post multa. *Quod testimonium habeat mundo, norunt omnes. Si mihi persuasum es-illum Dei causam agere, nullus est in orbe tā ens Monarcha, qui me perpelleret, vt vel tria ba scriberem aduersus eum: citius abirem in ē. Et fieri potest vt ego, vel ob eruditionis ino-m, vel ob ingenii tarditatem, parum subtiliter icem de dogmatibus. Verùm hoc me docet*

Lutherus petulanti agēdi modo hæresin suam prodit.

certe sensus communis, fieri non posse, vt sincero pectore causam Dei tractet, qui concitatis tantis in orbe tumultibus ludit ac deliciatur sannis ac dicteriis, nec vnquam expletur. Nec stultitia carere potest tanta insolentia, quantam adhuc in alio vidimus nemine. Nec cum Apostolico spiritu congruit tam scurrilis petulantia: Imò hoc ipsum est DEI *causam negligenter agere, ineptis dicteriis irritare Principes ac doctos indecora voce* Trotz. *Ista diligentia fuit summa negligentia. Si verè diligens esse cupiebat in opere* DEI, PAVLVM *oportuit imitari, qui quum esset in omnibus liber, omnium se seruum fecit, qui omnia fiebat omnibus, qui per omnia placebat omnibus, qui non quærebat, quæ sua sunt, sed quæ* IESV CHRISTI: *qui non sequebatur quod licebat, sed quod expediebat: qui abstinere iubet ab omni specie mala, hortans, vt Christianorum modestia nota sit omnibus hominibus.*

Hæc veriora & iustiora HVNNI, quã plebeculæ vestræ de LVTHERO sunt iudicia, à quibus tu non dissentires, nisi causam tuam amares magis quàm intelligeres, ad perpetuum tui & totius Germaniæ dedecus & ignominiã. Nam quid LVTHERVS aliud fuit nisi trux quædam & immanis bestia, pestis Patriæ, labes Saxoniæ, macula ac carcinoma totius Christianæ religionis. Itaq; de eo meritissimò vsurpauero, ꝙ ipse olim ira percitus in nobilissima Augustana comitia, quib.

vt aliâs

vt aliâs solenni iudicio condemnatus erat, effutiuit. *O infelices omnes, qui ex parte* LVTHERI *vnquam fuistis! Pudori eritis cunctis successoribus ac posteris vestris, qui non poterunt sine rubore nominum vestrorum audire mentionem, quod tam infelices maiores habuerint. Quàm oportet cunctis Principibus totiq; Imperio sempiternam esse maculam, quæ nos Germanos omnes & coram Deo, & coram toto mundo rubore suffundit. Quid ad hæc dicet* TVRCA, *totumq; Imperium eius, quando tam inauditam à Catholica Ecclesia discessionem audierit? Quid dicent* TARTARI *ac* MOSCOVITÆ? *Quis in posterum sub toto cœlo timebit sibi à nobis Germanis, aut aliquam de nobis existimationem habebit*, quando vni maledicto Apostatę Monacho cum laruis suis ita locum damus, *vt ex nobis fatuos, stultos, pueros, imò trũcos ac stipites* efficiat, nósq; à prisca Sacrosancta maiorum nostrorum fide ad insana cerebri sui deliria auertat. *Meritò pœnitere debeat vnumquemq; Germanum, se & Germanum natum esse, & Germanum dici.*

Lutherus præmonit addil. &c. suos Germanos.

Lutherus fœdissima Germaniæ labes apud exteros.

Sed nunc tandem ad propositum. Cum antea mihi Ratisbonensibus Actis nomen tuum vilescere cœperat HVNNI, tum maximè hoc pseudoiubilæo tuo, quem ab amico transmissum si dicam quo animo legerim, vix queam. Risi, dolui, miseratus sum, execratus sum, nec quicquam

tamen vel rogatus ab amicis contra ſcribere volui, ne quod dicitur, *Bacha bachanti aduerſando, ex inſana inſaniorem facerem.* Sed quia ſimpliciorum ſors, non aliter ac *tripodis oracula* nutus veſtros venerantium, quia etiam tua ipſius pernicies, laxis quaſi habenis in ſempiternam miſeriam proruentis, atque integra tecum innocentum agmina abripientis, dolenda ſuccurrebat: En amore tui non odio, miſericordia non inuidia has in me vigilias ſuſcepi, pauculiſque noctibus, quantum ſeria negotia permiſerunt, hunc ad te Elenchum conſcripſi, vt ſi qua in te pietas, ſi honeſtas, ſi eruditio, ſi veritatis ſalutisque ſtudium, vel meo monitu à miſerabili errore deſiſtas, & turpiſſima hæreſi relicta Catholicæ matri te reddas, ſanctæ inquam Romanæ Eccleſiæ, *cui ſi quis maximè Principatum exiſtimat denegandum, illius quidem nullo modo poteſt minuere dignitatem, ſed inflatus ſpiritu ſuperbiæ ſemetipſum in inferna demergit*, quemadmodum Sanctus LEO olim ad Epiſcopos Viennenſis Prouinciæ ſcriptum reliquit. Eſt enim hic *lapis* ille *angularis, probatus, pretioſus, in fundamento fundatus: ſuper quem qui corruerit, cõfringetur, ſuper quem verò lapis ceciderit, conteret eum.*

Plautus.

Cauſa ſcribendi contra Hunnium.

Primatui Romanæ Eccleſiæ fruſtra repugnatur.

Eſai. 28. v. 6


Neque verò hic expectes à me, quicquam tibi prædicantiumque familiæ Scholaſtico diſputandi more dictum, Illuſtriſſimis

Proteſtatio authoris.

mis Saxoniæ Electoribus, aut alijs Germaniæ Principibus, virisque honoratis, quorum bonitate vos abutimini, vt dictum putes. Protestor publice: nil mihi cum Principibus litigij est, tecum omnis res agitur, *qui quæ voluisti locutus, quæ non vis audire debes.* D. Hieron. in Ruffin.

Benedictis si certasses, audisses bene, Terent. in Andria.
Desinas maledicere, maledicta ne noscas tua.

Atque vt scias quæ à me audiri velim, quia tota declamatio tua duabus istis partibus continetur, vel in criminando Catholico Pontifice nostro, vel in extollendo Pseudo-Pontifice tuo LVTHERO, cuius cum hæresin miserabilemque cladem Patriæ varia impietate illatam deplorare debuisses, tu illi tanquam mente motus *Epinicia* canis, & tantum non sacra facis: ego prætermissa priori Pontificis nostri Max. causa, de qua iam pridem alij dixerunt abūdè, qua ille authoritate cōstitutus, qua temporum præscriptione fundatus, qua Sanctorum veneratione cultus, qua fidelitate atque integritate Vastum Domini ouile tot annorum centurias moderatus, quàm à nullo nisi pessimis quibusque hæreticis infestatus sit: de posteriori tantum dicam, ostendamque fide dignis in medium allatis testimoniis, quam longe LVTHERVS ille vester à Prophetico aut Apostolico, quod illi imponitis Scopus huius libri.



munere absit, quamque verius hæreseon omnium & impietatum sentina, Antichristi venturi anteambulo, stella quintæ tubæ, è cœlo lapsa, clauem putei abyssi gerens, solem aëremque de fumo putei obscurans: quàm vt ipse se indigitat, & discipuli credunt, Propheta, Apostolus, Euangelista, alter Iohannes Baptista, tertius Elias, vltima DEI tuba, Χριστοῦ στόμα, θεὸς τῆς θεολόγων, solus θεολόγων θεολογώτατος, haberi & nominari debeat. Hæc autem ita exponam, vt simul manus declamationi tuę admoueam, illamque ordine excutiendam sumam, non quidem quemadmodum *Sertorii* miles in equo fecit, FLACCVS QVE se imitatum profitetur:

Apocal. 9. v. 1. 2.
Tom. 2. Ienens. f. 522. b. & f. 79. a.
Tom. 3. fol. 334. a.
Tom. 4. fo. 86. a. &c.
Amsdorf. Sarc. Mathes. & alij passim.
Michael Neander explicat. orbis terræ partium.
Horatius.

——— Caudæq́ pilos vt equinæ
Paulatim vello, demo vnum, demo etiam vnum,
Dum cadat elusus.

Sed quod serij disputatores solent, potioribus atque vtilioribus insistendo, quo non calumniandi libido, sed veritatis studium appareat, animique magis pia instructione in Domino coalescant, quam odiosis obtrectationibus magis magisque dissiliant & exacerbentur. Hoc mihi in scribendo sincerè propositum. Tu eodem animo ad legendum accede, liber ab affectibus, tutus à præiudicijs, nec recalcitrandum tibi sed parendum iudica. Qui si vel multum operæ laborisque aduersus Catholicos scriptitando &

decla-

declamitando insumpseris, nullum tamen apud bonos nisi inanissimi strepitus, & futilissimi fremitus fructum asportabis.


I.
ÆGIDIVS HVNNIVS.

*QVOD felix * faustumque sit Reipublicæ literariæ, nobisque singulis & vniuersis salutare: Illuxit tandem optatus ille dies, quo festum natalitium almæ huius Academiæ Wittebergensis peragitur, idque non vulgare, non anniuersarium, sed seculare, atque sic plane singulare & quasi nouum, quod non nisi centesimo quoque peragitur & frequentatur anno: quam festiuitatem nemo eorum, qui nunc viuunt, hominum vidit, nec porro * visurus est, vt de ludis olim secularibus Romani voce præconis ad populum proclamari voluerunt.*

* Certe multis parum felix faustumq; q à priscis Academiæ legibus desciscentes Nouas religiones secuti sunt.

* Nec quisquam eorum spero, q deincepo victuri sunt.

CONFVTATIO.



VIBVS se notis veterum hęreticorum peruersitas prodebat, HVNNI: eæ in hoc vestibulo Orationis tuæ, totoque eius contextu euidentissimè patent, & viuis quasi imaginibus conspiciuntur: leuitas scilicet, & propriorum

 dogma-

dogmatum inconſtantia: poſt Sanctorum in cœlis præ ignobili Magiſtrorum veſtrorum colluuie contemptus. Vtquam benè priſca illa *omnibus rebus agendis felicitatem fortunamque præfandi* conſuetudo inſtitutis tuis conueniat, non videam. Leuitatem ſatis arguit noua Iubilæi agendi celebritas, quem Iubilæum & veſtræ claſſis homines, niſi fallor, & *Caluinianæ* in primis ſectæ Patroni tanquam Iudaicam vmbram, vel Pontificiam ſuperſtitionem, Antichriſtianamque impoſturam ante hac non ſemel inſectati ſunt. Cuius nunc rei præter alios teſtes cito, *Iohannem Oecolampadium* commentario in Eſaiam: & *Iohannem Foxum* Anglum in nouiſſimis ſuis in Apocalypſin *Eicaſmis*: vbi ſic ſcribit. *Ante Honorium, vbi ſacræ Euchariſtiæ eleuatio, adoratio, circumgeſtatio? ante* BONIFACIVM VIII, *vbi tum Iudaici Iubilæi & Indulgentiæ?* Audin HVNNI, Iubilæi Iudaici. Hoc igitur authore Iudaizatis & vos Wittebergenſes, qui quocunque inſtituto Gymnaſio nunc veſtro Iubilęum agitis. Iudaizaſtis olim & vos Heidelbergenſes, quos ſimili ritu Anno M. D. LXXXVII. pridie Calend. Decemb alterum Academiæ veſtræ natalem agere memini. Sed nec veſtri ordinis homines reliquos ab Eccleſia inſtitutos Iubilæos ſeruant, nec feſta humano (vt inquiunt) arbitrio extra ſcriptum Dei verbũ ſancita, magna veneratione dignanda cenſent,

Cicero de Diuin.

Iubilęos in ſectantur hæretici, at tamen ipſi peragunt.

Baſileæ in 4. pag. 281. 291.

In cap 13. Apocalyp.

censent, qua de re postea vberius agemus. Nunc illud tibi secundo loco considerandum propono Hunni: quam ob causam Iubilæum vestrum instituerītis, celebraueritis, commendaueritis, adeò vt tibi quidem festum non vulgare, sed plane singulare, imo eximium & augustum videatur. Cui enim quæso honorem tantum habere voluistis? *Academiæ*, inquis, *nostræ*. At quamobrem? *quia ante annos centum circa has ipsas horas nata, & solenni ritu introductionis velut in cunas reposita est, vel vt eius ætatis hominib. loqui mos erat, inthronizata, primo renunciato Rectore* MARTINO POLLICHIO MELLERSTADIO, &c. Satin hoc causæ? omnino, quia nobis sancti debent esse non solum ii dies, quibus ipsi nascimur, verum etiam quibus nascuntur ii, quorum opera conseruati sumus. At alma hæc mater Academia nostra, inquis, officina fuit (si credimus) renouati Euangelii, officina repurgatę doctrinæ cœlestis, & reuelati Antichristi, & libertatis denique Christianæ (carnalis diceres) restitutæ. DEVS bone! quot quantæque hæ causæ sunt HVNNI aduersus omnem solennitatem vestram, quot quantæque causæ aduersus summam vestram præceptorumque vestrorum in Sanctos Dei cœlites inuerecundiam, contumeliam & contemptum? Qua de re antequam tecum agere incipiã, hoc in transcursu tibi in mentem reuocare cogor,

Quamobrem celebratus VVittenb. Iubilæus.

βίαιον.

cogor, vt cogites, vtrum non melius hanc festiuitatem vestram collocare potueritis, & pro fidei vestræ genio debueritis. Cum enim anno M. D. II. quando non minus Saxonia, quam reliquus Christianus orbis Catholicis adhuc parebat legibus, Academia vestra Wittenbergensis non Lutheranis, nec Melanchtonicis, sed vt vos loquimini, Pontificiis Romanis auspiciis fundata, consecrata & inaugurata sit, MAXIMILIANO vtique Imperatore Optimo Catholico: FRIDERICO Saxone sapiente vestro, optimo Catholico: Professoribus primis & Concionatoribus eiusdem vrbis, optimis Catholicis, donec quindenis post annis LVTHERO tanquam pestilenti ingruente lue à pristina sanitate paulatim omnes dimoti recesserunt: Miror equidem, ac iustissime miror, concedentibus mecum in eandem admirationem compluribus nostris, quæ vobis mens aut ratio fuerit, Academiæ potius vestræ, Catholico semine prognatæ, quam vel deformationi à LVTHERO postea inductæ, vel decantatæ illi *Augustanæ Confessioni*, Philippi obstetricatione in vulgus protusæ, vobisque non minus sanctis Dei Euangeliis sacræ, natalitia celebrandi ac prædicandi? Certe maiori hinc quam isthinc ratione mouebamini, cum magis iucundi nobis debeant esse ii dies, quibus conseruamur, quam ii quibus salutis nostræ discrimina obuenerunt.

Non tam fundationi Academiæ VVittenberg. q̃ interpolationi Lutheri, Iubilæus debitus, si cõstare sibi Lutherani voluissent.

Sed

Sed forte nimia festinatio & immodicus Parentis vestri Lutheri zelus hunc vobis abortum peperit HVNNI. Condonemus igitur, & ad id quod supra dicere intermiseramus, reuertamur. Cum ista qualiacunque Academiæ vestræ merita (quę nunc facio tanquam omnia vera sint, cum longe aliter se habere infra demonstraturus sim) satis tibi causæ continere videantur, ad sacrum illi diem indicendum & agendum: quid de sanctis DEI Apostolis, Martyribus & Confessoribus agendum putas, quorum auspiciis totus orbis saluificæ fidei cognitione illustratus, & *Cimmerica* gentium tenebræ dispersæ sunt? quē illis honorem, quem cultum, quæ festa deberi existimas? contra quam illi pœnam, qui eorundem gloriam, non modo non sartam tectam conseruare, sed & negare, & insectari, & omnibus viribus infringere conatus est? O quam prolixa hic culpa Lutherus vester constrictus tenetur? Qui etsi quondam ægris author fuit, *omnes DEI Angelos, & præcipuè DEI Genetricem, atq; Angelum custodem inuocandi, omnes etiam Apostolos aliosque sanctos, eos præsertim, ad quos DEVS eis specialem indiderit deuotionem, solicitandi*: Eamque rem contra *Taboritas* & *VValdenses* defendens: *Verum* inquit *ne Piccardi, infelices hæretici, suas partes à me adiutas confidant, qui præ nimia ruditate nobis Teuthonicis superbissimo fastidio indignati imponunt, quod sanctos DEI*

Gίαιον pro Catholicis.

Sermone de præpar. ad mortē.

Lib. de Decem præceptis.

DEI colamus, & Idola faciamus, & ideo contra nos aceruum versuum scripturæ congregant, in quibus prohibetur, ne adoret quis nisi vnum DEVM. Et vt nobis apud suos iustissimam inuidiam conflare videantur, insidiosissimè omittunt, quod scribitur Rex DAVID, & SALOMON & multi alii adorati, simul impii peruersores scripturæ, & subdoli calumniatores pietatis nostræ. Ita enim rustici illi nos tandem docent, quod solus DEVS sit adorandus, & gloriatur, ac si nos idipsum negauerimus vnquam. Et ibidem. *Omnes sancti omnia possunt, & tantum per eos tibi à DEO datur, quantum credis te accepturum. Quid enim aliud sunt sancti, nisi velut guttulæ roris, siue guttæ noctium, in Cincinnis & capite sponsi?* Tamen posteaquam *Mandrabuli in morem* superbia impietateque indies in peius profecit, ita os scelestũ in sanctos DEI contorsit, vt Sermone de Natiuitate MARIÆ & sancta Cruce blaspheme scribere non vereretur, Sanctam DEI Genetricẽ MARIAM, *nihilo meliorem vel maiorẽ esse Luthero, vicinum suum æque ad suppetias potentẽ esse atq; illam, nec sanctos Apostolos* PETRVM & PAVLVM *quicquam præ Luthero valere. Mendico florenum numerantem plus mereri, quam si B.* PETRO *aureum templum ædificaret.* Quibus nihilo meliora fuerunt, quæ de festis eorundem statuit.

Lutherus cultum & Inuocat. Sanctorũ defendit cum Ecclesia.

Cant. 5.

Lutheri blasphemiæ in sanctos.

Etsi enim cum Catholicis festa Sacrosanctæ Trinitatis, Natalem Domini, Circumcisionem,

sitionē, Paſcha, Aſcenſionem, Pentecoſten, Dominicam & huiuſmodi alia ſolenni ritu obiri voluit, haſq; ordinationes non diſſipādas, ſed communi potius ſtudio ad iuuandas aſſerit: [*August. Confeſſ. art. de diſcrimine ciborum.* Cui accedit *Philippus tom. 3. operum in fol. 228. 42. & 207. 37. Et Simon Pauli Poſtilla Germ. in fol. par. 1. pag. 94. & par. 2. p. 193. 312. 314. 316.*] Feſta tamen Sanctorum & Martyrum, & Euchariſtiæ & S. Crucis, aliaſq; ſimiles ab Eccleſia inſtitutas ſolennitates, tanquam commenta humana odioſiſſimè inſectatur, & omnino abolenda contendit. Hinc illud in *Euangelium de feſto Natiuitatis* MARIÆ: *Peruelim hoc feſtum omitti, cum nullo ſcripturæ teſtimonio nitatur.* Et lib. de piis Cæremoniis obſeruand. *Aſſumptionis & Natiuitatis* MARIÆ *feſta plane reiicimus.* Et in libello de formula Miſſæ. *Omnium Sanctorum feſta prorſus abroganda putamus.* Denique in lib. contra AMBROSIVM Catharin. *Duodecima facies Antichriſti eſt, feſtorum dierum obſeruatio, cum omnes dies liberi ſint, & ad feriādum, & ad laborandum. In hac autem facie inſignius lucent magni illi feſti dies Viſitationis, Corporis Chriſti, Apoſtolorum, Conceptionis, & ſimilium. Et neceſſe eſt peccare & perire animas, ſi qua non ſeruant vel inuita ſeruant hæc ſtulta inutilia & vana præcepta.*

Feſta Sanctorum impugnat Lutherus.

En hominem impium & blaſphemum, ſtulta, inutilia & vana præcepta nominantem,

tem, quæ vel Apostolorum authoritate instituta, vel antiquissimorum Patrum vsu stabilita, vel sanctissimorum denique Pontificum rationibus introducta sunt. Quid enim de his Sanctus ATHANASIVS, in Euangelium de sanctissima DEIPARA? *Festum* inquit *Annunciationis MARIÆ, vnum est ex Dominicis festis, atque adeò primarium, ac prorsus venerandum, vtpote quod pro ordine, & digestione rerum earum quæ in Euangelio de CHRISTO prædicantur, sacrosanctum habeatur; quippe in quo de filii DEI è cœlis descensu agatur.* Quid Sanctus GREGORIVS NYSSENVS, oratione de occursu Domini & DEI Parente, & SIMEONE Iusto. *Nos qui transformamur renouatione mentis nostræ, & veterem hominem exuimus, & diuinæ Imaginis similitudinem, quo ad eius fieri potest ab hominibus, in nobis circumferimus, sic ad salutaria & spiritualia festa accedere necesse est, vt sint nobis conuenienter ei quod dicit Propheta, Ieiunium quartum, & ieiunium quintum, septimumque & decimum, ad lætitiam & bona festa, vt ieiunium scilicet intelligatur anagogicè in eo, quod abstineatur, & temperetur ab omni inquinamento & carnis & spiritus, &c.*

Festa B. Mariæ Virg. confirmant S. Patres.

Zach. 8.

Etenim quando in Archetypo, vt ita dicam, tempore præsentis festi, qui erat in forma DEI, & serui formam acceperat: qui fuerat DEI & ho-

& hominum intercessor, legis implens preceptũ, cum esset quadraginta dierum infans, verbum æternum ad templum cum matre est profectus, &c. Cuius quidem nos hodie celebrantes commemorationem, expleamus nos deliciis spiritualium contemplationum, sicut mentes incorporeæ & diuinorum miraculorum maiestatem glorificantes, erimus socii illorum dignitatis.

S. CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS, de occursu Domini nostri IESV CHRISTI, & de SIMEONE qui DEVM excepit: *Hodie, dilecti, festi cursum perpetuo peragamus: cum Angelis Choros ducamus, cum pastoribus illuminemur, cum orthodoxis adoremus, cum Bethlehem festum agamus, cum Sion occurramus, cum templo sanctificemur, cum Virgine festum agamus.*

S. IOANNES CHRYSOSTOMVS, oratione in Annunciationem MARIÆ. *Rursus lætitiæ nuncii, rursus libertatis indicia, rursum reuocatio, rursum reditus, rursum gaudia, rursum à seruitute liberatio. Angelus cum Virgine loquitur, quoniam serpens cum muliere locutus fuerat.*

S. GREGORIVS MAGNVS, libro Sacramentorum, die 8. Septemb. *Supplicationem seruorum tuorum miserator exaudi, vt qui in Natiuitate DEI Genetricis & Virginis congregamur, eius intercessionibus complacati à te de instantibus periculis eruamur.*

CON-

CONCILIVM TOLETANVM DECIMVM, cap. 1. *Si Natiuitatis & mortis huius incarnati verbi dies, absque immutatione ita certus habetur, vt absque diuersitate in toto orbe terrarum ab omni Ecclesia concorditer celebretur: Cur non festiuitas gloriosæ matris eius eadem obseruantia, vno simul vbique die, similiq; habeatur honore?*

Nec minori religione antiquitas aliorum Sanctorum & Martyrum CHRISTI festa celebrare præcepit, quod ex sequentibus manifestum fiet.

Festa Sanctorum & Martyrũ confirmãt S. Patres.

CLEMENS ROMANVS. Constitut. Apostolicarum libro. 8. cap. 33. Quibus diebus feriandum sit famulis: *In diebus Apostolorum vacent: magistri enim vestri fuerunt, ad docendum vos de* CHRISTO, *vobisque Spiritum sanctum dederunt. In die* STEPHANI *Protomartyris item vacent, ac reliquis diebus sanctorum Martyrum, qui* CHRISTVM *vitæ suæ anteposuerunt.*

ORIGENES Homilia 3. in diuersos: *Innocentum memoria semper, vt dignum est, celebratur in Ecclesiis, secundum integrum ordinem Sanctorum, vt primorum Martyrum pro Domino occisorum: Et vt ipsa Bethlehem primitias Domino Martyrum, in qua natus ipse Saluator obtulisse videatur, &c. Bene ergo & secundum voluntatem* DEI *eorum memoriam S. Patres celebrari mandauerunt.*

runt sempiternã in Ecclesiis, velut pro Domino morientium, velut pro gentibus, & pro Iudæis credituris, vel etiam pro ipsis parentibus, quorum parentes præ nimio dolore percutiebantur, vt eis intercessio filiorum apud DEVM plurimum profuisset.

SANCTVS CYPRIANVS. Epist. 34. de Celerino, & cæteris martyribus. *Sacrificia pro iis semper vt meministis offerimus, quoties martyrum passiones, & dies anniuersaria cõmemoratione celebramus.* lib. 4. epi. 5.

Epist. 37. *Dies eorum* (Martyrum) *quibus excedunt, annotate, vt commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus.* lib. 3. epi. 6.

BASILIVS MAGNVS in Iuliam Martyrem: *Hunc diem vobis indiximus celebriter agendum, quippe qui memoriam nouat magni illius certaminis, quod in muliebri quidem corpore generoso alioqui animo, & plus quã virili desudatum omni admiratione stuporeque perculit, cum illos qui & ipsi præsentes spectarunt, decertantem, tum eos, qui auditu percepturi sunt.*

GREGORIVS NAZIANZENVS. Oratione 3. quæ est inuectiua prima in Iulianum: *Non victimas pro Christo cæsas veritus es? nec magnos pugiles extimuisti IOANNEM illum, PETRVM, PAVLVM, IACOBVM, STEPHANVM, LVCAM, &c. quibus præclari ho-*

nores & festa sunt constituta, à quibus Dæmones propelluntur, & morbi curantur.

SANCTVS AVGVSTINVS libro 20. contra FAVSTVM MANICHÆVM cap. 21. *Populus Christianus memorias Martyrum religiosa solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum consocietur, atque orationibus adiuuetur: ita tamen, vt nulli Martyrum, sed ipsi DEO Martyrum, quamuis in memorias Martyrum, constituamus altaria.*

Eat nunc LVTHERVS & honorem suum, sanctorum DEI honoribus, sanctimoniam suam, sanctorum DEI sanctimoniæ, preces suas, Sanctorum DEI precibus, vires denique suas Sanctorum DEI viribus æquiparet. Eant Lutherani, & proscriptis amicissimorum DEI festis, exulante MARIA, eiectis Apostolis, relegatis Martyribus, Idolo suo Luthero & scholæ suæ hæreticissimæ tanquam *Augiæ stabulo* sacra faciant, ludos instituant, festa decernant. Ipsissima scilicet *Glauci & Diomedis permutatio*, qua sciolos istos coram toto mundo pudefacit Dominus, vt errori nouatorum pareant, qui amorem Veritatis Catholicæ reiecerunt.

Postremo illud HVNNI ridiculum accidit, te tuis ludis laudem ab nouitate quærere: quos scilicet *nemo eorum qui nunc viuunt hominum viderit, nec porro visurus sit.*

Quod

Quod vt nos tibi libentes concedimus, ita firmiter à DEO speramus & optamus. Neque enim nouus solum Iubilæus vester VVittenbergensis, quia à prima Academiæ origine primus, sed quia nouorum quoq; & insperatorum Academicotum opera celebratus, quorum si quempiam pii maiores nostri coram aspicerent, nil dubito quin quamprimum cum Regina ista exclamaturi essent:

Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes? Virg. 1. Aeneidos.

Aut cum illo pastore stomachaturi:

Impius hæc tam culta noualia miles habebit? Virg. 1. Ecloga.
Barbarus has segetes? ex quò discordia ciues
Perduxit miseros, en queis consenimus agros?

Sed tamen Postliminii spe omen optat voto tuo Ecclesia, quæ diuino aspirante numine posteris reconciliata nepotibus, insperatos istos hospites suo iterum tempore exulantes videbit, proximoque seculo huius ingeminatione vocis Iubilæum suum exhilarabit:

—*Hæc mea sunt, Veteres migrate Coloni.* Virg. Eclog. 9.

Neque enim fallit nos illud Apostoli: *Quemadmodum Iamnes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem: sed vltra non proficient: Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.* Atque hac ego fiducia fretus, excisarum 2. Tim. 3.

etiam hactenus hæreſeon omnium fragilima ſorte edoctus, meliore quam tu infra de Chartagine omine, non meo ſed Pontificis Maximi ſummi militiæ ſacræ ducis nomine Catholicis doctoribus inſonare audeo, illam animoſiſſimam DARII ad milites cohortationem, Martiis eius armis ſpiritus panopliam ſupponens, telorumque corporalium minas inuictorum argumentorum robore permutans, ne me hic cuiuſquam contra pacem publicam conſpirationis conſcium putes. *Quod mearum fuit partium, exercitum quem pene immenſa planities vix caperet, comparaui: equos, arma diſtribui: commeatus ne tantæ multitudini deeſſent, prouidi: locum, in quo acies explicari poſſet, elegi. Cætera in veſtra poteſtate ſunt: audete modo vincere, famamque, infirmiſſimum aduerſus fortes viros telum, contemnite. Temeritas eſt, quam adhuc pro virtute timuiſtis, quæ vbi primum impetum effudit, velut quædam animalia amiſſo aculeo, torpet.*

Q.Curtius Hiſtor. Alex.lib.4.

Hi verò campi deprehendere paucitatem, quam Cilicia montes abſconderant. Videtis ordines raros, cornua extenta, mediam aciem vanam & exhauſtam. Nam vltimi, quos locauit auerſos, terga iam præbent. Obteri me hercule equorum vngulis poſſunt, etiam ſi nil præter falcatos currus emiſero, & bello vicerimus, ſi vincimus prælio. Nam ne illis quidem ad fugam locus eſt. Hinc Euphrates, illic Ti-

gris

gris prohibet inclusos: & quæ antea pro illis erant, in contrarium conuersa sunt. Nostrum mobile & expeditum agmen est, illud præda graue. Implicatos ergo spoliis nostris trucidabimus: eademque res & causa victoriæ erit, & fructus. Quod si quem è vobis nomen gentis mouet, cogitet Macedonum illinc arma esse, non corpora. Multum enim sanguinis inuicem hausimus, & semper grauior in paucitate iactura est. Nam ALEXANDER quantuscunque ignauis & timidis videri potest, vnum animal est: & si quid mihi creditis, temerarium & vecors, adhuc nostro pauore, quam sua virtute felicius. Nihil autem potest esse diuturnum, cui non subest ratio. Licet felicitas aspirare videatur, tamen ad vltimum temeritati non sufficit. Præterea breues & mutabiles vices rerum, & fortuna nunquam simpliciter indulget.



II.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

HOc tam eximium & auguſtum feſtum grauiſſimis de cauſis celebrari iuſſit ac voluit, Sereniſſimus Dux Saxoniæ, Elector Princeps ac Mecœnas noſter clementiſſimus. Idem maturo conſilio ſanxit & indixit Academiæ Senatus Ampliſſimus.

CONFVTATIO.

PRÆVIDERAT homo catus HVNNIVS, dicturos Catholicos quæ diximus. Præoccupans igitur, cauſas inſtitutæ feſtiuitatis ſuæ reddit, & iuſſu, & voluntate Sereniſſimi Ducis ac Principis Saxoniæ Electoris, tum etiam Senatus Academici conſenſu. Quam aduerſus rationem, vt ego hic nihil amplius diſputo, cum Theologo mihi certamen, non cum Principe inſtitutum reputans: ita ab Hunnio & omnibus Hunniarum partium ſociis hoc æquiſſimum contendo: vt quemadmodum ipſi voluntatibus ſuorum Principum obtemperare, feſtaque eorum iuſſis inſtituta hilariter celebrare æquum ſanctumque putant; Ita viciſſim nobis eandem erga

Lutherani Principib. ſuis obſequentes. Catholicos Pontifici ſuo obtemperare ſinant.

Principes

Principes noſtros, & Romanum præſertim Pontificem pietatem concedant, vt quæ ipſe ad DEI & Sanctorum honorem, ad Eccleſiæ & Reipublicæ ornamentum incrementumque ſalutaria nobis pręcepta præſcribit, ipſis volentibus approbantibuſque, non vt conſueuerunt *Stentorea voce* oblatrantibus, & reclamantibus exequi liceat. Quanto enim interuallo Pontificis Infula ab Imperatoris Diademate diſtat, tanto æquiorem noſtram præ illorum obſequio voluntatem ducimus. Et hanc in rem præclare olim GREGORIVS NAZIANZENVS. Oratio. ad ciues Nazianzen. *Suſcipitis ne*, inquit, *libertatem verbi? libenter accipitis, quod lex CHRISTI ſacerdotali vos ſubiicit poteſtati, atque iſtis tribunalibus ſubdit. Dedit enim & nobis poteſtatem, dedit & principatum multo perfectiorem principatibus veſtris. Aut numquid iuſtum vobis videtur, ſi cedat ſpiritus carni, ſi terrenis cœleſtia ſuperentur, ſi diuinis præferantur humana?* Et in eandem ſententiam FELIX Papa: *Certum eſt hoc rebus veſtris eſſe ſalutare, vt cum de cauſis DEI agitur, iuxta ipſius conſtitutionem, regiam voluntatem Sacerdotibus CHRISTI ſtudeatis ſubdere, non præferre, & ſacroſancta per eorum præſules potius diſcere, quam docere; Eccleſiaſticam formam ſequi, non huic humanitus ſequenda iura præfigere;*

Can. 6. diſt. 10.

Can. 3. diſt. 10.

neque eius sanctionibus velle dominari, cuius Clementiæ D E V S voluit tuæ piæ deuotionis colla submittere: nedum mensura cœlestis dispositionis exceditur, eatur in contumeliam dispenentis.

Iubilæus Romanus visitandus.

Tenebamini igitur Iubilæi agendi cupiditate VVittenbergenses, iuissetis nobiscum ante triennium R O M A M, vidissetis orbem terræ Pontificia tuba congregatum, in Domino exultantem ac triumphantem, non in obscuro aliquo angulo mussitantem aut conuitiantem: Præsertim quia S T E P H A N O Papa dicente, *In spectaculum & exemplum* non VVittenbergensis aut Lipsensis, sed *sancta Romana Ecclesia, cui hodie Dominus CLEMENTEM VIII. præesse voluit, proposita est, vt ab omnibus, quicquid illa statuit, quicquid ordinat, perpetuo & irrefragabiliter obseruetur.* Et LEONE Papa teste, *Ita Dominus noster* IESVS CHRISTVS *humani generis Saluator instituit, vt veritas, quæ antea Legis & Prophetarum præconio continebatur, per Apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret: sicut scriptum est: in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed huius muneris Sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in* BEATISSIMO PETRO, *Apostolorum omnium Summo principaliter collocaret: vt ab ipso quasi quodam capite dona sua, velut in corpus omne diffun-*

Canon. 4. dist.19.

Epist.78. ad Episc. Vienens. Canon. 7. dist.19.

Petrus Apostolorū Princeps.

diffunderet: vt vxorem se ministerii intelligeret esse diuini, qui ausus fuisset à PETRI *sodalitate recedere. Hunc enim in consortium indiuiduæ Veritatis assumptum, id quod ipse erat, voluit nominari, dicendo*: Tu es Petrus & super hāc Petram ædificabo Ecclesiam meam, *vt æterni ædificatio templi mirabili munere Gratiæ* DEI *in* PETRI *sodalitate consisteret, hac Ecclesiam suam firmitate corroborans, vt illam nec humana temeritas posset appetere, vt portæ contra illam inferi præualerent. Verum hanc Petræ istius sacratissimam firmitatem, Domino vt diximus ædificante, constructam, nimis impia vult præsumptione violare, quisquis eius potestatem tentat infringere, fauendo cupiditatibus suis, & id quod accepit a Veteribus, non sequendo.*

Notent Lutherani & Caluinistæ, hostes Cathedræ S. Petri.

Sed & alterum ab Hunnio me petere pręsens locus postulat, vt consideret secum, vtrum quam nobis, tam Luthero hæc ipsius ætiologia sufficere queat. Qui anno XXI. præter alia inaudita paradoxa, etiam has seditiosas voces euomuit, quo nomine postea W*ormaciæ* in comitijs Imperialibus ab HIERONYMO ALEANDRO Nuncio Apostolico pessimè audijt: *Neq; Papam, neq; Episcopum, neque vllum hominem habere ius vnius syllabæ constituendæ super Christianum hominem, nisi id fiat eiusdem consensu. Hoc esse vere hominum seruos fieri, statutis & tyrannicis eorum legibus subiici. Christianis nihil vlla iure*

Libr. de capt. Babylor.

Luth. eximit Christianos ab omni Principum Iurisdictione.

atque inconstantem doctrinæ magistrum sequare, qui eodem ex ore calidum spirare & frigidum, negare & affirmare, probare & reprobare rem eandem sæpenumero inuentus est. Vnde tot contradictionum LVTHERI farragines: qualis olim fuit tabula cuiusdam laici Hallensis ciuis CASPARIS QVERHAMERI, qui miro studio ex diuersis Lutheri libris super vno articulo de Communione sub vna aut vtraque specie collegit XXXVI. Contrarietates. Talis & hodie libellus extat sub nomine *Wetterhan*, qui de omnibus fere doctrinæ partibus, de DEO, de Ecclesia, de Concilijs & Patribus, de peccato, de fide & bonis operibus, de lege & Euangelio, de libero arbitrio, de Sacramentis omnibus & singulis, de omni denique Theologia diuersas, aduersas & contrarias vnius Lutheri sententias fideli singulorum locorum allegatione demonstrat. Talis denique fuit & est adhuc hodie IOHANNIS COCHLÆI *Septiceps*, cuius institutum, malo ipsius authoris verbis ex præfatione cognoscas. *Cogita quæso*, inquit, *Lector, quam periculosum sit illi firmiter adhærere, & ab illius parte stare, qui tam instabilis vbique est in seipso: Aut ei plus quam toti Ecclesiæ credere, qui toties contradicit, & non credit sibi ipsi, ac se se proprio iudicio condemnat, & mendacem reddit. Ipse quidem Sacramentarijs, Suermeris, nunc aduersariis paulo ante dilectissimis fratellis.*

Lutheri creberrimę contradictiones.

Querhamer.

VVetterhan.

Septiceps Cochlæi.

lis, filiolisq; & aureis amiculis suis triumphabundus obiicit, ibi mera esse & mendacia & dæmonia, vbi tanta reperiatur eorum de re vna diuersitas, vtpote circa Eucharistiæ Sacramentum. Quanto obsecro, iustius nos idipsum obiicimus ei: Qui cum sit in substantia indiuiduum vnum, se ipsum in septem capita contrariis assertionibus diuisit? Multa quidem peperit olim monstra Aphrica, sed mirabiliora nunc parit monstra Germania. Quid enim monstrosius, quam in vno cucullo residere tot capita, inter se se tam contraria atque dissimilia? Quid adhac Ianus Bifrons? quid Gerion Triceps? quid Cerberus Trifaux? fabulæ sunt Poëtarum & iocosa figmenta. At septiceps cucullus, imò cucullatus Draco iste noster, nimiũ verè ac serio septem capitib. Germaniã confundit, ac pessimis venenis læthaliter afflat atq; corrumpit. Quis antea vidit quæso, tale vsquam portentum? Mirum quidem est, & supra omnem sensum atque intellectum sublime ac venerabile, maiestateque plenum mysterium, quod in vna DEITATE *sunt tres & hi tres vnum sunt: Vnum in substantia, tres in personis. At in vno vnius Lutheri cucullo sunt septem, & hi septem non modo vnũ sunt in substantia, sed & vnus in Persona. Mira profectò Theologia, non modo Iudæis & gentibus, sed & Christianis prius inaudita: In veteri Christianismo multitudinis credentium, erat cor vnum & anima vna: In nouo autẽ Euangelio* LVTHERI, *dissecatur cor & caro*

Lutherus Septiceps, monstrosior monstris Aphricæ.

vna

etiam hactenus hæreſeon omnium fragiliſſima ſorte edoctus; meliore quam tu infra de Chartagine omine, non meo ſed Pontificis Maximi ſummi militiæ ſacræ ducis nomine Catholicis doctoribus inſonare audeo, illam animoſiſſimam DARII ad milites cohortationem, Martiis eius armis ſpiritus panopliam ſupponens, telorumque corporalium minas inuictorum argumentorum robore permutans, ne me hic cuiuſquam contra pacem publicam conſpirationis conſcium putes. *Quod mearum fuit partium, exercitum quem pene immenſa planities vix caperet, comparaui: equos, arma diſtribui: commeatus ne tantæ multitudini deeſſent, prouidi: locum, in quo acies explicari poſſet, elegi. Cætera in veſtra poteſtate ſunt: audete modo vincere, famamque, infirmiſſimum aduerſus fortes viros telum, contemnite. Temeritas eſt, quam adhuc pro virtute timuiſtis, quæ vbi primum impetum effudit, velut quædam animalia amiſſo aculeo, torpet.*

Q. Curtius Hiſtor. Alex. lib. 4.

Hi verò campi deprehendere paucitatem, quam Ciliciæ montes abſconderant. Videtis ordines raros, cornua extenta, mediam aciem vanam & exhauſtam. Nam vltimi, quos locauit auerſos, terga iam præbent. Obteri me hercule equorum vngulis poſſunt, etiam ſi nil præter falcatos currus emiſero, & bello vicerimus, ſi vincimus prælio. Nam ne illis quidem ad fugam locus eſt. Hinc Euphrates, illic Ti-

gris prohibet inclusos: & quæ antea pro illis e-rant, in contrarium conuersa sunt. Nostrum mobile & expeditum agmen est, illud præda graue. Implicatos ergo spoliis nostris trucidabimus: eademque res & causa victoriæ erit, & fructus. Quod si quem è vobis nomen gentis mouet, cogitet Macedonum illinc arma esse, non corpora. Multum enim sanguinis inuicem hausimus, & semper grauior in paucitate iactura est. Nam ALEXANDER quantuscunque ignauis & timidis videri potest, vnum animal est: & si quid mihi creditis, temerarium & vecors, adhuc nostro pauore, quam sua virtute felicius. Nihil autem potest esse diuturnum, cui non subest ratio. Licet felicitas aspirare videatur, tamen ad vltimum temeritati non sufficit. Præterea breues & mutabiles vices rerum, & fortuna nunquam simpliciter indulget.



I. I.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

HOc tam eximium & augustum festum grauissimis de causis celebrari iussit ac voluit, Serenissimus Dux Saxoniæ, Elector Princeps ac Mecænas noster clementissimus. Idem maturo consilio sanxit & indixit Academiæ Senatus Amplissimus.

CONFVTATIO.



RÆVIDERAT homo catus HVNNIVS, dicturos Catholicos quæ diximus. Præoccupans igitur, causas institutæ festiuitatis suæ reddit, & iussu, & voluntate Serenissimi Ducis ac Principis Saxoniæ Electoris, tum etiam Senatus Academici consensu. Quam aduersus rationem, vt ego hic nihil amplius disputo, cum Theologo mihi certamen, non cum Principe institutum reputans: ita ab Hunnio & omnibus Hunniarum partium sociis hoc æquissimum contendo: vt quemadmodum ipsi voluntatibus suorum Principum obtemperare, festaque eorum iussis instituta hilariter celebrare æquum sanctumque putant; Ita vicissim nobis eandem erga Principes

Lutherani Principib. suis obsequentes. Catholicos Pontifici suo obtemperare sinant.

Principes nostros, & Romanum præsertim Pontificem pietatem concedant, vt quæ ipse ad DEI & Sanctorum honorem, ad Ecclesiæ & Reipublicæ ornamentum incrementumque salutaria nobis pręcepta præscribit, ipsis volentibus approbantibusque, non vt consueuerunt *Stentorea voce* oblatrantibus, & reclamantibus exequi liceat. Quanto enim interuallo Pontificis Infula ab Imperatoris Diademate distat, tanto æquiorem nostram præ illorum obsequio voluntatem ducimus. Et hanc in rem præclare olim GREGORIVS NAZIANZENVS. Oratio. ad ciues Nazianzen. *Suscipitis ne*, inquit, *libertatem verbi? libenter accipitis, quod lex CHRISTI sacerdotali vos subiicit potestati, atque istis tribunalibus subdit. Dedit enim & nobis potestatem, dedit & principatum multo perfectiorem principatibus vestris. Aut numquid iustum vobis videtur, si cedat spiritus carni, si terrenis cœlestia superentur, si diuinis praeferantur humana?* Et in eandem sententiam FELIX Papa: *Certum est hoc rebus vestris esse salutare, vt cum de causis DEI agitur, iuxta ipsius constitutionem, regiam voluntatem Sacerdotibus CHRISTI studeatis subdere, non praeferre, & sacrosancta per eorum praesules potius discere, quam docere; Ecclesiasticam formam sequi, non huic humanitus sequenda iura praefigere;*

Can. 6. dist. 10.

Can. 3. dist. 10.

neque eius sanctionibus velle dominari, cuius Clementia D E V S voluit tua pia deuotionis colla submittere: nedum mensura cœlestis dispositionis exceditur, eatur in contumeliam dispositionis.

Iubilæus Romanus visitandus.

Tenebamini igitur Iubilæi agendi cupiditate VVittenbergenses, iuissetis nobiscum ante triennium R O M A M, vidissetis orbem terræ Pontificia tuba congregatum, in Domino exultantem ac triumphantem, non in obscuro aliquo angulo mussitantem aut conuitiantem: Præsertim quia S T E P H A N O Papa dicente, *In spectaculum & exemplum* non VVittenbergensis aut Lipsensis, sed *sancta Romana Ecclesia, cui hodie Dominus C L E M E N T E M V I I I. praeesse voluit, proposita est, vt ab omnibus, quicquid illa statuit, quicquid ordinat, perpetuo & irrefragabiliter obseruetur.* Et LEONE Papa teste, *Ita Dominus noster* IESVS CHRISTVS *humani generis Saluator instituit, vt veritas, qua antea Legis & Prophetarum praconio continebatur, per Apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret: sicut scriptum est: in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum. Sed huius muneris Sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in* BEATISSIMO PETRO, *Apostolorum omnium Summo principaliter collocaret: vt ab ipso quasi quodam capite dona sua, velut in corpus omne diffun-*

Canon. 4. dist.19.

Epist.78. ad Episc. Vienens. Canon. 7. dist.19.

Petrus Apostolorũ Princeps.

diffunderet: vt vxorem se ministerii intelligeret esse diuini, qui ausus fuisset à PETRI *sodalitate recedere. Hunc enim in consortium indiuiduæ Veritatis assumptum, id quod ipse erat, voluit nominari, dicendo*: Tu es Petrus & super hãc Petram ædificabo Ecclesiam meam, *vt æterni ædificatio templi mirabili munere Gratiæ* DEI *in* PETRI *sodalitate consisteret, hac Ecclesiam suam firmitate corroborans, vt illam nec humana temeritas posset appetere, vt portæ contra illam inferi præualerent. Verum hanc Petræ istius sacratissimam firmitatem, Domino vt diximus ædificante, constructam, nimis impia vult præsumptione violare, quisquis eius potestatem tentat infringere, fauendo cupiditatibus suis, & id quod accepit à Veteribus, non sequendo.* Notent Lutherani & Caluinistæ, hostes Cathedræ S. Petri.

Sed & alterum ab Hunnio me petere pręsens locus postulat, vt consideret secum, vtrum quam nobis, tam Luthero hæc ipsius ætiologia sufficere queat. Qui anno XXI. præter alia inaudita paradoxa, etiam has seditiosas voces euomuit, quo nomine postea W*ormaciæ* in comitijs Imperialibus ab HIERONYMO ALEANDRO Nuncio Apostolico pessimè audijt: *Neq; Papam, neq; Episcopum, neque vllum hominem habere ius vnius syllabæ constituendæ super Christianum hominem, nisi id fiat eiusdem consensu. Hoc esse verè hominum seruos fieri, statutis & tyrannicis eorum legibus subiici. Christianis nihil vllo iure* Libr. de capt. Babylor. Luth. eximit Christianos ab omni Principum Iurisdictione.

posse imponi legum, nisi quantum volunt, cum sint liberi ab omnibus.

Et in libro de Seculari potestate, & si superiora reuocare, & Magistratui ademptam potestatem restituere velle videatur: quemadmodum ipse de eo libro hoc arrogans iudicium tulit, *quod à tempore Apostolorum nullus Doctor aut Scriptor, nullus Theologus aut Iuris Consultus tam insigniter ac clare secularem gubernationem atque potestatem sic illustrarit atque exornarit, sicut ipse fecerit, adeò vt ne* AVGVSTINVS *quidem vel* AMBROSIVS *in hac re optimi cum ipso comparandi sint*. Tamen ibidem eos Principes velut insanos & peruersos reprobat, qui in rebus fidei & Ecclesiæ suis præsumunt subditis leges dare, præcipere ac prohibere.

Lutherus hostis legis, mox legislator factus.

Quod si verum est HVNNI, videris tu licet, quomodo hæc ætiologia tua cum Præceptoris tui Theologia consistat: quomodo eundem Cothurnum Lutherum ab inconstantissimæ leuitatis culpa tueare, qui parum memor superiorum, eodem anno XXI. diuersos suarum legum Germanicos libellos edidit. vt COGHLÆVS annotauit. *Vnum de formula Baptizandi: alterum de institutione cultus diuini, tertium de communi fisco: In quem deputabat primum sane fundos, & bona omnium Monasteriorum Campestrium, Ordinis* BENEDICTINI, CISTERCIENNSIS, COELESTINI, *&c. De quibus ait,*

In Actis Luth. año 23. p. 84.

ait, melius fuisse, si nullum eorum fuisset vnquã super terram: Cum autem iam sit, optimum fore, vt interire sinantur; aut si commodè fieri queat, vt funditus & omnino tollantur. Deinde similiter addicebat communi fisco fundos & bona atque oppida Episcopatuum Collegiorumque & Capitulorum, nisi fortè magis placeret, seculares ex iis principatus facere. Et vniuersaliter omnes beneficiorum Ecclesiasticorum prouentus censusque & bona eidem fisco adiudicabat. Ceterum cœnobia fratrum mendicantium in ciuitatibus, iubebat conuerti in scholas puerorum & puellarum, aut in alios publicos vsus ciuitatis. In distributione verò, prima pars Pastoris & Concionatoris erat atque Præpositorum fisci & custodum templi. Altera Rectoris Scholæ vtriusque sexus. Tertia pro senibus & infirmis. Quarta pro Orphanis. Quinta pro plebe obærata. Sexta pro mercenariis aduenticiis: Septima pro ædificiis. Octaua pro coëmenda siligine tempore fertilitatis. Cautum præterea fuit, ne posthac vllus admittatur terminarius Monachus, aut Stationarius, nullus aduenticius scholaris, nullus mendicus.

Lutherus distribuit bona Ecclesiastica.

Vides HVNNI, quam repentè ex Libertino Luthero SOLON aliquis aut LYCVRGVS effectus sit, q nõ minus strenuè añ. XXIIX. in Visitatione Saxonica cũ Achate suo PHILIPPO Legislatoris partibus defunctus est, variis ministellis suis docendi gubernandiq; legibus præscriptis. Vides quam mutabilem

Cochl. in Actis Luther. Ann. 28. p. 180.

atque inconstantem doctrinæ magistrum sequare, qui eodem ex ore calidum spirare & frigidum, negare & affirmare, probare & reprobare rem eandem sæpenumero inuentus est. Vnde tot contradictionum LVTHERI farragines: qualis olim fuit tabula cuiusdam laici Hallensis ciuis CASPARIS QVERHAMERI, qui miro studio ex diuersis Lutheri libris super vno articulo de Communione sub vna aut vtraque specie collegit XXXVI. Contrarietates. Talis & hodie libellus extat sub nomine *Wetterhan*, qui de omnibus fere doctrinæ partibus, de DEO, de Ecclesia, de Concilijs & Patribus, de peccato, de fide & bonis operibus, de lege & Euangelio, de libero arbitrio, de Sacramentis omnibus & singulis, de omni denique Theologia diuersas, aduersas & contrarias vnius Lutheri sententias fideli singulorum locorum allegatione demonstrat. Talis denique fuit & est adhuc hodie IOHANNIS COCHLÆI *Septiceps*, cuius institutum, malo ipsius authoris verbis ex præfatione cognoscas. *Cogita quæso*, inquit, *Lector, quam periculosum sit illi firmiter adhærere, & ab illius parte stare, qui tam instabilis vbique est in seipso: Aut ei plus quam toti Ecclesiæ credere, qui toties contradicit, & non credit sibi ipsi, ac se se proprio iudicio condemnat, & mendacem reddit. Ipse quidem Sacramentarijs, Suermeris, nunc aduersariis paulo ante dilectissimis fratellis,*

Lutheri crebberrimæ contradictiones.

Querhamer.

VVetterhan.

Septiceps Cochlæi.

lis, filiolisq; & aureis amiculis suis triumphabundus obiicit, ibi mera esse & mendacia & dæmonia, vbi tanta reperiatur eorum de re vna diuersitas, vtpote circa Eucharistiæ Sacramentum. Quanto obsecro, iustius nos idipsum obiicimus ei: Qui cum sit in substantia indiuiduum vnum, se ipsum in septem capita contrariis assertionibus diuisit? Multa quidem peperit olim monstra Aphrica, sed mirabiliora nunc parit monstra Germania. Quid enim monstrosius, quam in vno cucullo residere tot capita, inter se se tam contraria atque dissimilia? Quid adhac Ianus Bifrons? quid Gerion Triceps? quid Cerberus Trifaux? fabulæ sunt Poëtarum & iocosa figmenta. At septiceps cucullus, imò cucullatus Draco iste noster, nimiũ verè ac serio septem capitib. Germaniã confundit, ac pessimis venenis lethaliter afflat atq; corrumpit. Quis antea vidit quæso, tale vsquam portentum? Mirum quidem est, & supra omnem sensum atque intellectum sublime ac venerabile, maiestateque plenum mysterium, quod in vna DEITATE *sunt tres & hi tres vnum sunt: Vnum in substantia, tres in personis. At in vno vnius Lutheri cucullo sunt septem, & hi septem non modo vnũ sunt in substantia, sed & vnus in Persona. Mira profecto Theologia, non modo Iudæis & gentibus, sed & Christianis prius inaudita: In veteri Christianismo multitudinis credentium, erat cor vnum & anima vna: In nouo autẽ Euangelio* LVTHERI, *dissecatur cor & caro*

Lutherus Septiceps, monstrosior monstris Aphricæ.

vna

vna in corda & capita multa: vt non solum diuersi diuersa sentiant, sed & vnus arroget sibi sensus & capita multa. Nos quidem breuiter septem elicuimus, qui inuite ac graui cum tædio nauseaque Lutheri libros legimus. At si quis plura in eis desideret, siue monstra siue capita, modo excutiat & perlustret paulo diligentius, inueniet proculdubio multa & plura mirabiliora: & ea quidem vsque adeo absurda, impia, blasphema, vt homo pius ac timoratus, neque lingua eloqui, neque mente cogitare atque resoluere sustineat.

Lutherani quàm friuolè excusent Lutheri puerilē inconstantiam.

Neque nunc audio excusatiunculam illam vestram HVNNI, LVTHERVM *initio ex Papatus tenebris prorepentem, non satis dilucidè omnia peruidere potuisse: temporis progressu creuisse spiritum, & doctrinam purgatiorem effectam.* Quomodo enim quæso non pudet hac tam frigida purgatione opē ferre ei, qui aliâs à vobis audit *vir à* DEO *missus, plenus spiritu & veritate, Apostolus, Euangelista, Elias, cuius ore loquatur Christus, ad detegendum Antichristum cœlitus destinatus.* Nunquam Apostolos aut Prophetas ita vacillasse aut creuisse inuenio, vt primis annis docerent, quæ posterioribus retractarent, & tanquam falsa condemnarent. Constat sibi Spiritus Domini, & eandem veritatem eadem constantia prædicat, initio, medio, fine, nec decuit vltima tēpora talis reformator, qui nōdum ipse satis reformatus, atque ab antiquis

scorijs

ſcorijs expurgatus eſſet, vt modo in hanc, modo in illam partem ebrij inſtar cœſpitaret, & lubrica, inconſtante, reſorpta & abſorpta doctrina verbum DEI hoſtibus deridendum proponeret pluresque ad ruinam quam ad ſalutem ædificaret. Ferit hoc eodem telo Lutherus CAROLSTADIVM, ſub iſtam profectus pergulam profugiẽtem, *veriſſime*, inquit, *Diabolus eſt, qui ita clanculũ ac ſubdole adrepit, ac poſtea ſe excuſat, quod à principio non ſatis Spiritu confirmatus fuerit. Scilicet: Non hac excuſatione vtitur Spiritus* DEI, *mi Satan, ego bene te noui.* Lib. cõtra cœleſtes Prophetas, Tom. 2. fol. 30.

III.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

*NON verò Iubilæum agimus, vel Romanum Ethnicum in ludis ſitum & otioſis ſpectaculis: vel Romanum Pontificium turpiſsima Indulgentiarum nundinatione * infamem potius, quàm de meliori nota celebrem. Sed Iubilæum agimus verè Chriſtianum; ideo videlicet indictum, vt de Academiæ huius initio, progreſſu, & incrementis, & per tot rerum humanarum vices, tempeſtatesq́; * miranda Dei protectione diſſeratur, quo pacto ea ante annos centum circa has ipſas horas nata, & ſolenni ritu*

* Turpiſſima atq; infamis calumnia tua Hunni.

* Non omnis duratio amicã Dei protectionẽ arguit. Sed neque dũ omniũ dierum ſoles occiderunt.

*Magna scilicet immensitas Academiæ VVitteb. magna apud exteros fama, magna Romæ formido. Spectatum admissi risum teneatis amici.

*ni ritu introductionis velut in cunas reposita sit, quomodoque paulatim adolescens, in hanc vt sic loquar immensitatem * excreuerit, vt fama gloriaque sua terrarum orbem compleret, cunctisq; suis hostibus, ipsi adeò Pontifici Romano cum omni eius clientela formidabilis euaderet.*

CONFVTATIO.

Plato lib. 8 de Republ.



RINCEPS ingenij & doctrinæ PLATO in libris de Republica *αἱ δὲ κύνες inquit οἷαίπερ αἱ δέσποιναι. Similes sunt catelli Domini.* Quemadmodum igitur *Lutherus* huius gregis promachus initium Apostasię suę ab Indulgentiarum reprehensione fecit: ita hic catellus HVNNIVS, ne qua in parte degener appareat, eodem ingressu ad Catholicorum vexationem vtitur: Imperitia ne magis an malitia dubito. Imperitiam satis coarguunt ea, quæ ante triennium circiter in hac causa contra Illustriss. BELLARMINVM infelicissimè tentauit, quorumque vindicias adhuc Doctissimo SCHOPPIO debet, præmaturis quidem annis viro, sed maturrima sapientia, & in omni litterarum genere, insigni doctrinæ Malitiam persuadet rei euidentia & facilitas, quã vix credibile est, nisi planè fungus stipesue sit,

Gasper Schoppius.

ſit, quin ex luculentiſſimis Catholicorum diſputationibus, qui in hoc argumento (cuius abortus hæreſin Lutheranam peperit) ſi vſquam aliâs, planè gnaui induſtrijq́; ſunt cognorit. Sed cogito illud *Heracliti* apud *Ariſtotelem*: *Aſini ſtramenta malunt quam aurum*. Itaque vt hunc ipſi *vnguem ex vlcere*, hanc ſpinam ex oculo, ſi licebit, eruamus, libebit poſtmodum nonnulla huius loci, ſimpliciorum etiam in gratiam, qui fortè hęc noſtra lecturi aliquam benedicente Domino vtilitatem aſportabnnt, παχύτερον καὶ σαφέστερον attingere. lib. 10. Eth. Nicoma.

Nunc quoniam eius rei recens memoria calet, de Iubilæo noſtro veſtroque aliquantulum diſpiciamus HVNNI, quorum tu valde iniquam comparationem inſtituiſti, hũc veſtrum Chriſtianum, illum verò noſtrum turpiſſimum & infamem calumnioſo ore dictitans. Cur enim quæſo veſter adeò Chriſtianus? quia εὐλογίαν habuit mirãdæ DEI protectionis in Academia veſtra tot inter tempeſtates cõſeruanda, &c. Pręclarè. Quaſi verò non etiam noſter Iubilæus εὐλογίαν habuerit DEI omnipotentis, in prædicandis ipſius laudibus, ob conſeruatam non vnam aliquam obſcuram & infamem in angulo mundi recõditam Academiolam, ſed ob defenſam valloque mirificę benedictionis circundatam vniuerſam Sacroſanctam Catho- Comparatio Iubilæi Romani & VVitteb.

licam Ecclesiam, toto terrarum orbe Eois & Occiduis in oris, inter medios hostiũ latratus adhuc indies vbertim fructificantem: ob repressum violentissimum Mahumetis mucronem, ob frustratas Diaboli insidias, ob detectas pestilentissimorum hæreticorum, *Lutheri, Caluini,* & similium, fraudes, ob reducta in Sacrosanctæ matris gremium multa innocentium animarum millia, quas tu tuique similes longo tempore sub potestate tenebrarum tenuistis captiuas, denique ob vniuersas huius & futuræ vitæ necessitates liberalissime à Domino præter & supra omne meritum nostrum suppeditatas. Quibus accesserunt tandem pijssima ad DEVM vota, & humilimæ preces, ipsa bulla indictionis Iubilæi nostri à Sanctissimo Pontifice præscriptæ, *pro omnium* nempe *fidelium ac totius Christiani populi salute, pro regibus & principibus Christianis, vt deinceps quietam & tranquillam vitam agant, & pax concordiaque perpetuo inter eos conseruetur.* Quæ omnia si minus Christiana, quã vestræ illæ execrabiles næniæ & laruatæ grates videntur, sane palmam Wittebergensi Iubilæo præ nostro Romano concedo. Sed quid præterea Iubilæus vester habuit? Speciem fortasse aliquam solennioris conuentus, pulsum sonantioris Campanæ, plebis spectaculum insuetius, scholasticæ iuuentutis cupidiorem concursum, Auditorium tapetibus stratum,

Vide Bullã indictionis cum Schoppii notis editã in 4. fol. 3. a. & b.

Solennia Iubilæi VVittebergensis.

tum, maledicam alicuius Rhetorculi, velut HVNNII declamationem, ſeculare alicuius Poëtaſtri carmen, denique quid amplius? Opiparum à Scena conuiuium, vbi omnes *Baccho Cerereque* diſtẽti alta Prophetæ ſuo Luthero Iubila, diras Pontifici noſtro execrationes dixere, ſcilicet hoc eſt HVNNIO Chriſtianum agere Iubilæum. Aſt animo contrito & ſpiritu humilitatis, aſſiduis orationibus & ieiunijs, quotidianis ſacrorum locorum viſitationibus, ad memorias Martyrum frequentibus ſupplicationibus, Eleemoſynis in pauperes liberaliter erogandis, peregrinis humaniter ſuſcipiendis & hoſpitandis, eſurientibus paſcendis, ſitientibus potandis, nudis veſtiendis, ægris viſitandis & conſolandis, denique aliis miſericordiæ operibus ſalutaribus ſe indulgentijs conſequendis (quod, Iubilæi noſtri Bulla præſcribit,) præparare, hoc Pontificium, hoc Antichriſtianum & Idololatricum eſt. O vtinam tu Hunni vel ſuperiori ſexcenteſimo anno Iubilantes Romanos, vel hac præterita ęſtate propinquiori à vobis ſpacio Iubilantes *Moguntinos* vidiſſes, quam nũc te putidæ huius fabulæ tuæ puderet. Nam vt de MOGVNTINENSIBVS prius ὕστερον πρότερον dicam, quanta pietate hic & tota diœceſi vniuerſus populus, Prælati, ſubditi, clerici, Laici, Nobiles, Plebei, docti, indocti,

Solennia Iubilæi Catholici.

Iubilæus Moguntinus.

 ciues,

ciues, rustici, mares, fœminæ, senes denique ac iuuenes, suo quisque loco atque ordine domi ac foris hoc sacrum festum ceperint, egerint, clauserint, quanta hic omnium erga DEVM fides, in seipsos temperantia, in proximum caritas & benignitas eluxerit: testes esse possunt tum vici ac compita vrbis, vix hominum multitudini capiendæ, vt fide dignorum relatione intellexi, sufficientia, tum templa & delubra Sanctorum, planè concurrentium copia ad summum referta, tum Sacerdotes, confitentium ac communicantium numero ferme oppressi, tum denique hæreticorum *Lutheranorum* ac *Caluinistarum* plurimi, qui fama acciti, tantum ex insperatę deuotionis spectaculo admirationis ceperunt, vt non solum apertè Catholicis laudem sinceræ religionis, sed & fidem assensumq; præbuerint, confestimq; peccatorum sarcina deposita ac damnabili hæresi eiurata, omnium festiuitatis sanctæ operum pientissimorum se socios præbuerint. Alij scrupulo concepto, non parum de fide prædicantium suorum dubij, magnam conuersionis suæ spem in posterum futuræ reliquerunt.

Iam si Romana videamus, longè omnia maiora & luculentiora. Qua de re quia oculatus testis fuit, Reuerendi Patris FRANCISCI COSTERI, Societatis Iesu Theologi, verba ascribere licet, ex Epistola ad ministrum

ſtrum quendam Caluinianum, GASPARVM GREVINCHOVIVM, cui ex vrbe eodem tempore ab eo conuitijs laceſſitus, hoc modo reſpondit. *Dubitas num in vrbem, an in Purgatorium abierim. Vtrumque lepidè pro tua pietate & eruditione miraris, tum quod Romæ non plus Indulgentiarum ſit, quam Bruxellæ, tum quod non exiſtimaueris me tam delirum iſthac ætate, vt helleboro purgari debeam. Agnoſco inconditos hæretici lepores, qui neque pro ſua eruditione vim Indulgentiarum nouit, neque pro ſua pietate ſanctorum locorum virtutem aliquando ſenſit. Vt igitur ex animo tuo dubitationem eximam, Reſpondeo necdum me ex hac vita ad Purgatorium migraſſe: Beatum porrò te fore, ſi aliquando tibi ad Purgatorium migrare detur. Tu certa fide ex Caluini doctrina tibi ſymmiſtisque tuis expectas vitam æternam. At ego cum Catholicis omnibus vniuerſi orbis certiore fide, tibi tuisque (ni ab hæreſi reſipiſcatis) prædico gehennam & mortem æternam. Fides tua te perdet Hæretice, & ſpes confundet, atque vos omnes in imum Barathri deiiciet.*

Romam *veri biduo ante Pentecoſten, vbi more maiorum ſacra loca frequento, Chriſtiani populi deuotionem admiror, atque obſtupeſco ad Romanorum pietatem. Vtinam tu hic adſis, mecumque coram ſpectes, quæ Romæ geruntur. Pauca ex innumeris referam, quæ omnem fidem ſuperant. Tanta huc confluit ex omnibus* Romani Iubilæi opera ſanctiſſima.

Pontificis liberalitas in paupe- res & ad- uenas.

cerdotes Transalpinos, largitas commendatur, qui præter mille coronatos, quos in hospitale Sanctissimæ Trinitatis diebus singulis confert, in palatio suo quotidie nunc ducentos, nunc trecentos & amplius alit: neque desunt priuati viri, tum ex Clero, tum ex Nobilitate & Ciuibus, qui pro suis quisque facultatibus idipsum præstant.

Xenodochium S. Trinitatis.

In prædicto Xenodochio sanctissimæ Trinitatis admiratus sum numerum, ordinem, nobilium sedulitatem & cibi potusque copiam. Ab hora vigesima vsque ad sextam noctis, hoc est ad horas nostras, à quarta pomeridiana vsque ad secundam post mediam noctem, producitur cœna, non eorundem, sed diuersorum; quod singulæ mensæ paulo amplius dimidiata hora absoluantur, simul autem eodem tempore diuersis in Cœnaculis & mensis cibum sumunt circiter duo hominum millia. Tum ex his collige, quot millia, decem illis horis pascantur, & id quidem hoc anno sacro in singulos dies.

Sodalitia ciuium, quas confraternitates vocant, certis piis officiis charitatis addictas, (quales hic plurimæ sunt) eos omnis suis impensis excipiunt, qui huc aliunde ex similibus sodalitatibus, iisdem vtentes legibus conueniunt, videas quandoque eodem die triginta aut quadraginta eiusmodi sodalitia è diuersis Italiæ ciuitatibus in vrbem summa deuotione ingredi, quorum quodlibet 300. 400. 1000. aut 2000. capita continet, elapsa septimana simul ex vna

sodali-

ſodalitate ad decem millia acceſſerunt; non pauperes modo, ſed diuites quoq; & nobiles viri, qui ad pauperum ſubſidium è locis ſuis, vinum, frumentum, ligna aliaq; id genus liberaliter conuehunt. Hi autem Peregrini, loca ſacra, alii apertis capitibus, alii nudis pedibus, alii aliis pœnitẽtia modis frequentant, &c.

En Hunni, hæc ſunt opera Iubilæorum noſtrorum, toto orbe inſpectante geſta, pientiſſima, ſanctiſſima, populo CHRISTI electo digniſſima. Quib. nunc tu eas, & laruas tuas VVittenbergenſes opponas, ſcilicet vmbram corpori, ſcorias auro, æra lupinis, hæretica Chriſtianis.

DE INDVLGENTIIS.

SED quia Indulgentiarũ nomine HVNnio ſacra noſtra ſordent, quia etiam hoc vno argumento neſcio quis Poëtaſter ad finem orationis Hunnianæ, Papam Antichriſtũ eſſe nititur imperitis perſuadere, age ad ſubleuandos ſimpliciores, & *caput* hoc *Gorgoneum*, lapidemq; offendiculi amoliendum breuiter quaſi *rudi Minerua*, quid Indulgentiæ ſint, quidq; de iis Eccleſia credat vel non credat exponamus. Quo de argumento tantò libentius hic ſermonem inſtituam, quia hinc iterum tanquam ex ſpeculo vaniſſimi Lutheri iactantia apparebit, qui ante LXX. circiter annos thraſonicè ſcribere non veritus eſt, *ſua opera Indulgentias pro-* Præfat. libri de Miſſa angulari.

*Magna scilicet im̃ensitas Academiæ VVitteb. magna apud exteros fama, magna Romæ formido. Spectatum admissi risum teneatis amici.

*ni ritu introductionis velut in cunas reposita sit, quomodoque paulatim adolescens, in hanc vt sic loquar immensitatem * excreuerit, vt fama gloriaque sua terrarum orbem compleret, cunctisq́; suis hostibus, ipsi adeò Pontifici Romano cum omni eius clientela formidabilis euaderet.*

CONFVTATIO.

Plato lib. 8 de Republ.



PRINCEPS ingenij & doctrinæ PLATO in libris de Republica *αἱ δὲ κύνες inquit οἷαίπερ αἱ δέσποιναι. Similes sunt catelli Domini.* Quemadmodum igitur *Lutherus* huius gregis promachus initium Apostasię suę ab Indulgentiarum reprehensione fecit: ita hic catellus HVNNIVS, ne qua in parte degener appareat, eodem ingressu ad Catholicorum vexationem vtitur: Imperitia ne magis an malitia dubito. Imperitiam satis coarguunt ea, quæ ante triennium circiter in hac causa contra Illustriss. BELLARMINVM infelicissimè tentauit, quorumq̀ue vindicias adhuc Doctissimo SCHOPPIO debet, præmaturis quidem annis viro, sed maturrima sapientia, & in omni litterarum genere, insigni doctrinæ Malitiam persuadet rei euidentia & facilitas, quã vix credibile est, nisi planè fungus stipesue sit,

Gasper Schoppius.

ſit, quin ex luculentiſſimis Catholicorum diſputationibus, qui in hoc argumento (cuius abortus hæreſin Lutheranam peperit) ſi vſquam aliâs, planè gnaui induſtrijq; ſunt cognorit. Sed cogito illud *Heracliti* apud *Ariſtotelem* : *Aſini ſtramenta malunt quam aurum*. Itaque vt hunc ipſi *vnguem ex vlcere*, hanc ſpinam ex oculo, ſi licebit, eruamus, libebit poſtmodum nonnulla huius loci, ſimpliciorum etiam in gratiam, qui fortè hęc noſtra lecturi aliquam benedicente Domino vtilitatem aſportabunt, παχύτερον καὶ σαφέστερον attingere. lib. 10. Eth. Nicoma.

Nunc quoniam eius rei recens memoria calet, de Iubilæo noſtro veſtroque aliquantulum diſpiciamus HVNNI, quorum tu valde iniquam comparationem inſtituiſti, hũc veſtrum Chriſtianum, illum verò noſtrum turpiſſimum & infamem calumnioſo ore dictitans. Cur enim quæſo veſter adeò Chriſtianus? quia εὐλογίαν habuit mirãdæ DEI protectionis in Academia veſtra tot inter tempeſtates cõſeruanda, &c. Pręclarè. Quaſi verò non etiam noſter Iubilæus εὐλογίαν habuerit DEI omnipotentis, in prædicandis ipſius laudibus, ob conſeruatam non vnam aliquam obſcuram & infamem in angulo mundi recõditam Academiolam, ſed ob defenſam valloque mirificę benedictionis circundatam vniuerſam Sacroſanctam Catho- Comparatio Iubilæi Romani & VVitteb.

licam Ecclesiam, toto terrarum orbe Eois & Occiduis in oris, inter medios hostiũ latratus adhuc indies vbertim fructificantem: ob repressum violentissimum Mahumetis mucronem, ob frustratas Diaboli insidias, ob detectas pestilentissimorum hæreticorum, *Lutheri, Caluini*, & similium, fraudes, ob reducta in Sacrosanctæ matris gremium multa innocentium animarum millia, quas tu tuique similes longo tempore sub potestate tenebrarum tenuistis captiuas, denique ob vniuersas huius & futuræ vitæ necessitates liberalissime à Domino præter & supra omne meritum nostrum suppeditatas. Quibus accesserunt tandem pijssima ad DEVM vota, & humilimæ preces, ipsa bulla indictionis Iubilæi nostri à Sanctissimo Pontifice præscriptæ, *pro omnium* nempe *fidelium ac totius Christiani populi salute, pro regibus & principibus Christianis, vt deinceps quietam & tranquillam vitam agant, & pax concordiaque perpetuo inter eos conseruetur.* Quæ omnia si minus Christiana, quã vestræ illæ execrabiles næniæ & laruatæ grates videntur, sane palmam Wittebergensi Iubilæo præ nostro Romano concedo. Sed quid præterea Iubilæus vester habuit? Speciem fortasse aliquam solennioris conuentus, pulsum sonantioris Campanæ, plebis spectaculum insuetius, scholasticæ Iuuentutis cupidiorem concursum, Auditorium tapetibus stratum,

Vide Bullã indictionis cum Schoppii notis editã in 4. fol. 3. a. & b.

Solennia Iubilæi VVittebergensis.

tum, maledicam alicuius Rhetorculi, velut HVNNII declamationem, seculare alicuius Poëtastri carmen, denique quid amplius? Opiparum à Scena conuiuium, vbi omnes *Baccho Cerereque* distéti alta Prophetæ suo Luthero Iubila, diras Pontifici nostro execrationes dixere, scilicet hoc est HVNNIO Christianum agere Iubilæum. Ast animo contrito & spiritu humilitatis, assiduis orationibus & ieiunijs, quotidianis sacrorum locorum visitationibus, ad memorias Martyrum frequentibus supplicationibus, Eleemosynis in pauperes liberaliter erogandis, peregrinis humaniter suscipiendis & hospitandis, esurientibus pascendis, sitientibus potandis, nudis vestiendis, ægris visitandis & consolandis, denique aliis misericordiæ operibus salutaribus se indulgentijs consequendis (quod, Iubilæi nostri Bulla præscribit,) præparare, hoc Pontificium, hoc Antichristianum & Idololatricum est. O vtinam tu Hunni vel superiori sexcentesimo anno Iubilantes Romanos, vel hac præterita ęstate propinquiori à vobis spacio Iubilantes *Moguntinos* vidisses, quam nũc te putidæ huius fabulæ tuæ puderet. Nam vt de MOGVNTINENSIBVS prius ὕστερον πρότερον dicam, quanta pietate hic & tota diœcesi vniuersus populus, Prælati, subditi, clerici, Laici, Nobiles, Plebei, docti, indocti, ciues,

Solennia Iubilæi Catholici.

Iubilæus Moguntinus.

ciues, ruſtici, mares, fœminæ, ſenes denique ac iuuenes, ſuo quiſque loco atque ordine domi ac foris hoc ſacrum feſtum ceperint, egerint, clauſerint, quanta hic omnium erga DEVM fides, in ſeipſos temperantia, in proximum caritas & benignitas eluxerit: teſtes eſſe poſſunt tum vici ac compita vrbis, vix hominum multitudini capiendæ, vt fide dignorum relatione intellexi, ſufficientia, tum templa & delubra Sanctorum, planè concurrentium copia ad ſummum referta, tum Sacerdotes, confitentium ac communicantium numero ferme oppreſſi, tum denique hæreticorum *Lutheranorum* ac *Caluiniſtarum* plurimi, qui fama acciti, tantum ex inſperatę deuotionis ſpectaculo admirationis ceperunt, vt non ſolum apertè Catholicis laudem ſinceræ religionis, ſed & fidem aſſenſumq́; præbuerint, confeſtimq́; peccatorum ſarcina depoſita ac damnabili hæreſi eiurata, omnium feſtiuitatis ſanctæ operum pientiſſimorum ſe ſocios præbuerint. Alij ſcrupulo concepto, non parum de fide prædicantium ſuorum dubij, magnam conuerſionis ſuæ ſpem in poſterum futuræ reliquerunt.

Iam ſi Romana videamus, longè omnia maiora & luculentiora. Qua de re quia oculatus teſtis fuit, Reuerendi Patris FRANCISCI COSTERI, Societatis Ieſu Theologi, verba aſcribere licet, ex Epiſtola ad miniſtrum

ſtrum quendam Caluinianum, GASPARVM GREVINCHOVIVM, cui ex vrbe eodem tempore ab eo conuitijs laceſſitus, hoc modo reſpondit. *Dubitas num in vrbem, an in Purgatorium abierim. Vtrumque lepide pro tua pietate & eruditione miraris, tum quod Romæ non plus Indulgentiarum ſit, quam Bruxellæ, tum quod non exiſtimaueris me tam delirum iſthac ætate, vt helleboro purgari debeam. Agnoſco inconditos hæretici lepores, qui neque pro ſua eruditione vim Indulgentiarum nouit, neque pro ſua pietate ſanctorum locorum virtutem aliquando ſenſit. Vt igitur ex animo tuo dubitationem eximam, Reſpondeo necdum me ex hac vita ad Purgatorium migraſſe: Beatum porrò te fore, ſi aliquando tibi ad Purgatorium migrare detur. Tu certa fide ex Caluini doctrina tibi ſymmiſtiſque tuis expectas vitam æternam. At ego cum Catholicis omnibus vniuerſi orbis certiore fide, tibi tuiſque (ni ab hæreſi reſipiſcatis) prædico gehennam & mortem æternam. Fides tua te perdet Hæretice, & ſpes confundet, atque vos omnes in imum Barathri deiiciet.*

Romam *veri biduo ante Pentecoſten, vbi more maiorum ſacra loca frequento, Chriſtiani populi deuotionem admiror, atque obſtupeſco ad Romanorum pietatem. Vtinam tu hic adſis, mecumque coram ſpectes, quæ Romæ geruntur. Pauca ex innumeris referam, quæ omnem fidem ſuperant. Tanta huc confluit ex omnibus* Romani Iubilæi opera ſanctiſſima.

mundi Prouinciis hominum turba, vt eam Roma vix capiat, diuites, nobiles, Pauperes, senes, Iuuenes, viri atque mulieres. Bononia Lauretum, & inde Romam, vidimus vias omnes peregrinorum euntium atque redeuntium multitudine refertas. Ad vnicum Xenodochium sanctissimæ Trinitatis ab ineunte hoc anno seculari in dies singulos nunc 8. nunc 9. nunc 10. nunc 12. millia exterorum conueniunt, qui nobilium & ciuium Romanorum impensis triduo gratis aluntur, & hospitio excipiuntur. His Primates ministrant, pedes abluunt, necessariaq; vitæ suppeditant: viri viris, mulieres separatis locis, fœminis. Atque in his Duces & Comites vtriusque sexus, Episcopi, Cardinales & Summus Pontifex, qui nudius tertius, vt etiam alias eodem loci suis ipse manibus sordidos pauperum pedes lauit & osculatus est.

Pontificis & Cardinaliuũ humilitas.

Plerique hæretici, etiam Caluinistæ, qui huc spectatum aduenerant, visa Romanorum charitate, pietate, misericordia, effusa liberalitate ac deuotione non se continuerunt, quin suorum Prædicantium mendacia palam damnarent, vt qui non nisi in vitia Pontificis, Cardinalium, Episcoporum, Clerique Romani deblaterent, suas Conciones, his putidis flosculis ornent, cum Romam nunquam viderint, neque quid Romæ geratur, vnquam didicerint. Ignorant enim hic cum summa eruditione, summam vigere pietatem, cum qua si tuam conferas, Hæretice GASPAR *quam tibi affingit* ANTICO-

STE-

STERVS *tuus: erit pietas tua impietas, & eruditio tua summa ignoratio. Illi igitur abiurata hæresi sua ad Catholicam Ecclesiam se se aggregarunt. In his fuit* ARNOLDVS MARTINI, *non ignobilis Caluinistici Euangelii apud Geneuenses prædicans, qui omnibus ignotus spectans quæ gerebantur, 200 coronatos aureos in vsum Pauperum peregrinorum hospitali prædicto donauit, serioque se ad fidem Catholicam conuertit. Vidi eodem loco duos alios Geneuenses ex hæresi eductos, qui summa demissione & alacritate pauperum pedes abluebant, lotisque pedibus oscula imprimebant, quod genus officii cum cæteris nobilibus viris nullo die huius anni intermittere dicuntur. Alterum eorum conueni* STEPHANVM de la Fauerye, GASPARI ex Rachaele de sancto ANDREA *filium, qui se fuisse clientem dicebat* ANTONII CALVINI, vestri Magistri IOHANNIS CALVINI, *fratris Germanici, cui vt tutori à Parente commendatus fuerat. Siquidem Pater priorem vxorem duxerat istius* ANTONII *filiam. Audio ad ducentos Caluinistas hic commotos pietate Romani Cleri & populi, ex animo religionem nostram Orthodoxam neglecta Caluinistica insania vestra amplecti, in eaq; pie institui. Vtinam id tibi aliisq; complicibus tuis vsu veniat.*

Hæretici Romę Anno sacro conuersi.

Summi Pontificis in Pauperes, præsertim Sa-

Pontificis liberalitas in paupe-res & ad-uenas.

cerdotes Transalpinos, largitas commendatur, qui præter mille coronatos, quos in hospitale Sanctissimæ Trinitatis diebus singulis confert, in palatio suo quotidiè nunc ducentos, nunc trecentos & amplius alit: neque desunt priuati viri, tum ex Clero, tum ex Nobilitate & Ciuibus, qui pro suis quisque facultatibus idipsum præstant. In prædicto Xenodochio sanctissimæ Trinitatis admiratus sum numerum, ordinem, nobilium sedulitatem & cibi potusque copiam. Ab hora vigesima vsque ad sextam noctis, hoc est ad horas nostras, à quarta pomeridiana vsque ad secundam post mediam noctem, producitur cœna, non eorundem, sed diuersorum; quod singulæ mensæ paulo amplius dimidiata hora absoluantur, simul autem eodem tempore diuersis in Cœnaculis & mensis cibum sumunt circiter duo hominum millia. Tum ex his collige, quot millia, decem illis horis pascantur, & id quidem hoc anno sacro in singulos dies.

Xenodo-chium S. Trinitatis.

Sodalitia ciuium, quas confraternitates vocant, certis piis officiis charitatis addictas, (quales hic plurimæ sunt) eos omnis suis impensis excipiunt, qui huc aliunde ex similibus sodalitatibus, iisdem vtentes legibus conueniunt, videas quandoque eodem die triginta aut quadraginta eiusmodi sodalitia è diuersis Italiæ ciuitatibus in vrbem summa deuotione ingredi, quorum quodlibet 300. 400. 1000. aut 2000. capita continet, elapsa septimana simul ex vna

sodali-

ſodalitate ad decem millia acceſſerunt; non pauperes modo, ſed diuites quoq; & nobiles viri, qui ad pauperum ſubſidium è locis ſuis, vinum, frumentum, ligna aliaq; id genus liberaliter conuehunt. Hi autem Peregrini, loca ſacra, alii apertis capitibus, alii nudis pedibus, alii aliis pœnitẽtia modis frequentant, &c.

En Hunni, hæc ſunt opera Iubilæorum noſtrorum, toto orbe inſpectante geſta, pientiſſima, ſanctiſſima, populo CHRISTI electo digniſſima. Quib. nunc tu eas, & laruas tuas VVittenbergenſes opponas, ſcilicet vmbram corpori, ſcorias auro, æra lupinis, hæretica Chriſtianis.

DE INDVLGENTIIS.

SED quia Indulgentiarũ nomine HVNnio ſacra noſtra ſordent, quia etiam hoc vno argumento neſcio quis Poëtaſter ad finem orationis Hunnianæ, Papam Antichriſtũ eſſe nititur imperitis perſuadere, age ad ſubleuandos ſimpliciores, & *caput* hoc *Gorgoneum*, lapidemq; offendiculi amoliendum breuiter quaſi *rudi Minerua*, quid Indulgentiæ ſint, quidq; de iis Eccleſia credat vel non credat exponamus. Quo de argumento tantò libentius hic ſermonem inſtituam, quia hinc iterum tanquam ex ſpeculo vaniſſimi Lutheri iactantia apparebit, qui ante LXX. circiter annos thraſonicè ſcribere non veritus eſt, *ſua opera Indulgentias pro-* Præfat. libri de Miſſa angulari.

stratas iacere, & literas simul cum sigillis euanuisse, nec quicquam in mundo Indulgentiis esse contemptius. Nam si id verum, vnde nouus hic Indulgentias oppugnandi defendendiq; conatus? Vndè tantus ante triennium ex omni orbe ROMAM Indulgentiarum nanciscendarum causa concursus? Sed nimirum LVTHERO infrequens non est, splendidè & gnauiter mentiri, *& sicut Moab plus audere quam possit, nec secundum vires suas superbire,* quemadmodum ipse olim nescio de quo ad WENCESLAVM LINCKVM scripsit. Itaque valeat de eodem, quod ipsum ad EMBSERVM scripsisse inuenio: *Si semel deprehenderer ita mentitus, falsus & crassè stolidus; iam tota mea doctrina, & honor, & fides, & fidelitas finem penitus haberent: Vnusquisque me pro nequam, & infami nebulone, vt aequum est, habiturus esset.* Et contra censuram LOVANIENSIVM & COLONIENSIVM. *Fiducia,* inquit, *pronunciandi magistris nostris, siue veris, siue personatis, adimenda est: ostendendumque, quantis opus sit firmamentis, vt credatur iis, qui rarò pronunciauerunt bene, frequenter autem ac fere semper pronunciauerũt malè. Quin cum semel malus, semper praesumatur malus, iuxta iuris regulam; nusquam, nunquam in nulla re credendum erit magistris nostris quibuslibet; quorum iudicium constat iam a multis annis fuisse, non modo inconstans & praeceps, sed*

Lutheri mendaciũ de Indulgentiis prostratus

Lutherus suo ense iugulatus.

Intellige hoc de magistris Lutheranis, & ipso inprimis Luthero.

sed & erroneum, hereticum, temerarium & cæcum: Cui nemo debeat fidere tuto, nisi quem Deus iratus operationibus erroris mandet illudi.

Nunc ad propositum. INDVLGENTIAS vocant Catholici, relaxationes pœnarum temporalium, iudicio diuino peccatis actualibus, post remissam culpam debitarum, per applicationem superabundantium CHRISTI & Sanctorum satisfactionum, factas extra Sacramentum pœnitentiæ ab eo, qui legitimam ad hoc authoritatem habet. Quam doctrinam vt rectè explicemus, fons intelligentiæ eius ex doctrina de Sacramento pœnitentiæ deriuandus est.

Indulgentiæ quid.

Indulgentiarum intelligentia à doctrina de pœnitent. pendet.

Docent enim primum Catholici, conuersis CHRISTI fidelibus, qui post acceptam Baptismi gratiam iterum prędominante carne in peccata labuntur, non aliter eiusdem CHRISTI passionem & meritum, in quo omnis nostra salus consistit, applicari posse, quam vnius pœnitentiæ medio: quam S. AVGVSTINVS definit *pœnitenda non committere, & commissa deflere.* Et S. AMBROSIVS, *Mala preterita plangere, & plangenda iterum non committere:* denique S. GREGORIVS eodem sensu, *anteacta mala deflere, & flenda non committere.*

I. Fundamentum.

Huius autem pœnitentiæ, cuius tot in scripturis tam ante quam post illuminationē præcepta reperiuntur. [vt Ier. 18. *Si pœnitentiam*

Pœnitentiæ iniunćta in Scripturis.

tentiam egerit gens illa à malo, agam & ego pœnitentiam. Ezech. 18. & 33. Sæpe repetit Dominus: *si pœnitentiam egerit impius, iniquitatum eius non recordabor.* Luc. 3. *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.* Luc. 24. *Oportebat prædicari pœnitentiam & remissionem peccatorum.* Actor. 2. *Pœnitentiam agite & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine* IESV CHRISTI *in remissionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus sancti.* Actor. 5. *Hunc Principem & Saluatorem DEVS exaltauit dextera sua, ad dandum pœnitentiam Israëli & remissionem peccatorum.* Act. 8. *Pœnitentiam age ab hac nequitia tua, & roga DEVM, si forte remittatur tibi hac cogitatio cordis tui.*] Effectus est, vt per eam homo absoluatur à peccatis, restituatur Ecclesiæ, reconcilietur DEO, donis spiritualibus ditetur: de filio Diaboli filius DEI efficiatur. *Hæc est quæ Angelos lætificat, impios iustificat, amissa bona reuocat, vitam æternam donat, pœnam æternam vitat.* Vnde S. BERNHARDVS, *O felix*, inquit, *pœnitentium humilitas? O bona spes confitentium, quam potens es apud omnipotentem, quam facile vincis inuicibilem, quam cito tremendum iudicem conuertis in piissimum Patrem.*

Alber. Magnus compend. Theolog. lib. 5. c. 22.

Pœnitentiæ vis & effectus.

Secunda Tabula.

Denique hæc est secunda post naufragiũ tabula, quemadmodum *Tertul. in lib. de pœnitent. Ambros. in lib. ad Virgin. laps. ca. 8. Hieron. in c. 2. Esaiæ. Item in Epist. ad Demetr. & Epist. ad Sa-*

ad Sabin. testantur, ad quam tabulam potest homo quamdiu in statu vitæ præsentis est, recurrere, quandocunque & quotiescunq; diuinam Maiestatem voluerit implorare. Duplex autem est naufragium, peccati originalis & actualis: de primo liberamur per tabulam Baptismi, quæ virtutem & efficaciam accepit à tabula Crucis CHRISTI. De secundo liberamur per tabulam pœnitentiæ, quam diuina clementia prouidit homini: quia pro peccato actuali non potest iterũ baptizari.

Hinc *Concilium Tridentinum* Ses. 4. Can. 1. *Si ea,* inquit, *regeneratis omnibus gratitudo erga DEVM esset, vt Iustitiam in Baptismo ipsius beneficio, & gratiam susceptam, constanter tuerentur: non fuisset opus aliud ab ipso Baptismo Sacramentum ad peccatorum remissionem, esse institutum. Quoniam autem DEVS diues in misericordia, cognouit figmentum nostrum: illis etiam vitæ remedium contulit, qui sese postea in peccati seruitutem, & dæmonis potestatem tradidissent, Sacramentum videlicet pœnitentiæ: quo lapsis post Baptismum beneficium mortis Christi applicatur.*

Pessimè vero hæretici, saluberrimo pœnitentiæ Sacramento internecionem molientes, Baptismum vel Baptismi memoriam eius loco substituunt: docentes *Post Baptismum lapsos non nouo Sacramento, aut noua post naufragium tabula, sed dudum accepti Ba-* Hæretici pœnitentiæ hostes.

ptiſmi memoria reconciliari & reſtitui. Quod erroris monſtrum LVTHERVS nobis peperit *lib. de Captiu. Babylo. cap de Baptiſmo:* & PHILIPPVS MELANCHTON *in locis communib. An. XXI. tit. de pœnitentia,* vbi vterq; pœnitentiam vocat *viam ac reditum ad Baptiſmum, Ipſum vero Baptiſmum ſignum pœnitentiæ.* Quibuſcum & CALVINVS facit, lib. 4. Inſtit. c. 15. §. 4. Sed aliter ſcriptura Veteris & Noui Teſtamenti, quæ quemadmodum olim circumciſis pro remedio quotidianorum delictorũ non acceptæ ſemel circumciſionis memoriam, ſed ſacrificia, expiationes & confeſſiones præſcribebat: Ita hodie baptizatis medelam infirmitatis reciduæ non in dudum acceptę ablutionis memoria, ſed in pœnitentia & amaritudine cordis oſtendit: quemadmodum expreſſe D. IOANNES. *Si dixerimus*, inquit, *quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Si autem confiteamur peccata noſtra, *fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate.* Si confiteamur inquit, non ſi recordemur Baptiſmi. Et in eandem ſententiam D. AVGVSTINVS, *Si infans,* inquit, *poſt Baptiſmum propria incipiat habere peccata: illa non regeneratione auferuntur, ſed alia curatione ſanantur.* Et li. 2. de adult. coniug. *Si a catechumeno factum eſt homicidium, Baptiſmate abluitur, ſi a Baptizato, pœnitentia & reconciliatione ſanatur.*

Vide Bellar. lib. 1. de pœnit. c. 12.

Leuit. c. 4. 5. & 6.

1. Ioan. 1.

Epiſt. 23. ad Bonif.

natur. Et Homil. 50, ex lib. 50. Homiliarum, distinguit tres pœnitentiæ actiones: *unam*, quæ agitur ante Baptismum: *alteram*, quotidianam atq; perpetuam pro peccatis venialibus, pro quibus assiduè dicimus: *Dimitte nobis debita nostra: tertiam*, pro lethalib. peccatis, quæ post Baptismum committuntur; ac de tertia ista loquitur, cap. 9. *In hac pœnitentia maiorem in se quisque seueritatem exercere debet, vt à seipso iudicatus, non iudicetur à DEO.*

Atq; hinc *Concilium Tridentinum* differentiam Sacramenti pœnitentiæ & Baptismi in hęc verba tradit. *Ceterum hoc Sacramentũ, multis rationibus, à Baptismo differre dignoscitur. Nam præterquam quod materia & forma, quibus Sacramenti essentia perficitur, longissime dissident: Constat certè, Baptismi ministrum, iudicem esse non oportere: Cum Ecclesia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipsam, per Baptismi ianuam, fuerit ingressus. Quid enim mihi (inquit Apostolus) de his qui foris sunt iudicare? Secus est de domesticis, quos Christus Dominus lauacro Baptismi, sui corporis membra semel effecit. Nam hos, si se postea crimine aliquo contaminauerint, non iam repetito Baptismo ablui, cum id in Ecclesia Catholica nulla ratione liceat: sed ante hoc tribunal tanquam reos sisti voluit, vt per Sacerdotum sententiam non semel, sed quoties ab admissis peccatis ad ipsum pœnitentes confugerint, possent*

Sess. 4. Can. 2.

Differentia pœnitentiæ & Baptismi.

possent liberari. Alius est præterea Baptismi, & alius pœnitentiæ fructus. per Baptismum enim CHRISTVM induentes, noua prorsus in illo efficimur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remissionem consequentes: ad quam tamen nouitatem & integritatem per Sacramentum pœnitentiæ, sine nostris magnis fletibus & laboribus, diuina id exigente iustitia, peruenire nequaquam possumus: Vt meritò pœnitentia laboriosus quidam Baptismus à S. Patribus dictus fuerit. [Intellige Patres: CLEMENTEM ALEXANDRINVM apud EVSEB. lib. 3 hist. cap. 17. aliâs 24. qui pœnitentiam vocat *Baptismum lachrymarũ*, multisq; orationibus & ieiuniis ad nouam reconciliationem opus esse significat. CYPRIANVM serm. 5. de lapsis. NAZIAN. in S. lumina, qui distinguit Baptismum aquę facilem à Baptismo laborioso lachrymarum, cuius adminiculo restaurantur ii, qui Baptismi fœdus irritum sua culpa reddiderunt. Quam sententiam NAZIANZENI repetit IOANNES DAMASCENVS lib. 4. de fide, c. 10. Deniq; THEODORET. in Epitome diuinorum decretorum cap. de pœnitent. qui scribit, *vulnera quæ post Baptismũ accipiuntur, curabilia quidem esse, sed non vt olim facili negotio per lauacrum Regenerationis, sed per multas lachrymas & opera laboriosa.*

Pœnitentia Baptismus laboriosus.

II. Fundamentum.

Secundo loco docent Catholici, quod ad

ad hanc quidem causam attinet, *materiam huius Sacramenti* (pœnitentiæ) *esse ipsius pœnitentis Actus: nempe contritionem, confessionem & satisfactionem: qui quatenus in pœnitente ad integritatem Sacramenti ad plenamq́; & perfectam peccatorum remissionem ex DEI institutione requiruntur: hac ratione partes pœnitentiæ dicuntur.* Etsi enim complementum peccati solius oris & cordis actu perfici potest: perfectio tamen pœnitentiæ horum trium concursum requirit, vt culpam quidem animo detestemur, verbo accusemus, & facto puniamus, si contraria contrariis ex vulgato axiomate curare instituimus.

Conc. Trident. Sess. 4. can. 3.

Partes 3. pœnit.

Alb. Mag. compend. Theolog. lib. 5. c. 23.

Atque has ipsas pœnitentiæ partes PHILIPPVS Anno XXX. in *comitiis Augustanis.* Tractatu colloquii, quod erat inter septem & septem, agnouit: vbi hanc sua manu sententiam scripsit. *Non recusamus tres partes pœnitentiæ ponere: scilicet contritionem, quæ significat terrores incussos conscientiæ, agnito peccato. Confessionem, sed in hac oportet respicere ad absolutionem & illi credere. Non enim remittitur peccatum, nisi credatur, quod propter meritum CHRISTI remittatur. Tertia pars est satisfactio, videlicet digni fructus pœnitentiæ.*

Coch. in Actis Lutheri An. 30. p. 214.

Iam vero de *contritione* ac *confessione*, quæ huic negotio non admodum videntur inseruituræ, vt nihil nunc dicamus: de tertia parte SATISFACTIONE, quæ huic

Heshusius lib. de 600. erroribus Pontif. tit. 32.

propriè loco lumen afferre debet, illiq; adeo homogenea est, vt aduersarii bellum Indulgentiis indicẽtes, sibi omnino satisfacere videãtur, si spicula sua aduersus Ecclesiasticas satisfactiones contorqueant: hunc in modũ loco supra nominato scripsit idem PHILIPPVS: *propter satisfactiones concorditer sentimus, non remitti peccata, quoad culpam. Verũ de hoc nondum conuenit, vtrum necessariæ sint satisfactiones, ad remissionem peccati, quoad pœnam.*

Philippi sententia vera de satisfactionibus.

Admonitione ad Ecclesiasticos Augustæ, in dieta Imperiali congregatos.

Quæ verba quasi δὶς διὰ πασῶν à LVTHERI iudicio distant, qui eodẽ tempore, cum in comitiis ratione *Edicti VVormatiensis*, quo tanquã manifestus hereticus condemnat⁹ & proscript⁹ erat, consistere nõ auderet, quasi à longe clamans *è Carectis*, hunc in modum impiissimè & mẽdacissimè scripsit. *Docuistis nos satisfaciendum esse per nostra opera pro peccatis, etiam erga* DEVM, *& hoc dicitur pœnitentiã agere pro peccatis. Quid iã hoc aliud est dicere, oportet te pro peccatis tuis satisfacere, quam istud, oportet te* CHRISTVM *negare, Baptisma tuum reuocare, Euangelium blasphemare,* DEVM *mendacii arguere, remissionem peccatorum non credere, sanguinem ac mortem* CHRISTI *pedibus calcare: Spiritum sanctum violare, per te ipsum eiusmodi virtutibus in cœlum ascendere? Ah quæ linguæ ac voces hac de re sufficienter loqui possunt? Quid hæc fides igitur aliud est, quam Turcarum, Gentiumque & Iudæorum fides? qui omnes quoque per opera sua satisfa-*

Lutheri impudentiss. calumnia de vsu satisfactionum Ecclesiasticarum.

tisfacere volunt. Ex hac abominatione, omnes alia venerunt, easque necessario inde venire oportuit: Nempe tot Monasteriorum, Collegiatarumque Ecclesiarum sanctitatem propriam, cum suis cultibus diuinis, Missarum sacrificia, Purgatorium, Vigilias, Fraternitates, Peregrinationes, Indulgentias, Ieiunia, cultum Sanctorum, reliquias, spiritus tumultuantes, totamq; processionem infernalis ambitus. Hęc impiissimus & mendacissimus LVTHERVS: cuius mendacia non solum superiori *Philippi* confessione, sed & ipsiusmet antiquioribus scriptis ita in *comitiis Augustanis* à Catholicis confusa & confutata sunt, vt Sectarii BRENTIVS & SCHNEPPIVS publice suffusi præceptoris authoritatem quasi desertam relinquere coacti sint. Qua de re sic COCHLÆVS in Actis. *In tractatu Colloquii,* Anno 30. inquit, *quod erat inter septem & septem, cir-* p. 214. *ca XII. articulum Lutheranicæ confessionis, vbi cum hæsisset discordia, propter satisfactionem, quam dicimus tertiam pœnitentiæ partem: dictum est primo vespere illo,* COCHLÆO & PHILIPPO, *vt altero die mane ea de re quicquam pro concordia afferrent. Attulit itaq;* COCHLÆVS *locum vnum ex septicipite, quẽ* LVTHERVS *contra Indulgentias in assertione XLI. articulorum (quos* LEO *Papa X. in Bulla publice damnauerat) circa quintum scripserat, in hæc sane verba. Ecclesia mater, pio affectu præuentura manum* DEI, *castigat*

Lutheri antiquior & verior sententia de satisfa-ctionibus.

filios suos satisfactionibus quibusdam, ne incurrant flagella D E I: *Sicut Niniuitæ operibus suis spontaneis præuenerunt Iudicium* D E I. *Hæc pœna arbitraria est (inquit) non in totum, vt illi volunt, sed tamen necessaria. Nam aut nos, aut homines, aut* D E V S *punit peccata, quod illi per indulgentias tollunt omnino. Cum si essent pii pastores, potius imponerent pœnas, & Ecclesiæ exemplo præuenirent* D E V M, *sicut* M O Y S E S *eum præuenit, occidendo filios Israël propter peccatum vituli aurei. Optimum autem fuerit, si nos ipsos puniremus.* Hæc ibi Lutherus. *Quæ cum in consessu essent à D. IOAN. ECKIO ex scheda recitata, septem Lutherani, se inuicem intuentes, paululum tacebant: PHILIPPVS proximè assidens, suffuso rubore vultu dicebat, scio hæc scripsisse* L V T H E R V M. *Cumque nihil adderet amplius, Dux IOANNES FRIDERICVS dicebat, quando scripsit hæc? forsitan ante X. annos. Dicebant Catholici, quid tum? satis est nobis, hanc ipsiusmet sententiam esse. Tunc ira commoti BRENTIVS & SCHNEPPIVS, dicebant, se non adesse, vt LVTHERI scripta defenderent, sed vt suam assererent confessionem: missa ergo facienda esse ea* L V T H E R I *scripta.*

Aduersus hos igitur tam contrarios hæreticorum errores hæc sacrosanctę Ecclesię fides *Concilio Tridentino* definita & declarata est. *Demum quoad satisfactionem, qua ex omnibus*

Ses.4. Can. 8.

omnibus pœnitentiæ partibus quemadmodum à Patribus nostris, Christiano populo fuit perpetuo tempore commendata: ita vna maxime nostra ætate, summo pietatis prætextu impugnatur ab his, qui speciem pietatis habent, Virtutem autem eius abnegarunt. Sancta Synodus declarat, falsum omnino esse, & à verbo DEI alienum: culpam à Domino nunquam remitti, quin vniuersa etiam pœna condonetur. Perspicua enim & illustria in sacris literis exempla reperiuntur: quibus præter diuinam traditionem hic error quam manifestissimè reuincitur. Sanè & diuinæ iustitiæ ratio exigere videtur: vt aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptismum per ignorantiam deliquerint: aliter verò, qui semel à peccati & dæmonis seruitute liberati, & accepto Spiritus sancti dono, scientes templum DEI violare, & Spiritum sanctum contristare non formidauerint. Et diuinam clementiam decet: ne ita nobis absq; vlla satisfactione peccata dimittantur: vt occasione accepta, peccata leuiora putantes, velut iniurii, & contumeliosi Spiritui sancto, in grauiora labamur: thesaurizantes nobis iram, in die iræ. Proculdubio enim magnopere à peccato reuocant, & quasi frœno quodam coercent, hæ satisfactoriæ pœnæ: cautioresq; & vigilantiores, in futurum pœnitentes efficiunt: medentur quoq; peccatorum reliquiis, & vitiosos habitus male viuendo comparatos, contrariis virtutum actionibus tollunt. Neque verò securior vlla via in

Sententia ver. Ecclesiæ de satisfactionibus.

Gen. 38.
2. Reg. 12.
Num. 12. & 20.

Ecclesia DEI vnquam existimata fuit, ad amouendum imminentem in Domino pœnam: quã vt hæc pœnitentiæ opera homines, cum vero animi dolore, frequentent. Accedit ad hæc, *quod dum satisfaciendo patimur pro peccatis:* CHRISTO IESV, *qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficimur, certissimamque inde* arrham *habentes: quod si compatimur, & conglorificabimur. Neque vero ita nostra est satisfactio hæc, quam pro peccatis nostris exoluimus, vt non sit per* CHRISTVM IESVM*: nam quod ex nobis, tanquam ex nobis, nihil possumus, eo cooperante qui nos confortat, omnia possumus: ita non habet homo vnde glorietur, sed omnis gloriatio nostra in Christo*
Ioan. 17. *est: in quo viuimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, facientes fructus dignos pœnitentiæ: Qui ex illo vim habent: ab illo offeruntur Patri: & per illum acceptantur à Patre. Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus & prudentia suggesserit: pro qualitate criminum & pœnitentium facultate: salutares & conuenientes satisfactiones iniungere: ne si forte peccatis conniueant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, leuissima quædam opera pro grauissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ occulis: vt satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad nouæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum: sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigatio-*

gationem : nam claues Sacerdotum, non ad soluendum duntaxat, sed & adligandum concessas etiam, antiqui Patres & credunt & docent. Nec propterea existimarunt, Sacramentum pœnitentiæ esse forum iræ, vel pœnarum : sicut nemo vnquam Catholicus sensit, ex huiusmodi satisfactionibus nostris, vim meriti & satisfactionis Domini nostri IESV CHRISTI, vel obscurari, vel aliqua ex parte imminui: *quod dum Nouatores intelligere nolunt, ita aptissimam pœnitentiam nouam vitam esse docent, vt omnem satisfactionis vim & vsum tollant.*

NB. Satisfactiones non tollunt meritum Christi.

Ad hoc Decretum intelligendum, & à calumniis hæreticorum, qui nos humanis satisfactionibus abundatissimam IESV CHRISTI satisfactionem abolere mentiuntur, vindicandũ, probe tenenda sunt ea, quæ Illustr. Cardinalis BELLARMINVS toto libro 4. de pœnitentia eruditissime disputat: In primisque illa duo: *quid sit satisfacere DEO,* & *pro qua re satisfaciendum sit DEO ab homine,* videlicet non pro culpa aut pœna ęterna gehennæ, quæ fidelibus ob CHRISTI meritum vi absolutionis Sacramentalis perfectissimè remittitur, sed pro pœna temporali, vel Purgatorii ignis, vel huius vitæ, quæ pœna dimissâ culpâ, sæpe luenda remanet.

Explicatio Decreti.

SATISFACTIONEM vocamus actionem, qua is qui alterum læsit, tantum facit, quantum ad iniuriam compensandam satis est; idq; vel absoluta & perfecta æqua-

Bellarm. lib. 4. de pœnit. c. 1.

 litate,

litate, vt cum tãtum honoris alter alteri tribuit, quantum eius dignitas absolute exigit, aut quantum priori contumelia ablatum erat, vel imperfecta & relata, quæ ex pacto vel acceptatione alterius pẽdet: vt cum quis eum læso honorem habet, quo læsus sibi satisfactum iri spopondit; etiãsi is honor eius dignitate, vel prius accepta ignominia longe minor sit.

Peccãs duplicẽ Deo iniuriam infert.

Iam verò quia peccando homines duplicem DEO iniuriã inferunt, lędentes primum sanctissimam eius amicitiam, quam *in similitudine morum & inclinationum* ipsi etiã Philosophi repositam esse voluerunt, & Dominus non obscurè testatur cum ait, *Sancti estote, quoniã ego sanctus sum*: Deinde impingentes in strictissimam ipsius Iustitiam, quę suum cuiq; tribuere præmia bonis, supplicia malis, nunquam non potest: Videndum nobis est, qualis huius bipartitæ iniuriæ penes nos satisfactio esse queat.

Leu. 11. 44. 1. Pet. 1. 13.

Amicitiã Dei restaurare nulla humana satisfactio potest.

Ac de amicitia quidem reformanda, libẽter fatentur Catholici omnes, hoc effectu omnẽ humanam satisfactionem minorẽ esse, quę vt aliquid apud DEVM ponderis aut momenti habeat, acceptationẽ eius præsupponit, eaq; vicissim prærequirit amicitiã, sine qua nullius hominis opus in hoc quidẽ censu vel minimæ æstimationis habetur. Itaque non minus in pœnitentia quam Baptismo gratis nos Dominus sine vllo interuenientis nostri

Arrige aures hæretice.

nostri operis merito, ob solam CHRISTI passionem & λύτρον à culpa & reatu æternæ pœnæ absoluit, suamque nobis gratiam & amicitiam gratis sine aliqua satisfactione nostra restituit.

At de iustitia & pœna temporali secus. Quia enim nos semel in Baptismo in filios adoptauit Deus, viribus etiam ac robore ad spiritualem militiam, conculcandi Diabolum sub pedes nostros, atque exuberantem carnis lasciuiam in obedientiam Spiritus cogendi instruxit, instruitque indies magis ac magis: ne hæc dona sua negligentes & conculcantes indulgenter nimis habere, atque omnem in reprobis, nullam in electis iustitiæ rationem ducere videatur: diuerso quam in Baptismo modo pœnitentes ad Iustitiæ quoque calculum vocat, eorumque negligentiæ temporalem castigationem decernit, quam vel in hac vita pœnalibus operibus redimant, vel diuersarum huius seculi calamitatum perpessione sufferant: vel denique post fata ignis Purgatorij acerbitate persoluant. Qua de re pulchre S. AVGVSTINVS: *Veritatem*, inquit, *dilexisti, quoniam impunita peccata* ETIAM EORVM QVIBVS IGNOSCIS, *non reliquisti: Sic prorogasti misericordiam, vt seruares & veritatem. Ignoscis confitenti, ignoscis sed se ipsum punienti. Sic seruatur misericordia & veritas.* Et tractatu 124. in IOHAN. *Cogitur homo tolerare*

Iustitiæ diuinæ impletio, qualis.

Tom. 8. in Psalm. 50.

etiam remißis peccatis, quamuis, vt in eam veniret miseriam, primum fuerit causa peccatum. Productior est enim pœna, quam culpa, ne parua putaretur culpa, si cum illa finiretur & pœna, ac per hoc vel ad demonstrationem debitæ miseriæ, vel ad emendationem labilis vitæ, vel ad exercitationem necessariæ patientiæ, temporaliter hominem detinet pœna, quem iam ad damnationem sempiternam reum non detinet culpa. Eodem modo S. CYPRIANVS: *Aliud est*, inquit, *ad veniam stare, aliud ad gloriam peruenire, aliud missum in carcerem non exire inde, donec soluat nouissimum quadrantem, aliud statim fidei & virtutis accipere mercedẽ, aliud pro peccatis longo dolore cruciatuum emendari, & purgari diu igne, aliud peccata omnia diu passione purgasse: aliud denique pendere in die Iudicii ad sententiam Domini, aliud statim à Domino coronari.* Sed quia hoc secundum instituti nostri membrum concernit, atque apud hæreticos (vt supra vidimus) magnam dubitationem continet, ne quid hæsitationis supersit, paulo vberius de eo dispiciendum est. Negant enim aduersarij nostri, quod nos asserimus, sæpè remissa culpa debitum luendæ pœnæ superesse. Et CALVINISTÆ quidem id simpliciter de omni pœna negant, tum vitæ huius, tum etiam futuræ Purgatorij: [CALVINVS lib. 3. institution. cap. 4. §. 25. 29. 30. 31. 32. Item in Psalm. 32. v. 10. & Psalm. 130. v. 8. LAM-

Pœna productior culpa.

Epist. 52. ad Anton.

Caluinistæ post dimissam culpã, nullã omnino pœnã restare docent.

BERTVS DANÆVS Tom. 2. Reſponſ. ad Bellarmin. pag. 1188. 1189. 1190. 1203. 1204. OECOLAMPAD. in Eſaiam pag. 228. 269. Martyr in loc. pag. 609. 621.] At Lutherani quibus cum hoc loco res eſt, deſtructo quidem Purgatorio, reatum tamen pœnæ temporalis in hac vita poſt dimiſſam culpam admittere videntur, quemadmodum ſupra ex LVTHERO, Aſſert. articulor. articul. 5. oſtendimus. Cui accedit PHILIPPVS in locis vltimo editis titul. de ſatisfact. KEMNIT. in 2. part. Examin. Concil. Tridentin. p. 1074.

Lutheranorũ ſententia.

Sed ſi maximè negant, prout ſuarum aſſertionum incertiſſimi ſunt, plurimis euidentiſſimis ſcripturæ teſtimoniis & exemplis conuincuntur.

Primum enim *Geneſ. 2. v. 17.* Protoplaſto dicitur: *quacunque die comederis ex eo, morte morieris.* Et Rom. 5. v. 12. *Per vnum hominem peccatum in hunc mũdum introiuit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiuit, in quo omnes peccauerunt.* Ergo mors naturalis, pœna eſt temporalis peccati. At Iuſtitiarij noſtri hæretici, qui infallibiliter ſibi remiſſionem peccatorum, & vitam æternam ex fide ſpondent: nonne æquè dimiſſa, vt putant, ſibi culpa hanc pœnam temporalem, ac Catholici luunt ac moriuntur? Quod argumentum vel maximè in Baptizatis infantulis valet, qui ab omni

Culpa dimiſſa reatum pœnæ temporalis ſupereſſe probatur ordine Script. exemplis.

ini-

iniquitate & condemnatione liberalissimè expurgati, morborũ tamen dolores, & mortis aleam in peccati Origenalis pœnam subire coguntur.

Deinde *Genes. 3. v. 16.* In pœnam peccati mulieri quidem partus dolores, & mariti sui Dominium, viro verò labores ac sudores, terræque sterilitas iniunguntur. Nec tamen vsquam vllum hominem recuperata DEI gratia ab istis immunem molestijs cognoscimus.

Tertiò. *Exodi 32.* Cum Moyse in montem profecto populus conflatili se vitulo inquinasset, Dominusque huius rei Mosem fecisset certiorem: Ipse quã primum deprecatus pro culpa Dominum effecit, vt quemadmodum dicitur v. 19. *Placaretur Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus Populum suum.* Et tamen postea v. 19. Digressus è monte Moyses, vidensq; in re præsenti Apostasiam populi, præcipiti ira tabulas proiectas confregit, præcepitque Leuitis, vt accincti gladiis suis de Apostaticis fratribus vindictam sumerent. Qui eo die *ad viginti tria millia hominũ ceciderunt.* Nonne hoc est dimissa culpa, æternæq; pœnæ reatu solutum, temporali adhuc pœnæ luendæ subijci? Et tamen Moyses hac tanta clade vix satiatam Domini iram metuens, postridie nouis ipsi precibus supplicauit. Qui & veniam spondens culpæ, & vindictam minitans

nitans pœnæ, hoc ipsi responsum dedit v.34. 35. *Tu vade & duc populum istum, quo locutus sum tibi: Angelus meus precedet te. Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum. Percussit ergo Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.*

Quarto. *Numer.14.* Cum populus iterum graui murmure Dominum irritasset, isque pestilentia internecionem omnibus inferre constituisset, *v.12.* Precibus Moysis interuenientibus reconciliatus Dominus, dixit Moysi v. 21. *Dimisi illis peccatum iuxta verbum tuum. Attamen* (audi pœnam culpa etiam dimissa) *omnes homines, qui viderunt Maiestatem meam, & signa quæ feci in Ægypto, & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt voci meæ:* NON VIDEBUNT TERRAM, *pro qua iuraui patribus eorum, ne quisquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam.* Quod ita quoque tremendo exemplo contigit, vt ex sexcentis millibus Iudæorum, qui egressi erant ex Ægypto, vni duo probi *Iosua* & *Caleb* terram promissionis ingrederentur.

Quinto. *Numer.20.* Moyses & Aaron rei infidelitatis erga Dominum, eadem pœna priuationis terræ Canaan afficiuntur. Nec tamen quisquã de illorum salute ac reconciliata DEI gratia dubitat.

Sexto. DAVID adulterij reus, nuncio *Nathanis* ad pœnitentiam inductus, & à culpa mise-

misericordia Domini expeditus, morte tamen filij, quem illegitimo concubitu susceperat, punitur. Quod disertis verbis extat *2. Regum 12. v. 13. Et dixit* DAVID ad NATHAN, *peccaui Domino. Dixitq; Nathan ad Dauid: Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris* (en culpæ dimissionem) *verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini* (audi pœnam) *propter verbum hoc filius, qui natus est tibi, morte morietur.*

Denique idem DAVID (vt alia plurima prætereamus) à culpa numerati populi reconciliatus Domino per pœnitentiam, hanc tamen pœnæ nunciationem audit *2. Regum 24. Trium tibi datur optio, elige vnum quod volueris ex his vt faciam. Aut septem annis eueniet tibi fames in terra tua. Aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos. Aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua, &c.* & v. 15. *Immisitque Dominus pestilentiam in Israel, de mane vsque ad tempus constitutum, & mortui sunt ex populo à Dan vsque ad Bersabee septuaginta millia virorum.*

In nouo Testamento habemus exemplũ incestuosi *1. Corinth. 5. & 2. Corinth. 2.* de quo infra vberius. Hæc & alia manifestissima scripturæ testimonia & exempla, nonne luce meridiana clarius ostendunt, verè recteque Catholicos omnem in pœnitentiæ Sacramento pœnam simul condonari negare: Sed æternam quidem propter CHRISTVM

Conclusio è superioribus.

abo-

aboleri, temporalem vero propter iustitiam & veritatem Dei, eiusdem tamen CHRISTI in nobis ope ac virtute vel redimendam, vel persoluendam, reseruari?

Nam quod aduersum superiora hæretici nonnulli excipiunt: *pœnas istas a Deo fidelibus post reconciliationem impositas, non in vindictam præteritorum, sed in admonitionem futurorum deinceps peccatorum cauendorum spectare*, vanum ac friuolum est. Etsi enim hunc quoque finem castiganti sæpè Domino propositum non inficiamur, tamen eum solum aut vnicum esse, id verò negamus ac pernegamus. Qui enim virtutis profectus, aut quę cauendi prudentia in ijs superesse potest, quos ad mortem vsque vapulasse à Domino legimus? *Mors* enim *vltima linea rerum*, nec *mordere* quenquam, nec *prudentius* in posterum *mercari* sinit. Deinde manifeste Dominus, in castigationibus suis vindictæ meminit, non cautionis, adeoque pœnam in præteritum magis quam in futurum refert. Sic enim DAVIDI: *Quia blasphemare* (inquit) *fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc filius, qui natus est tibi, morte morietur.* Et apud Moysen *visitabo eos in die vltionis.* Atq; hæc de temporalibus huius vitæ supplicijs. Iam futuri seculi vindictam si à nobis postulant Aduersarij, ad PVRGATORII disputationem nos adigunt, de quo in præsenti dicere, nimis longū & intempestiuum foret.

Exceptio hæreticorum aduersus superiora.

2.Reg.12.

Exod.32.

Præter-

Vide Bellarm. Tō. 2 pag. 699. & seq. ad pag. 822. Iodocum Coccium Tō 2. Thesaur. Cathol. p. 1113. & seq.

Prętermissis igitur ijs, quę copiose à Catholicis in hoc argumentum afferri solent, vnico AVGVSTINO hic teste contenti sumus, qui in *libro de cura pro mortuis* agenda cap. 2. hoc modo scribit. *In Machabeorum libro legimus oblatum pro mortuis sacrificium, sed & si nusquam in scripturis veteribus legeretur, non parua est vniuersæ Ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret auctoritas, vbi in precibus Sacerdotis, quæ Domino DEO ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum.* Et cap. 4. *Cum itaque recolit animus, vbi sepultum sit charissimi Corpus, & occurrit locus nomine Martyris venerabilis, eidem Martyri animam dilectam commendat recordantis & precātis affectus: qui cum defunctis à fidelibus exhibetur, eum prodesse, non dubium est.* Et infra: *Non sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Christiana & Catholica societate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumque sub generali commemoratione suscepit Ecclesia, vt quib. ad ista desunt parētes, aut filii, aut quicunque cognati, vel amici, ab vna eius exhibeatur pia matre communi.*

NB.

Augustin9 de orationibus pro mortuis.

AVGVSTINO accedat euidentiæ causa, LVTHERVS ipse, qui etsi in *libro ad Waldenses de Eucharistia*, Purgatorium neget, in *Resolutionibus* tamen *de Indulgentiis conclusione 15.* admittit. *Certissimè*, inquit, *apud me constat, Purgatorium esse, neque adeò me monet quic-*

Lutherus olim Purgatorium admisit.

quicquid hæretici blaterant, cum iam ante mille centum Annos D. AVGVSTINVS *in lib. suarum confessionum pro parentibus suis oret, curet etiam pro iisdem orari: ipsaque adeo mater eius iam moriens (ita enim scribit) voluerit sui memoriam fieri ad altare Domini. Et vt maximè temporibus Apostolorum Purgatorium non fuisset, velutì molestus superbit* PICCARDVS: *Ideone credendum statim hæretico quinquaginta vix dum annorum? aut ideo pertinaciter cōtendendum, fidem hanc, quæ tot perdurauit annos, falsam esse & irritam? Maximè cum ipse nihil aliud faciat, quam quod dicit,* NON CREDO. *Et sic probauit omnia sua, & improbauit omnia nostra. Quasi non & lignum & lapis non credant.*

O quoties ipse hoc telo pugnas, Luthere.

Idem in *Disputatione Lipsensi* cum D. ECKIO Anno 19. cum inconcinnis quibusdam verbis se *Græcorum* & *Piccardorum* hæreseos suspectum fecisset, purgandi sui causa prorupit in hæc verba. *Ego, qui credo fortiter, imò ausim dicere, scio, Purgatiorum esse, facilè persuadeor in scripturis de eo fieri mentionem: quemadmodum illud Matthæi inducit* GREGORIVS *in Dialogis: Non remittitur neque in hoc seculo, nec in futuro: Volens peccata quædam remitti in Purgatorio. Admitto & illud 2. Machab. 12. Sancta est & salubris cogitatio pro defunctis exorare.* Et infrà. *Nolim mihi suspicionem fieri, quod faueam hæreticis, aut Bohemis. Ego nihil de Purgatorio noui, nisi animas*

Matth. 12.

ibi pati, nostris operibus & orationibus iuuandas. Et infra. *Ego cum Beatissimis Patribus Purgatorium esse confiteor, nec tamen est necesse dicere, qua via nouerim Purgatorium.* Atque hæc hactenus pro debito illo explicando, cui humanas satisfactiones destinandas diximus, quod debitum facile apparet, neq; peccatum esse, neq; æternam gehennæ pœnam, à qua nemo, nisi solus Christi sanguis liberare nos potest: [quemadmodum iam olim ex nostris, ne Lutherani hoc à se haustũ putent, D. THOMAS disertis verbis scripsit.

part. 3. quæstio. 49. artic. 3.

Passio CHRISTI *cum fuerit superabundans pro peccatis satisfactio, & causa remissionis peccatorum, quibus homo pœnam meretur, consequẽs est per eam nos esse à reatu pœnæ liberatos.*] Sed pœnam quandam temporalem, vel in hoc vel in futuro seculo fidelib. DEI in vindictam negligentię ipsorum luendam, vt supra etiam diximus.

III. Fundamentũ.

Nunc quod superest TERTIO LOCO ad debiti istius solutionem accedamus, vbi fontes ac radices *Indulgentiarum* melius apparebunt. Docent igitur porrò Catholici ab illo, quod diximus, temporalis pœnæ debito dupliciter hominem liberari, vel laboriosorum operum præstatione, quales sunt preces, Eleemosynæ, Ieiunia, Vigiliæ, siue Sacerdotis voce iniunctæ, siue spontanea pietate susceptæ: vel INDVLGENTIARVM Christianarum fructu, cum meri-

torum alienorum (intellige CHRISTI vel Sanctorum) applicatione à proprio debito absoluuntur: qua ex re supra INDVLGENTIAS definiuimus, *Remissiones vel Relaxationes pœnarum temporalium, quæ sæpè remissa culpa, & reconciliatione in Sacramento pœnitentiæ adepta, luendæ remanent: quas Remissiones Summi Pontifices ex paterna lenitate & condescensione in filios suos, compatientes eorum infirmitati, certis temporibus, & non sine iusta aliqua & rationabili causa ex thesauro meritorum* CHRISTI *& Sanctorum depromptas concedere solent.* Bellarm. lib. 1. de Indulg. cap. 1.

De priori satisfactionis modo, nihil hic attinet verbosè disputare, cum quia, vt *Bellarminus* ostendit, ipsi Lutheranorum Coryphæi in eandem fermè sententiam nobiscum descendunt, docentes *manum* DEI *ad verberandum extensam, pœnitentiæ operibus præueniri posse.* [*Luther. in Assertion. articul. suorum artic. 5. Philipp. loc. vltimis tit. de satisfactione. Kemnit. 2. part. Exam. p. 1078.*] Tum quia multæ etiam in hanc rem dilucidæ scripturæ extant. vt *3. Regum 21. 27. Cum audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitq; & dormiuit in sacco & ambulauit demisso capite. Et factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens, nonne vidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humi-* Bellarm. lib. 4. de pœnit. cap. 3. Satisfactio per opera laboriosa è scripturis demonstratur.

liatus est mei causa, nō inducam malum in diebus eius, sed in diebus filii sui inferam malum domui eius.

Tobiæ 4. v. 11. *Eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat.* Prouerb. 16. v. 6. *Misericordia & veritate redimitur iniquitas.* Daniel. 4. v. 24. *Peccata tua Eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum: forsitan ignoscet (DEVS) delictis tuis.* Luc. 11. v. 14. *Date Eleemosynam, & ecce omnia monda sunt vobis.* 1. Corinth. 11. v. 31. *Quod si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc murdo damnemur.*

Indulgentiarum satisfactio qualis.

De altero satisfactionis genere, per Indulgentias plus negotij difficultatisq; apud aduersarios superest. Itaque de eo tanto diligentior nobis instituenda consideratio. Puto autem tria ex nostra parte rem planè dilucidam & perspicuam redditura: *Debiti ipsius considerationem: potestatem clauium in Ecclesia relictam: denique thesaurum infinitorum* CHRISTI *& Sanctorum meritorum.* Debitum, materiam relaxandam suppeditabit: claues, potestatem relaxandi: thesaurus, pretium & quasi compensationem relaxationis.

Indulgentię culpam nullam tollunt.

De primo supra abundè diximus, manetque certum, nullius culpæ, siue venialis siue lethalis, reatum per indulgētias tolli, vt planè im-

nè improbè hæretici Eccclesiam traducant, cum illam alia, quam solius Christi gratia & merito peccatorũ remissionem quærere calumniátur. Manet ét certum, per Indulgentias nullas pœnas neque naturales, neque forenses relaxari; sed proprium Indulgentiarum obiectum esse Reatum pœnæ temporalis, post dimissam in Sacramento culpam reliquæ, ad satisfaciendum tam DEO quam Ecclesiæ.

De secundo, potestate videlicet clauium, ne tanta quidem dubitatio apud hæreticos esse potest vel debet, cum & ipsi suis Synagogulis hoc ius vendicent, & Sancto PETRO dictum à Domino nouerint: *Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terram erit solutum & in cœlis.* Quod ipsum quoque ius in reliquos postea Apostolos transfertur: *Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo; quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo*: vbi probè verborum generalitas notanda: QVODCVNQVE & QVÆCVNQVE, quibus omni exceptione remota generalis remittendorũ peccatorum authoritas, tamquo ad culpam, quam quoad pœnam conceditur. Quoniam enim Dominus Ecclesiæ suæ omnia conuenientia peccatorum remedia relinquere voluit: Et verò modus vnus est, vt pœna pec-

Clauium potestas in Ecclesia.

Matth. 16.

Matth. 18.

Rutil. Benzõ. de Anno Iubilęo lib. 2. c. 20.

cati extra Sacramentum credentibus relaxetur, negare nemo poteſt, hanc ſpecialem generali illo facultatis titulo quoque comprehenſam eſſe. Nec locum hic damus *Kemnitii* gloſſæ, qui hanc facultatem de officio concionandi interpretandam contendit: quaſi ſoluere & ligare nihil aliud ſit, quam credentibus ex Euangelio ſolutionem & vinculum, id eſt ſalutem & condemnationem annũciare. Quis enim ſic vnquam clauium poteſtatem vel in Eccleſia, vel in Republica interpretatus eſt, vt is clauiger diceretur, non qui aperiendi claudendique facultatem, quamuis ſui Principis nomine, haberet, ſed qui hominem hoc officio præditum, vel noſſet vel demonſtraret? Perinde ac ſi medicum nominares, non qui ægrum viſitat, manus morbo admouet, doſes parat, medicamenta applicat, valetudinem denique quantum in ſe eſt, reſtituit, ſed calonem aliquem, vel furnarium, ad medici tecta vel pharmacopolium deducentem.

Aliter D. AVGVSTINVS *libr. 20. de Ciuitate* DEI *cap. 9.* exponens verba illa, *ſedes & ſedentes ſuper eas; & iudicium datum eſt. Non hoc,* inquit, *putandum eſt, de vltimo dici iudicio, ſed ſedes Præpoſitorum, & ipſi Præpoſiti intelligendi ſunt, per quos Eccleſia nunc gubernantur: Iudicium autem datum, nullum melius accipiendum videtur, quam id, quod dictum eſt: Quæ ligaueritis in terra, ligata erunt*

& in

& in cœlo, & quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cœlo.

Atque hanc sibi potestatem quouis tempore Ecclesia DEI vendicauit, in primis (qui instar omnium est) S. PAVLVS *2. Corinth. 2.* vbi exemplo incestuosi excommunicati & postea reconciliati, totam hanc de indulgẽtijs disputationem mirificè illustrat. Primum enim de crimine isto certior factus, interueniente proculdubio incestuosi pœnitentia, & remissa culpa, (vti docent S. AMBROSIVS & ANSELMVS) in pœnam satisfactoriam, *tradidit eum* per excommunicationem, *Sathanæ*, in *interitum carnis, vt spiritus saluus fieret in die Domini nostri* IESV CHRISTI, quemadmodum expresse habetur 1. Corinthiorum 5. v. 5. Quo ex facto primum memorabile membrum huius disputationis stabilitur, non omnem simul reatum & pœnam vna vice peccantibus post gratiam condonari, sed deleta culpa & sempiterna gehennæ pœna expuncta, temporalẽ adhuc flagellationem superesse, ad carnis petulantiam cruciandam & refrœnandam, quemadmodum hic PAVLVS incestuosum spiritu quidem saluandum (quod sine culpæ expiatione fieri nequit) corpore autem ad interitum, id est mortificationẽ carnis flagellandũ pronunciat. Postea vbi varijs pœnis & seria pœnitentia hunc incestuosum ita maceratum Apostolus intellexit, vt verendum

Exemplũ incestuosi Corinthij totam Indulgentiarum materiam illustrat.

esset, ne nimia tristitia absorberetur, deprecātibus pro eo Corinthiis, *Indulgentiam* cōcessit illi, id est præcepit Sacerdotibus, vt illius pœnitentiam relaxarent, reliquasq; pœnarum satisfactiones misericorditer condonarent. Quod expresse significat ijs verbis *2. Corinth. 2. v. 10. 11. Cui autem aliquid donastis, & ego: Nam & ego quod donaui, si quid donaui, propter vos in persona Christi, vt non circumueniamur à Sathana*: id est, quemadmodum THEOPHILACTVS, AMBROSIVS, ANSELMVS, CHRYSOSTOMVS & alij hunc locum exponunt: Ne existimetis vos esse Dominos dimittendi, & non alium, ac propterea negligatis hominem absoluere, indico vobis, quod iam ipse tali donauerim, ne vos porro huic rei opponatis. Ne autem percutiamini ceu cōtempti, propter nos remisi ei. Noram enim quod hoc vobis gratum esset futurum. Deinde ne videar propter homines concessisse, adijcio, *in persona* CHRISTI, hoc est erga DEVM & coram CHRISTO, illo hoc iubente, ac veluti eius loco existens dimisi, *vt non circumueniamur à Sathana*: id est, ne detur locus insidijs Diaboli, propter nimiam nostrā austeritatem. Quo ex loco alterum principale caput huius disputationis euidenter sequitur, posita pietate in causa, & statu gratię in suscipiente, eos qui legitimam authoritatem habent, indulgentias concedere, id est

tem-

temporalium pœnarũ ſatisfactiones in Eccleſiam relaxare poſſe. Id quod ipſum κρινόμενον eſt, de quo hoc loco laboramus. Nam quæ ab *Hunnio* in ſuo de *Indulgentiis* libro contra hoc S. Pauli exemplum diſputantur, quaſi ad materiam Indulgentiarum ſit ἀπροσδιόνυσον, plane friuola & nugatoria ſunt, & à *Schoppio* noſtro in *Apologetico* ſolide confutantur. Cap. 7. Cap. 61.

Iam tertio loco, quia Indulgentiæ annexam habent conditionem compenſationis (*ſine ſanguinis enim effuſione non fit remiſſio*, & ne in pœnitentiæ quidem Sacramento ſine applicatione pretii ſanguinis Chriſti, quo iuſtitiæ Dei ſatisfiat, reos pœnitentes à culpa & pœna æterna abſoluunt Sacerdotes:) de theſauro deinceps dicendum eſt, vt vnde pretium iſtius ſolutionis vel abſolutionis iudiciariæ ſumatur, ſimplicioribus oſtendamus. Hebr. 9.

Theſaurũ autem iſtum ita definiunt Catholici, vt eum conſtare dicant partim infinitis paſſionum Chriſti meritis, quę æſtimationem à dignitate infinitæ λόγȣ perſonæ accipiunt, adeoq; inexhauſti ſemper valoris ſunt & manent: partim ſuperaffluentibus B. Mariæ & aliorum ſanctorum Martyrum paſſionibus, qui plus ſępe à tyrannis perpeſſi fuerunt, quam eorum debita requirerent. Iſta igitur merita ne fructum ſuum perdant, Theſaurus paſſionum Chriſti & Sanctorũ.

ad Ecclesiasticum hunc thesaurum charitatis canale confluere, & propter Sanctorum communionem aliis in egestate constitutis communicari dicimus.

Thesaurũ ex vna parte impugnant hæretici, ex altera admittunt.

Hunc autẽ thesaurũ etsi quoad posteriorẽ partem, satisfactiones scil. Sanctorũ, acerrimè impugnant hæretici, eamq; doctrinam conuitiis multis incessunt, ꝙ præter multos videre est ex ipso *Hunnio* nostro, *c.2.lib.de Indulgentiis:* cui respondet *Schoppius in Apologetico c.21.22.&seqq.ad 46.* vsq; Quoad priorẽ tamen partem, Christi scilicet immensum atq; inexhaustum λύτρον, in quo solo omni fiducia recumbere se velle dicũt, nihil ꝙ sciã, contra mutiunt, neq; possunt. Eaq; pars cum in præsentia ad constituendũ thesaurum, & doctrinã Indulgentiarũ cognoscendã sufficiat, nihil de altero membro, meritis sc. Sanctorũ, hoc loco dicere vel opus vel voluntas est. Petat ea qui volet ex Doctiss. Bellarmini vel Valentiæ, vel Benzonii disputationibus.

Conclusio huius loci de Indulg.

HABES à me Lector pro instituti ratione, breuem quasi Synopsin Catholicę nostrę de *Indulgentiis* doctrinæ. Quã nunc quęso pondera tecum, atq; æquis lancib. æstima, vtrum quicquã tantis conuitiis, tantis ludibriis & vociferationib. hęreticorum dignum contineat: Vtrum quod *Hunnius* contendit, infamem nostrũ Iubilæũ, Pontificem Antichristum, Ecclesiam Babylonem efficiat: vtrum deniq;, quod idem alibi disputat, *cum misericordia*

cordia & iustitia Dei, cum officio Christi & plenaria per eundē donata remissione peccatorum, cū ministerio clauiū & forma absolutionis Christiana è Diametro pugnet. Quæ.n.hic quæso tanta fingi pugna potest, cum omnis Indulgentiarū virtus per misericordiā Dei, ad liberandos à miseria fideles, virtute meriti Christi ad nos clauiū officio deriuetur, quo iustitiæ Dei, secus gratiæ ac naturæ filios iudicātis, satisfiat? Neq;.n.relaxatio vlla fieri posset, nisi Dominus Deus *S.Petro* & Successoribus eius ius clauiū tradidisset. Non foret vinculū soluendū, nisi iam ante homo per Baptismū renatus, & per pœnitentiā misericordia Dei à lapsu reconciliatus esset: nec inueniremus meritū compensationis, nisi Christus passus hoc diues Ecclesię suę ęrariū reliquisset. Deniq; nihil istorū fieret, si non iustitia Dei ad debita pendenda impelleret. Quid ergo oggannit humana temeritas, quasi Christū negemus, quē vnice agnoscimus, quē tanquam *iustitiā, sanctificationē, & redēptionē nostrā* colim⁹: ex quo omne nostrū posse & velle, & sine quo oīa cassa ac mortua sunt: quemadmodum ipse ait: *sine me nihil potestis facere*, & Apost. *oīa possū ī eo q̃ me cōfortat*. Miror aūt plurimū, cur huic dogmati tantopere aduersent *Lutherani*, cū tota illorū Iustificatio nihil aliud sit, q̃ Indulgētiarū ex thesauro passionū Christi applicatio. Quid.n.aliud volunt, cū dicunt, *hominē sola fide in Iesū Christū saluari*,

Hunnius lib. de Indulg.

Indulgentiarum cū officio Christi, & potestate clauium summa conuenientia.

1.Cor.1.30.

Ioan.15.5.

Phil.4.14.

Lutheranorum tota iustificatio nihil aliud, quā indulgentiæ.

G quàm

quam homini credenti merita Christi ad satisfactionem & compensationem omnium peccatorum tam quoad culpam, quam quoad pœnam applicari? non secus ac nos in hac materia de sola pœna temporali dicimus, contrito ac cõfesso (talem enim subiecti dispositionem semper præsupponimus) isthãc pœnam post dimissam culpam reliquam, per applicationem meritorum Christi, ab eo, qui legitimã authoritatem habet relaxari. Quod si ergo iustificationis suæ cum iustitia & misericordia Dei, cum officio CHRISTI, & potestate clauium conuenientiam intelligere possunt hęretici, intelligant & nostrarum Indulgentiarum, quæ non minor est, cum iisdem concordiam. Qua de re plenius authores, qui ex professo hoc argumentum disceptandum sumpserunt.

Calumnia nundinationis refellitur.

Vnum superest de calumnia *nundinationis*, quam sæpe inculcant hæretici, quasi Indulgentiæ sint hamus auaritiæ Romanæ, ac nulli gratia ista sine pecuniarum interuentu concedatur. Quod quam manifestum atque improbum sit mendacium, norunt omnes, qui vnquã Romæ hoc munere donati sunt, idq; iam millies facto & scripto à nostris testatum est: præsertim à *Bellarmino l. b. 2. de Indulgentiis c. 7. 9. 10. & 12.* quorum primo loco sic inquit. *Porrò quod addit Heshusius, Pontificem pro numerata pecunia peccata remittere, atque Indulgentiam dare, mera calumnia est.*

Neq;

Neq; enim Pontifices pecunias vllas pro Indulgentiis exigunt, sed iubent eos, qui Indulgentias consequi cupiunt, orare, ieiunare, eleemosynas facere, vel in commune pauperibus, vel in certum aliquod pium opus, vt in Basilicæ ædificationem: sed illud est frequentius, & hoc tempore solum in vsu, vt eleemosyna pauperibus in communi erogari iubeantur.

Atque hac de re iam olim Conciliis Generalibus, *Lateranensi*, & *Vienensi* Decreta facta sunt, vt tanto iniquior sit aduersariorũ quærimonia.

Conciliorum decretis prohibitæ nundinationes.

Innocentius III. Concilio Generali Lateranens. *Eleemosynarum*, inquit, *Quæstores, quorum quidam se alios mentiendo abusiones nonnullas in sua prædicatione proponunt, admitti (nisi Apostolicas vel diœcesani Episcopi literas veras exhibeant) prohibemus: & tunc præter id, quod in ipsis continebitur literis, nihil populo proponere permittantur.*

C. cum ex eo 14. de pœnitent. & remiss.

Et infra. *Qui autem ad quærendas eleemosynas destinantur, modesti sint & discreti: nec in tabernis aut in aliis locis incongruis hospitentur: nec inutiles faciant aut sumptuosas expensas, cauentes omninò ne falsæ religionis habitum gestẽt. Ad hæc: quia per indiscretas & superfluas* Indulgentias, *quas quidam Ecclesiarum Prælati facere non verentur, & claues Ecclesiæ contemnuntur, & pœnitentialis satisfactio eneruatur, decernimus, vt cum dedicatur basilica, non extendatur Indulgentia vltra annum, siue ab vno*

solo,

solo, siue à pluribus Episcopis dedicetur: ac deinde in anniuersario dedicationis tempore 40. dies de iniunctis pœnitentiis indulta remissio nõ excedat, &c.

Clement. 2. de pœnitent. & remiss.

Eodem modo Clemens V. Concil. Vien. *Abusionibus*, inquit, *quas nonnulli eleemosynarum quæstores in suis proponunt prædicationib. vt simplices decipiant, & aurum subtili vel fallaci potius ingenio extorqueant ab eisdem: Cum in animarum cedat periculum & scandalum plurimorum: viam (prout est nobis possibile) præcludere cupientes, iuxta Statutũ Concilii generalis duximus prohibendum districtè: ne quæstores aliqui (nisi Apostolicas vel diœcesani Episcopi literas exhibuerint) quomodolibet admittantur nec permittantur (cum solũ ipsis cõpetat Indulgentias sibi concessas insinuare populo, & charitatiua postulare subsidia suppliciter ab eodem) vllatenus ipsi populo prædicare, nec aliud exponere, quam quod in literis continebitur supradictis, &c.*

Et post: *Ad hæc cũ aliqui ex huiusmodi quæstoribus, sicut ad nostram audientiam est perlatum, non sine multa temeritatis audacia & deceptione multiplici animarum, Indulgentias populo motu suo proprio de facto concedant: super votis dispensent, & à periuriis, homicidiis & peccatis aliis sibi confitentes absoluant: male ablata incerta (data sibi aliqua pecunia quantitate) remittant: tertiam aut quartam partem de pœnitentiis iniunctis relaxent: animas tres vel plures parentum*

parentum vel amicorum illorum, qui eleemosynas eis conferunt, de Purgatorio (vt asserunt mendaciter) extrahant, & ad gaudia paradisi perducant: benefactoribus locorum, quorũ quaestores existunt, remissionem plenariam peccatorum indulgeant, & aliqui ex ipsis eos à pœna & à culpa (vt eorum verbis vtamur) absoluant: Nos abusus huiusmodi per quos censura vilescit Ecclesiastica, & clauium Ecclesiæ auctoritas ducitur in contemptum, omnimodo aboleri volentes, ea per quoscunq; quaestores fieri vel attentari de cætero districtius inhibemus, &c.

Deniq; in fine quæstoribus contra hæc delinquentibus grauem pœnã decernit. *Quæstores*, inquit, *qui deinceps in præmissis vel aliquo præmissorum deliquerint, vel aliâs etiã quibuscunq; suis priuilegiis abusi fuerint, sic per locorũ Episcopos puniri volumus (nullo prorsus eisdem quæstoribus in hac parte priuilegio suffragante) quòd à suis temerariis ausibus, qui vbique (vt communis habet assertio) nimium excreuerunt, pœnæ formidine propensius compescantur.*

Desinant ergo tandẽ aërẽ verberare mendaciorum isti folles, nec pios Pontifices aut immerentem Ecclesiã biliosa criminationũ suarum spuma petulanter deinceps cõspurcent, cum nullum hic mercatum, nullas nũdinas tot fide dignissi. virorũ testimonio cognoscant. Pecuniæ.n. quę exponuntur, nõ ad Pontificẽ redeunt, nec ad emendas Indulgẽ-

tias

tias exponuntur, ſed ad Eleemoſynarum opus, quibus ipſe erogans tanquam diuina diſpoſitione ad maiorem Indulgentiarum habilitatem & fructum præparatur: Quod vel ex ipſa *quæſtorum Bulla* cognoſcere eſt, quā *Innocentius III.* loco ſupranotato talem cōmemorat.

c. cum ex eo 14. de pœnit. & remiſ.

Formula Bullarum Indulgentialium.

QVONIAM (*vt ait Apoſtolus*) *omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſiue bonum fuerit, ſiue malum: oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus præuenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cū multiplicato fructu recolligere debeamus in cœlis firmam ſpem, fiduciamque rectam tenentes: quoniam qui parce ſeminat, parce & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cum igitur ad ſuſtentationem fratrum & egenorum ad tale confluentium hoſpitale, propriæ non ſuppetant facultates: Vniuerſitatem veſtram monemus, & exhortamur in Domino, atq; in remiſſionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus de bonis vobis à Deo collatis pias eleemoſynas, & grata eis charitatis ſubſidia erogetis: vt per ſubuentionem veſtram ipſorum inopiæ conſulatur, & vos per hæc bona & alia, quæ Domino inſpirante feceritis, ad æterna poſitis gaudia peruenire.*

Hæc de Indulgentiis. Nunc in viam redeamus, & quæ in laudem Academiæ ſuæ porro Hunnius attexit conficiamus.

In

In hanc vt ſic loquar immenſitatem.] Quam immenſitatem Academia tua habet, *Hunni?* *Latitudinem* nempe errorum, *longitudinem* ſchiſmatis, & *altitudinem* incomparabilis cuiuſdam ἀταξίας. Alioqui mirum ſit, rei cuius tu modo originé commemoraſti, immenſitatem inuenire: Cum *infiniti nullum neq; principum ſit neq; finis*, teſte Philoſopho 3. Phyſico. c. 4. T. 30. Cic. de nat. Deorum.

Fama gloriaq́; ſua terrarum orbem compleret.] Itane Hunni? Putas tu terrarum orbem *Albi Mœnoq;* concluſum eſſe, aut vt longius extendam, *Alpibus ſyluaq́; Hercynia?* Hem nimium ambitioſus homo es. Arctioribus ſpatiis veſtra fama quieſcat: non ſic leui penna hoc mundi punctum peruolatur. Sunt Itali, ſunt Galli, ſunt Hiſpani, ſunt Græci, ſunt Arabes, ſunt Thraces, ſunt Æthiopes, ſunt Indi, ſunt Antipodes, ſunt mille denique populi, quorum ne milleſimus quidem vnquã vel longa aure *Lutheri* aut *VVittenbergæ* nomen fando percepit. Inuenio ſane *Lutherum* pro innata ſibi ſuperbia vndiquaq; famam captaſſe, ſcriptis eodem tempore literis in *Liuoniam*, in *Sabaudiam*, in *Hollandiam*, in *Brabantiam*, in *Flandriam*. Sed quid factum? fœtuit bonis nomen fœtidum, contempſerunt. Alii blanditiis deliniti, pauculo tempore amplexi ſunt, ſed ita vt poſt maiori ignominia eiicerent. Deniq; quantacunque adhuc ſpatia occupet *Lutherus*, orbem terra-

Academiæ VVittenberg. fama ſcil. percelebris.

Coch. in Act. Anno 25. p. 124.

rum nondum occupat, nondũ *Europam*, imo vix *Germaniam*. Vt si *Alexander* totius fere orbis domitor, audita *Anaxarchi* de pluralitate mundorum disputatione, illachrymatus legitur, quod tantulum demum spatium nominis sui fama replesset: quanta lachrymarũ flumina *Luthero* vestro profundenda putas, qui nondum Alpes, nedum columnas Herculis egredi potuit?

Aelianus lib. 4. varię histo. Plutarch. de animi tranquil.

Ipsi adeò Pontif. Romano formidabilis.] Scil. Hunni, horret ac tremit Põtifex toto pectore, audito *VVutẽbergæ* nomine: tremit omnis eius clientela, Cardinales, Episco. Monachi, Laici, ipsiq; Galliarũ ac Hispan. Reges præ ingenti formidine iam saga quęrunt: Imò nõ quærunt, sed abiiciunt, & pacẽ poscunt, cum illis consternatis *Syria*, *Mesopotamia*, *Libya*, *atq; Cilicia*. Principib. formidabili *Holoferni* supplicantes: *Desinat indignatio tua circa nos. Melius est.n. vt viuentes seruiamus tibi, quam morientes cum interitu nostro, ipsi seruitutis nostræ damna patiamur. Omnis ciuitas nostra, omnisq; possessio, omnes montes, & colles & camp, & armenta boum, gregesq; ouium & caprarum, equorumq; & camelorum, & vniuersæ facultates nostræ atq; familiæ in conspectu tuo sunt, sint omnia nostra sub lege tua. Nos etiam & filii nostri, serui tui sumus. Veni nobis pacificus Dominus, & vtere seruitio nostro, sicut placuerit tibi.*

Lutherani quam formidabiles Catholicis scilicet.

Iudith. 3. v. 2. & seqq.

Ha ha hę: quis ferat ignauam iactantiam? preces audiui Romæ pro Lutheranis, tanquam

quam

quàm phreneticis aut lethargicis, non tubas tanquã pro hostibus. Et isti miseri domi magnam sibi vim, magnam apud nostros formidinem imaginantur, nescii scilicet, *quam sit sibi curta suppellex* Sed quid facias? Horatius.

Sic canibus catulos similes, sic matrib. hædos Noram. Virg. E:l.1.

Lutherus olim præmonitione ad dilectos suos Germanos, quàm fastuosè? *De cætero* inquit *non vnum aut alterum Papistam, sed totũ Papatum super me oneratũ volo, quousq; Iudex in cœlo signum faciat. Neq; volo, neq; possum mihi timere a talibus Dei hostibus. Eorum protervia est mea animositas, eorum ira, meus risus.* En vobis Catholici virum fortem & animosum. Quid cessatis? fugite omnes, hastam vibrat, pugnos ponderat: periistis omnes: nisi fortiter terga verteritis. Scil. ignauus culex elephanti insultat, *Troilus Achilli.* Non potuit asinus vnius *Eckii* sine plaga sustinere impetum, quin reperet in latebras, atq; horrendum clamaret, *non propter Deum hæc res cœpta est, neq; propter Deum finietur.* Quid putas si pluriũ se pondere onerasset hic thraso, quã ingemuisset, quanto eiulatu succubuisset, imo periisset! *Lapis .n. ille angularis super quem putas cadet, & non conteret eum?* Hodie non dicam *Iesuitis*, sed *Iesuitarum* pueris vix paria faceret Doctor ille, si modo quisquam *Iesuitarum* tam rudem stipitem extra ipsius vel publicæ vtilitatis considerationem arena dignaretur.

Lutherus instar Goliathi insultat simul omnibus Catholicis.

Cochl. in Act. Luth. Anno 19. p.15.

Esaiæ 28.

Martialis.

In tauros Libyci ruunt leones,
Non ſunt Papilionibus moleſti.

IV.
ÆGIDIVS HVNNIVS.

CVm ergo dicendum ſit de admirandis operibus & beneficiis Dei, ſeculo prælerlapſo in hanc almam ſtudiorum matrẽ, & per hanc in reliquos Chriſtiani nominis populos vbertim collatis, quid vetat Iubilæum noſtrum à Prophetico Iubilo Dauid exordiri hoc modo: Venite exultemus Domino, Iubilemus Deo ſalutari noſtro. Iubilate Domino omnis terra. Cantate & exultate, & pſallite. Pſallite Domino in Cithara, in cithara & voce pſalmi, in tubis ductilibus & voce tubæ corneæ, Iubilate in conſpectu Regis Iehouæ: lætentur cœli, & exultet terra, moueatur mare & plenitudo eius terrarũ orbis, & qui habitant in eo. Flumina plaudant manu, exultent montes à conſpectu Domini. Annunciate inter gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius. Venite magnificemus nomen Domini, adoremus ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. Hac eſt dies quam fecit

cit Dominus, exultemus & lætemur in ea. Constituite diem solennem in condensis vsque ad cornu altaris. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius.

CONFVTATIO.



VOD Sanctus *Gregorius* super illud *Iobi 40. Cartilago illius quasi lamina ferrea: Hostis*, inquit, *noster tanta se arte palliat, vt culpas nostras virtutes fingat, vt inde quisque quasi expectet præmia, vnde dignus est æterna subire tormenta*: Id in *Hunnio* nostro atque eius manipularibus tota hac oratione examussim videmus.

Qui cum è *Lutheri* Euangelio nil nisi meras hæreses, schismata, seditiones, bella, cædes, rapinas, prophanitatem summam, ac mille denique alia grauissima mala tanquam è scaturigine profecta sciat, ebrius tamen insano bestiæ amore, mira sibi DEI opera & beneficia in vniuersam Christianam Ecclesiam hoc autore imaginatur: Eoque nomine in tripudia etiam & Iubila prorumpit, præmia postulans inde, *vnde dignus est* cum præceptore *æterna subire tormenta.* Fructus Euangelii Lutheri.

Vincent. Lirin. in commonit. cap. 6.

Quid enim? Istane admiranda DEI opera aut beneficia censenda sunt, *instar Bellonæ cuiusdam aut Furiæ vniuersa miscere, atque vexare priuata ac publica sacra, prophanaque omnia, nullum boni & veri gerere discrimen, sed quoscunque collibuerit, tanquam de loco superiori percutere: temerare coniuges, depopulari viduas, prophanare virgines, Monasteria demoliri, disturbare clericos, verberare Leuitas, agere in exilium Sacerdotes*, denique priscam sanctam orthodoxam fidem execrabilibus turpissimorum olim hæreticorum fabulis permutare? Quæ si quis LVTHERO inesse ambigit, audiat inclitum & Religiosissimum Principem Dominum GEORGIVM *Saxoniæ Ducem*, qui in quadam ad eundem Epistola: *VVittenbergæ*, inquit, *quoddam instituisti asylum, vt omnes Monachi ac Moniales, qui nobis templa ac monasteria nostra deprædantur, furtis & direptionibus, apud te habeant refugium ac receptaculum*, perinde ac si VVittenberga foret ciuiliter nominanda, arx quædam communis omnium Apostatarum Prouinciæ nostræ: *nec vllum nobis dubium est sanctissimum nostrum Patrem* Papam, *nunquam villas dedisse Indulgentias, quas maioris feceris tu, quam eas, quas tui VVittenbergenses promerentur raptu monialium, quæ ex Monasteriis nostris ad te perductæ sunt.*

Cochl. in Act. Luth. Anno 26. p. 128.

VVittenberga qualis.

Audiat ERASMVM ROTERODAMVM

MVM in *Hyperaspiste*, qui LVTHERO loquens: *Habemus*, inquit, *fructum tui spiritus*, *res vsque ad cruentam stragem progressa est*, *& metuimus atrociora*, *ni DEVS propitiatus auerterit. Dices, hanc esse naturam verbi: Ego non nihil arbitror referre, quam prædicetur verbum DEI, vt iam DEI verbum sit, quod doces. Non agnoscis hosce seditiosos, opinor, sed illi te agnoscunt. Et iam compertum est, multos, qui se iactabant Euangelii nomine, fuisse seditionis crudelissimæ instigatores. Quorum conatus si successisset, fortassis extitissent qui probarent, quod nunc re malè gesta detestantur. Tu quidem libello in agricolas sæuissimo suspicionem abs te depulisti: Nec tamen efficis, quo minus credant homines, per tuos libellos, præsertim Germanice scriptos, in oleatos & rasos, in Monachos, in Episcopos, pro libertate Euangelica, contra Tyrannidem humanam, hisce tumultibus fuisse datam occasionem.* Strages cruentæ, ex Lutheri spiritu.

Quæ cum ita sint, nonne si concinnus esse HVNNIVS, susceptamq; personam decorè ornare vellet, misso nunc iubilo, lamentationem illam Esaiæ accineret: *Audite cœli & aurib. percipe terra, quoniam Dominus locutus est: Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt: cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israël autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini* Esa. I. v. 2 & seq. Quod Iubilũ cancre Lutherani debeant.

nequam, filiis sceleratis] dereliquerunt Dominũ, blasphemauerunt sanctũ Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos vltra, addentes praeuaricationem? Omne caput languidum & omne cor mœrens. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas, vulnus, & liuor & plaga tumens. Non est circumligata, nec curata medicamine, neq; fota oleo. Homines igi-
Ionæ 3. v. 7. *tur & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicquam, nec pascantur & aquam non bibant. Operiantur saccis & clament ad Dominum in fortitudine, & conuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eorum.*

ADOREMVS *Scabellum pedum eius.*]
Psa. 98. v. 5. Quid hoc est HVNNI, *adorare scabellum*
Ps. 131. v. 7. *pedum Domini?* Vtrum Idololatras efficere
Epist. ad Marcell. vt migret in Beth. vis VVittenbergenses tuos? Nam HIERONYMO teste, *Adorare scabellum pedum Domini*, nihil aliud est, quã sancta Sanctorum, vbi erant Cherubin & Propitiatorium, & arca Testamenti, religioso cultu venerari: quemadmodũ adhuc hodie *memorias Martyrum populus Christianus religiosa solennitate concelebrat, & Beatiss. in primis* PETRVM *Piscatorem genibus prouolutis adorat gentium multitudo*, quemadmodum S. AVGVSTINVS scribit *lib. 20. contra* FAVSTVM *cap. 21. & Serm. 1. de* SS. PETRO & PAVLO. At hæc vniuersa Lutherano Stylo Idololatriam sapiunt.

V. ÆGI-

V.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

*PORRO quia in hac solennitate summopere laborandum mihi esse video, ne iustas metas transiliendo sequentibus actibus, qui restant, tempus præripuisse videar: ipse mihi breuitatem impero, & * cancellos circundo, intra quos mea sese, nolit, velit, coarctet oratio. Et sanè quid quisque Ducum, Electorum in hac Schola partim fundanda, partim dotanda, partim locupletanda, partim collapsa restauranda, partim restaurata conseruanda & exornanda præclarè laudabiliterque præstiterit: id ego vobis non edisseram: Hæ namque partes Carmini, quod audietis, seculari tributæ sunt.*

*Mei sermonis Cardo vertetur in solidum, vt dixi, in prædicandis Dei omnipotentis laudibus, pro inenarrabili dono accensæ * lucis doctrinæ, paternæ protectionis, aliorumq; beneficiorum, quæ ex perenni Scaturigine diuinæ bonitatis in Wittebergicam nostram Academiam, & consequenter in vniuersam * Christi veram Ecclesiam exuberantissimè redundarunt. Dicam ergo de primis illius fundamentis & incuna-*

*Quantoscunque tibi cācellos circūdes, non tamē à Catholicis criminandis abstinere potes.

* Intellige lucis cimmericæ, qua collustrabantur Sodomæi, cū Lotho fores perfringere attentarent. Genes. 19. v. 11.

*Nolumus nobis illa vestra Lutherana χαρίσματα esse cōmunia.

incunabilis. Dicam de amplissimis eius progressibus & incrementis, vbi campus se aperiet celebrandi, magnum illud opus & arduum, quod è nostra Witteberga in reuelatione Antichristi, doctrinaque cœlestis repurgatione ad innumerabilium animarum perpetuam salutem excelsa Dei omnipotentis dextera perfecit. Dicam porrò, quomodo Scholæ huius Cymbam inter aduersitatum periculorumq; fluctus & procellas, rerumq; vicissitudines horrendas, sapientissimus ille Nauclerus, Deus Opt. Maximus benignissimè tutatus sit: addito sub finem Orationis pio voto, vt hanc suam nauiculam porrò etiam ad finem vsque mundi tutam & incolumem præstare velit.

CONFVTATIO.



Ropositione dicendorum Cancellos sibi circumdaturus *Hunnius*, auditoriumque attentum redditurus, de rebus certè magnis, nouis & inusitatis verba se facturum profitetur, quæ & DEI ipsius gloriam, & religionis Christianæ sinceritatē, & vniuersæ denique Ecclesiæ vtilitatem concernant. Quæ si ita præstat *Hunnius*, operæ certè curæque pretium. At profectò *thesaurus, Carbones*. Quid enim pollicetur? primò

[margin: ..ad Heren.]

donum

donum *accensæ lucis* doctrinæ, Veritatisque cœlestis repurgationem: perinde quasi hactenus domus Dei obtenebrata, sponsaque Christi præsidio spiritus sui orbata, fœdis erroribus immersa fuerit: adeoq; vt apud *Tertullianum* est, *aliquos Marciones & Valentinos* aut *Lutheros, liberanda Veritas exspectarit*. Ex quo sequitur, quod horrendum est dictu, *interea perperam Euangelizatũ, perperam creditum, tot milia milium perperam tincta, tot opera fidei perperam administrata, tot Sacerdotia, tot ministeria perperam functa, tot deniq; Martyria perperam coronata.* Absit tã funesta lux, quę soli huic ætati lumen, omnibus tot seculis pręcedentib. tenebras noctesq; diffundit. Et quale hoc ipsum lumen est, quod iactant? Certè si videas istos dogmatistas, variis inter se pugnis dimicantes, & modo hac, modo illa via incæspitantes, non meliori eos sydere afflatos dixeris, quã *Sodomaos* illos prę *Lothi* foribus, palpãdo & prætentãdo *ab ipsis* q; dicit' ianuis aberrantes. Idq; nõ obscurè pridẽ *Sebastian' Castalio* Præfatione trãslatorũ à se Bibliorum fassus est, in hæc verba. *Profectò si verũ fateri volumus, est adhuc seculum nostrũ in profundis ignorantiæ tenebris demersũ. Cuius rei certissimũ testimoniũ sunt tã graues, tã pertinaces, tã perniciosa dissensiones, tã multi & iidẽ irriti conatus de hisce cõtrouersiis, tantusq; numerus quotidie nascẽtium librorũ, & eorũ inter se toto cœlo dissidentiũ. Si igitur nobis clarissima verita-*

Tertull. de præscrip. cap. 29.

Hæreticorum tenebræ.

veritatis orta dies esset, nunquam tot obscuras librorum accenderemus lucernas. Audin, *Hunni*, quanta luce fruamini? tenebras potius fundit *Lutherus* vester quam lumen Veritatis: quem quotquot sequuntur, miseri illi in deuia errorum, & præcipitia hæresium, & ipsum denique acheronta deducuntur. Nobis æterna lux splendet, Spiritus veritatis, quem consolatorem, Doctoré, & gubernatoré reliquit ille ἀρχιποίμην animarum nostrarum, cui maior est cura de nobis, quam vt tot seculis tanto cum salutis irrecuperabili dispendio tenebris obsitam & sepultam relinquat dilectissimam Ecclesiam suā, quā tanquam *columnam & firmamentum veritatis* omnibus in dubijs consuli audirique præcepit. Audi quomodo aduersus ista noua & obscura luminaria vestra; fictitios *phœbos & phaëtontes* præmunierint nos sancti Patres nostri. *Gregorius Nazianzenus Epistol. 2. ad Cledonium. Absconditam*, inquit, *post Christum sapientiam nobis annunciant* (Apollinarius & alij hæretici) *res lachrymis digna. Si enim triginta his annis fides Originem habuit, cum quadringenti fermè anni* (imò nunc toti mille sexcenti) *ab eo tempore fluxerint, quo Christus palam conspectus est, inane tanto tempore fuit Euangelium, inanis etiam fides nostra. Et Martyres quidem frustra subierunt Martyrium, frustra etiam tales tantiq; Antistites populo præfuerunt.*

Lux inextinguibilis Ecclesiæ.
Ioan. 15. 26.
Ioan. 16. 13.
1. Pet. 2. 25.
1. Tim. 3. 15.
Matt. 18. 17.
Cōtra Nouatores.

Eodem

Eodem modo *Basilius Magnus lib.1.contra Eunomium*: *Quid tu*, inquit, *narras? non dabimus plus antiquitati? non reuerebimur Christianorum multitudinem, tam eorum qui sunt, quàm eorum qui fuerunt, ex quo Euangelium prædicatum est: nullam rationem dignitatis eorum faciemus, qui omni spirituali gratia claruerunt, sed claudentes semel oculos animi, exterminata cuiuslibet sancti viri memoria, vacuam deceptionibus tuis mentem nostram supponemus? Omnes tibi persuasi, traditionem fidei, quæ præterito tempore omni sub sanctissimis viris euicit, cogitationibus vestris impiis postponemus?*

Sed progrediamur ad reliqua, quæ Auditorio suo Hunnius pollicetur. Inter quæ proximum est, quod nostra quidem refert, commemoratio *variorum beneficiorum*, quę, vt ait, *ex perenni scaturigine diuinæ bonitatis in Wittenbergicam Academiam, & inde consequenter in vniuersam Christi veram Ecclesiam exuberantissimè redundarunt*. Quæ certè qualia illa sint, ego me cum nostris, ad quos hęc exuberantia non pertigit, nescire fateor. Nisi fortè illa sint, quæ egregius & perpetua laude dignissimus Princeps *D. Georgius Saxoniæ Dux*, quadam ad Lutherum Epistola comemorat. *Affirmare*, inquit, *possumus, nobis Euangelium tuum curæ parum esse, cum sit à capitibus Christianitatis pro reprobo iudicatum. Id vnum curauimus, vt ne à nostris acce-* Cochlæ. de actis Luth. Anno 26. pag. 128.

ptare-

Fructus Euangelii Lutheri.

ptaretur, pro virili præcaueremus. Ad hoc nobis causas dedere mali fructus, inde producti. Neq; enim tu, nec alius quispiam, verè dicere potest aliud, quam blasphemiam Sancti venerabilis Sacramenti, sanctissimæ Dei genitricis, omniumq; Sanctorum, ex tua doctrina originem habere. Ex tua enim tuorumq; discipulorum doctrina, omnes antiquæ ac reprobatæ hæreses renouantur: Omnis Dei cultus honestus aboletur. Quod sanè à temporibus vsque Sergii tam latè nunquam factum est. Quando plura facta sunt sacrilegia Deo consecratarum personarum, quã post productum Euangelium tuum? Quando plures, rogo, factæ sunt rebelliones contra superiores, quam factæ sunt ex Euangelio tuo? quando plures factæ sunt rapinæ ac furta? quando plures fuerunt Wittembergæ excucullati Apostatæ Monachi, ac Moniales,* quã nunc sunt? Quãdo maritis ademptæ sunt vxores aliisq; traditæ, quam quod nunc in tuo reperitur Euangelio. Quando plura facta sunt adulteria, nisi postea quam tu scripsisti, si mulier à viro suo fœcundari nequeat, vt ad alium transeat, à quo fœcundetur, & vir fœtum illum alere teneatur: & contra, vir itidem quoq; faciat? Hæc tuum Euangelium, quod sub scamno latens produxisti attulit. Et rectum quidẽ ei nomen imponis, quod sub scamno latens produxeris. Bonum profectò foret, illud adhuc sub scamno latere. Nam si adhuc alterum tale produxeris, nos nullum conseruabimus rusticum. Si Christus tale voluisset Euan-

* Exemplũ in Leonardo Koppẽ, qui ex vno Monasterio Nymicensi, nouẽ Virgines sacras abduxit: quarũ vna Catharina de Bore post biennniũ, mortuo Frid. Elect. Sax. Luthero flagitiosè nupsit. Cochl. in Act. Luth. An. 23. p. 78 79. Aliud Exemplũ Monialis Florẽtinæ, quæ cũ ex Monasterio ad Lutherũ au-

Euangelium, non tam sæpè dixisset: Pax vobis. *Petrus & Paulus non dixissent*, superioribus obediendum esse. *Idcirco illi ipsi fructus nobis ingentem & nauseam & horrorem faciunt tuæ doctrinæ tuiq; Euangelii. Euangelio Christi nos, volente Deo, assistemus corpore, anima, substantia ac dignitate: Id quod nos sua adiuuet gratia.*

fugisset. ille scripto p ea libello, rem pro magno miraculo vēditauit. Cochlę. in act. Ann. 24. p. 100.101.

Idem Prologo Noui Testamenti per Emserum lingua vernacula editi: *Quamuis Lutherus rem primò sub prætextu cuiusdam Reformationis & emendationis abusuū, q apud et Ecclesiasticos & sæculares radices egerūt, inceperit: verbis tamen ac factis mox indicauit, se se nō intendere rē emendare, sed prorsus euertere. Quēadmodum sæpe gloriatur, eo se rem perducturum esse (neq; itē vlli ad hoc labori pepercit, & de hoc maximè proteruiuit) vt intra paucos annos nullum templū, collegium, Sacellum aut Monasteriū: nullus Presbyter, Monachus, aut Monialis: nullus item Episcopus, aut Princeps, sub cœlo permanere debeat. Neq; in his cōtentus, verum etiā totam Ecclesiam Catholicā, ac Sanctam fidē nostrā, partim per se ipsum, partim per suos sequaces Suermeros, ac Pseudo Euangelistas, penitus extinguere. Et nō modo Diuos, verūetiā Christū ipsū è cœlo propellere, conatus est: Quemadmodū & facto vnū post alterū adorti, primū Doctores Scholasticos, deinde & veteres S. Doctores, quos Ecclesiasticos vocant: quorū scripta, canones & decreta (q̄ ad ædifiationē Ecclesiæ à Spiritu S. eis indita fuerūt) ignib. publicè cōbusserūt: sanctorū imagi-*

Lutherus quam turpiter in omnia sacra grassatus.

imagines, & crucifixi statuas, quæ non pro Idolis, sed pro memoria duntaxat ad plebis excitandam deuotionem, erectæ sunt, destruxerunt ac dissecuerunt, non modo in viis publicis, verum etiam in Templis. Lutheranorũ profanitas. *Omnia bona opera, qualia sunt, virginalis castitas, ieiunia, orationes, festa, visitationes Ecclesiarum, processiones, lataniæ, Matutinæ, Vesperæ, ac aliæ horæ Canonicæ: Ad hæc, Vigiliæ, Missæ pro defunctis, Exequiæ, Tricesimi, Anniuersarij, & quicquid ab Ecclesia in suffragium piis animabus peragitur, simul cum omnibus antiquitus obseruatis ritibus & ceremoniis, non solum scelerate floccifecerunt: verum etiam prorsus abrogarunt & omiserunt. Præterea vsque adeò carnales ac feri facti sunt, vt etiam sacris Sextis feriis, aliisq́ Ieiunii præcepti diebus non ex necessitate, sed ex mera petulantia, & in Ecclesiæ despectum, carnibus cibent & vescantur. Rogant insuper ac desiderant, vt post mortem non in locum sacratum, sed in prophanum sicut aliud animal irrationale, sepeliantur: nec aliquid boni pro eis fiat, neque etiam pro ipsis oretur.* Impietas in Concilia, magistratus, sacramenta. *Atque vt in his omnibus impuniti permaneant, Conciliorum quoque & Ecclesiæ potestatem omnem prostrauerunt, ac vulgari populo id potestatis tradiderunt, non solum super scripturis & Conciliis: verum etiam super vtraque superioritate, tum Ecclesiastica, tum seculari, ad iudicandum ac puniendum. Ac deinceps temere aggressi sunt, non solum ceremonias & Sacramentalia: qualia sunt, benedictio aquæ,*

salis

ſalis, herbarum, candelarum, & id genus aliorum, quæ (vt Paulus ait) per orationem & verbum Dei, in templo ſanctificantur: abrogare: Verum etiam ipſa Sacramenta arroganter inuaſerunt. Quorum aliqua prorſus reiecerunt, vt pro nullo habeant Sacramento, veluti confirmationem, extremam vnctionem, ſacros ordines, Confeſſionemq́ cum pœnitentia & ſatisfactione: Cætera vero variis multisq́ modis ac formis immutant ac peruertunt, &c. Sed hac de re infra vberius.

Poſtremũ *Hunnii* propoſitũ eſt, celebrandi magnũ illud opus & arduũ *in reuelatione Antichriſti per Lutherũ ſuum in Academia* Wit*tebergenſi cõfectum.* Quod profectò ſi ita eſt, nos non ſolum magnum & arduum, verum etiam maximum, & vt ita loquar, arduiſſimum opus agnoſcimus. Quoniã enim Apoſtolus vnius Dei potentiæ proprium aſſerit, VOCARE EA QVÆ NON SVNT, VT SINT, & vero Lutherus Antichriſtum, nondum natum Dei hoſtem, ſed poſtremis demum ſeculis (vt vel frementibus Lutheranis Catholica Eccleſia inuictis argumentis credit) naſciturum detexit, deque illo victorias ac palmas aſportauit, multum illi cum Deo ſcilicet laudis & virtutis commune eſſe neceſſe eſt. Neque enim humanarum virium opus, nondum natis cum hoſtibus ſigna conferre, fuſisque caſtris triumphum agere. An fortè Lutherani CATHARINAM BORNIAM

Antichriſtus à Luthero manifeſtatus ſcilicet.

Rom. 4. 17.

Antichristum credunt, nihil Antichristum à Luthero detectum dubitabimus.

VI.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

QVOD dum facio: tuam Celsitudinem Illustrissime Dux Auguste, Rector Scholæ huius Magnificentissime: vos Serenissimi Ducis, Electoris, Domini & Mæcenatis nostri clementissimi, munificentissimiq; Legatos & Consiliarios, vos Illustres & Generosos Dominos Barones, vos porro Academiarum, cum vicinarum, tum huius nostræ laudatissimos Proceres & Professores ac antistites celeberrimos: Vos item generis splendore, virtutumq; cultu viros eminentissimos, vos omnium ordinum exoptatissimos hospites, teq; modis omnibus ornatissimam splendidissimamq; Scholasticæ iuuentutis coronam oro & obtestor, vt mihi dicenti, vestram clementiam, fauorem, beneuolentiam, studium, attentionem & æquanimitatem ad horulæ spacium accommodare non dedignemini. Quod si non omnia vel eo, quo decebat ordine, vel quo par erat orationis cultu dixero, tribui velim angu-

stia

stiæ temporis, tum negotiorum varietati, quæ manum admotam subinde de tabula, quod dicitur, dimouebant.

CONFVTATIO.



Parsurus *Hunnius* calumnias in immerentes, immerentibus vicissim laudes decantaturus, id est stultè aërem verberaturus, tempusq; *quo non aliud natura* Seneca lib. *homini magis proprium & vtile donum dedit,* 9. Epist. ad prodigè sibi & aliis perditurus, non immeritò Lucilium. hanc ab auditoribus iacturam precibus flagitat. Quos non dubito operæ laborisque pœniteret, si quam nugacem ac fallacem declamatorem habuerint, sibi persuadere paterentur. Me certè domi hominis planè puduit tæduitque, nec vnquam tot illi confutando horas impendissem, nisi publicæ vtilitatis ratio, atque insontis Ecclesiæ defensio perpulisset. Est enim memoria dignum quod olim *Menander* scripsit,

Οὐ δεῖ διαβολῆς καταφρονεῖν, οὐδ' ἂν σφόδρ' ᾖ Calumniatoribus respondendum.
Ψευδής, ἐπίσταντ' αὐξάνειν αὐτὴν τινές.
Δι' οὓς φυλάττεσθαι τὰ τοιαῦτ' ὀρθῶς ἔχει.

id est, *(fuerit*

Non est contemnenda calumnia, etiã si prorsus
Falsa, aliqui enim ipsam extollere norunt.
Propter quos huiusmodi cauere conuenit.

 Et præ-

Et præclarè in hanc ſententiam *S. Athanaſius.* *Qui lapide,* inquit, *ictus eſt, quærit medicum: ictus autem calumnia grauius quàm lapides feriunt. Eſt enim calumnia, claua & gladius, & iaculum incurabile, vt ait Salomon. Sed his veritas mederi poteſt, qua vbi negligitur vulnera acerbiora fiunt.*

Apolog. 1.

VII.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

V*T igitur à primordijs Academiæ, noſtra ſuum initium capiat oratio, docent hiſtoriarum monumenta quo pacto Sereniſſimus Imperator* * Maximilianus *eius nominis primus in comitijs Anno ſupra milleſimum quadringenteſimum nonageſimo quinto, celebratis graui & ſapienti oratione ſit hortatus Imperij Principes, Electores præſertim, vt cum magna ſit vbique doctorum virorum raritas, ipſi in hanc curam incumberent, vt in ſuis ditionibus Academiæ paſſim per Germaniam erigerentur. Cui & conſilio & commonefactioni Princeps Fridericus, qui à ſapientiæ laude nomen & elogium ſapientis adeptus eſt, parendum ratus, mox ab eo tempore ad fundar-*

* Qui poſtea Anno 1518. in Comitijs Auguſt. vidit Cacodæmonē Lutheri ſcapulis inſidētem, vide inf. §. 14.

dandum vniuersale studium siue Academiam, animum adiecit.

Quam ad rem, præ cæteris huius amplissimi Electoratus oppidis, nostram hãc Witebergam *opportunam esse iudicauit, iam tum pro sua sapientia * præsagiens, immensam ex hac Schola vtilitatem ad vniuersam Ecclesiam & Rempublicam Christianam exundaturam esse.*

* O quantum fefellit hoc præsagium.

CONFVTATIO.



FELIX faustumque. Primordia habemus Academiæ Wittebergensis. Vnde? Vnde quicquid nũc in orbe est vel Christianæ fidei, vel Sacrorum Codicum, vel religiosarum domuum, vel Illustrium scholarum, vel otij denique & priuilegij stipendijq; ad liberalia studia excolenda, id totum tanquam ex perenni fonte & scaturigine promanauit: Sancta inquam Catholica Romana Ecclesia, quæ non secus ac *curruca nidum cucũlo*, degeneri huic posteritati domos, Ecclesias, Scholas, atque omnia humanarum diuinarumq; litterarum præsidia abundantissimè reliquit, quibus nunc ipsa tanquam *Sara* ab *Agare*, aut *Dauid ab Absalone*, aut *Mithridates à Pharnace*, aut *Tullius ab Antonio* crudelissimè atq; ingratissimè

Academia VVitteb. à Catholicis: à quib. etiam omnia adhuc in orbe diuina, bona liberalia.

Genes. 16.
2. Reg. 11.
Herodot. lib. 1. hist.

 tissimè

Vale. Max. lib. 5. c. 3.

tiſſimè infeſtatur. Sed non fallent cuculum ſua fata. Exulabit tandem *Agar*, pẽdebit *Abſolon*, *Pharnaces* cum *Antonio* dignã mercedẽ aſportabunt. Interim miror homines prodigè ſapiẽtes ac zeloſos Catholicorum adhuc ſcholis pulpitiſque ſine reluctatione conſcientiæ vti poſſe, cum non ignorent, quo olim loco à Luthero habita & damnata ſint, tanquam *lupanaria* * ſcilicet *Antichriſti*, *ſectæ* * *damnatæ Diaboli*, *Aſinorum* deniq; *ſtabula*, *ac Dæmonium Gymnaſia*, * *quæ ſeria intentio petitioq́; ſua ſit, vt vel in abyſſum demergantur, vel in Chriſtianas ſcholas commutentur.* Sed quamobrem aſinorum ſtabula? Quia *nullus* inquit * *vnquam in Papatu Theologus intellexit, quid ſignificet verbum Idololatria, aut ſecta:* Nec *omnes* * *Academiæ tantum doctrinæ habuere, vt quid peccatum ſit, definire poſſent.* At *nunc* * *præ oculis eſt* (inquit) *quod intra triennium ſic inſtitui poteſt puer quiſpiam, vt in XV. aut XVIII. ætatis ſuæ anno plus ſciat, quã hactenus omnes vniuerſitates, & omnia Monaſteria ſciuerunt? Imò quid didicerunt hactenus in publicis Gymnaſiis & Cœnobiis, quàm vt fierent aſini, ſtipites & trunci? Quiſpiam XX. aut XL. annis ſtuduit, & tamen nec latinè nec Teuthonicè loqui ſciuit, vt taceam turpem ac ſceleratam vitam, in qua nobilis Iuuẽtus miſerabiliter perdita eſt. Verum quidem eſt, antequam velim vniuerſitates & Monaſteria permanere, ſicut hactenus fuerunt, vt non alius modus docendi ac* *viuendi*

Lutheri conuitia in ſcholas Catholicas.
*Præf. libr. de Miſſa priuata.
*Lib. contra Henr. Reg. Angl.
* Lib. de erigendis Scholis.
*Tom. 1. VVit. f. 312
*Poſtil. Eccleſ. Dom. 4. p ſt Paſcha. f. 39. b.
*Lib. ad omnes German. ſenat. pro ſcholis erigend.
Confer Tom. 6. VVitteb. fol. 351.

viuendi pro iuuentute acceptaretur: mallem omnem puerum esse mutum, ac nihil vnquam discere. Seria enim intentio precatioq́ʒ ac petitio mea est, vt hæc asinorum stabula, ac Dæmonum Gymnasia, vel in abyssum demergantur, vel in Christianas Scholas commutentur.

Quibus non dissimilia sunt, quæ lib. contra HENRICVM Regem Angliæ scribit: *Sordes istæ ac labes hominum Thomistæ & Henrici. Furor insulsissimorum asinorum & Thomisticorum porcorum.* Et Glossa super edictum Cæsareum: *Confidenter blasphemate Papistici asini, breui aliter fiet.* Et mox. *Quid videtur tibi mi frater de his Magistris? Multa dicuntur, quod Aquilæ, lyncesq́ʒ acutè videant: At collatæ ad hos Magistros, prorsus cæcæ sunt. Qui in Euangeliis videre possunt ambos canones, vestes, ac omnis generis nundinationes Missæ. Hi possunt profectò acuti vocari Doctores, qui alicubi altius quam inter gallinas sederunt. Sed quid multa aduersus procaces blasphematores & impœnitentes Papæ asinos disputem?* Et mox: *quid boni porcini Doctores eiusmodi intelligant de hoc sublimi ac sacro articulo, cum ne humiles quidem articulos ferre queant.*

Asinina Lutheri conuitia in Theologos scholasticos.

En Lutherum Aquilam in nubibus.

Iterum Præmonitione ad dilectos suos Germanos: *Omnia sunt per Papæ Asinos obscurata, & oppressa: sunt vtique asini, & quidem magni, rudes & indocti asini in negotiis Christianis. Nam & ego vnus * eorum fui, & scio me hic veritatem dicere.*

*Et ad finē vsque vitæ permansi.

Hæc Lutherus in Catholicos. Qui viceuersa sibi tanquam Doctorum omniũ Principi maximas laudes canit eodem libro infr. *Si*, inquit, *in Papali ac Sacerdotali seditione interfectus fuero, mecum recipiam agmen quoddam Episcoporum, Presbyterorum, ac Monachorum, vt omnes dicturi sint, Doctorem Martinum magna cum Processione ad sepulturam deductum esse*. Est enim magnus Doctor supra omnes Episcopos, Presbyteros, & Monachos. *Idcirco & ipsos oportebit cum eo ad sepulturam ire super * dorsa, vt de hoc & cantica & confabulationes fiant*.

Proh magnũ Doctorem Martinum.

Tom. 7. VVitteb. f. 466. a.

* Non sic impie. Erectis corporibus tuos cineres calcant.

Idem Anno XXX. cum esset à quodam amico interrogatus, cur in PAVLO ad Roman. 3. diceret in Teuthonico, *hominem iustificari sola fide*: cum id PAVLVS non diceret, & per hoc daret Papistis ansam calumniandi Teuthonicam eius translationem: Ipse superbissimè magno cum contemptu Papistarum illi respondit. Primum vt ita diceret Papistis. *Si* LVTHERVS *certò scire potuisset, omnes Papistas in vnum coniunctos, ita habiles existere, vt vel vnum * capitulum in scriptura nossent, recte ac bene in Teuthonicum vertere, quod ea voluisset esse humilitate, vt eos orasset pro ope & adiutorio ad vertẽdum nouum Testamentũ. Deinde vt eis diceret,* LVTHERVM *vertisse Nouum Testamentũ in Teuthonicũ, iuxta summam diligentiam facultatemq; suam, & per hoc neminem coëgisse vt legat. Suũ itaq; esse*

Cochlæ. in Actis Ann. 30. p. 215.

* Quid ergo Embserus & Ditẽbergius? numquid non & illi nobis vernaculam Trãslationem reliquerunt?

Testa-

Testamentum, suamq; interpretationem, si errauerit ibi, nolit super hac iudices pati Papistas: quia habeāt adhuc nimis longas adhoc aures, & eorum i ka, i ka *sit nimis debile, ad indicandū super interpretatione ex Latino in Teuthonicū. Ipsum quidem scire probe: eos vere minus scire quam animal molitoris, quid artis, diligentiæ, rationis & intelligentiæ requiratur ad bonam interpretationem: Quia non sunt experti. Qui si duo prima verba* Matth.1. Liber Generationis, *interpretari deberent, nullus eorum sciuisset ad hoc dicere Gack, & iudicant mihi nunc totū* opus: *pulchri sane socii. Si ergo* (inquit) *Bapista tuus multa vult garrire, de hac voce* sola, *ei confestim dicito sic,* D. MARTINVS LVTHER *vult sic habere, & dicit:* * Papistam & asinum esse rem vnam: *Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Nolumus enim Papistarum scholares aut discipuli esse, sed Magistri ac Iudices.*

Lutheri i-ka, ika passim nimis strenuè rudit.

* Lutheranum. Tom. 4. VVittenb. fol. 475. b.

Hæc & id genus multa alibi LVTHERVS, arrogantissimè pariter, stultissimè, mendacissimè & iniuriosissimè. Arrogantiam satis vana iactantia coarguit: de qua D. AMBROSIVS in c. 22. Lucæ. *Sciamus,* inquit, *neminem iactare se debere. Nam si* PETRVS *lapsus est, qui dixit, & si alii scādalizati fuerint in te, sed nō ego quis alius iure de se præsumat? Deniq; & Dauid, quia dixerat, ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum, eam sibi iactantiā obfuisse confitetur dicens, auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* Stultitiā prodit pro-

6. quæ. 1. c. imitare. Ioan. 21. Psalm. 29.

Prou.27. priarum laudum decantatio, de qua Salomō, *laudet te alienus, & non os tuū, extraneus & nō*

Lib. de officiis. *labia tua.* Et Cic. *deforme est*, inquit, *de se ipso prædicare, falsa præsertim, & cum irrisione au-*

Macrob. lib. 7. Saturnal. c. 2. *dientium imitari militem gloriosum.* Quid enim Duces & milites, *qui fortiter à se facta semper dicturiunt, & tamen tacent arrogantiæ metu, nonne vt si hæc referant inuitentur, mercedem laboris sibi existimant persolutam, remunerationem putantes, inter volentes narrare, quæ*

Valc. Max lib. 2. *fecerint?* Itaq; nihil est *quod magis minuat laudis præconium, quam suos assidue iactare successus, & singulis diebus anni vendere diem vnum.* Mendacium agnoscunt omnes, qui vel obiter Lutheri chartas, & Catholicorum virorum contra ipsum disputationes inspexerūt, quæ certè tantum supra calumniatoris istius triuiales nugas, & scurrilia scommata, & maledicas insectationes, & odiosas repetitiones, & asininos denique coccysmos aureum caput extulerunt:

Virg. Ec. 1. *Quantum lenta solent inter Viburna cupressi.*

Agnouit id iam dudum *Erasmus in Hyperaspiste,* vbi ad Lutherum conuersus: *Quam*

Scripta Lutheri qualia. *multa* inquit *sunt in isto tuo libro prorsus aprosdionysa, quā multa superuacanea, quot in locis communib. moræ, quantum conuitiorū, quam multa manifestæ vanitatis, quantum Stropharum, quantum figurati morsius, quam multa parum prudenter detorta ac deprauata, & ex deprauatis*

prauatis tragicæ conclusiones, rursus ex his vociferationes in immerentem.

Et infra. *Porrò quod tibi cum Paulo vindicas scientiam, vtinam id verè posses, simulq́; præstares spiritum Euangelicum, qui fragrat in Scriptis Pauli, cum in tuis obstrepat alius Spiritus. Aut quæ tandem contumelia est, si tu mihi derogas scientiam: quum eandem iamdudum detrahas & Conciliis vniuersalibus, & Pontificibus, & Episcopis omnibus, & priscis pariter ac recentibus Ecclesiæ Doctoribus, denique scholis omnibus? Quis vnquam sapuit, qui vel latum, vt aiunt, digitum dissensit à tuis dogmatibus? Omnes quamlibet antea docti, protinus vt tibi contradicere cœperint, patiuntur hanc Metamorphosim, ex Lynceis vertuntur in Talpas, ex hominibus in fungos.*

Doctissimus quisq; à Luthero audit asinus, quã primum ab eo dissentire cœperit.

Idem alibi. *Videor* (inquit) *hoc mihi in Lutheri scriptis animaduertisse. Non semper est intentus iis, quæ scribit: Nec id fieri potest, vt hominis animus, perpetuo sit intentus alicui negotio, semper tamen illi currit calamus. Itaque quo crescat volumen, plurima incidunt, quæ nihil aliud quam chartas explent. Nunc repetit plus decies dicta, commutatis tantũ verbis: Nunc concionatur, versans in locis communibus: Nunc asseuerationibus explet chartas: Nunc ineptis salibus & infacetis facetiis eximit tempus: Nunc quicquid offertur aut succurit animo, quocunq; modo detorquet ad causam suã, ac præ-*

Quam ineptus Rapsodus Lutherus.

ac præter conuitia, quibus natura ſcatet, habet verba quædam veluti magicà, quæ non ratione, ſed vehementia quadam afficiant Lectoris animum, vel imbecillem, vel parum eruditum. In quibus quoniam imaginatio plurimum valet, iuxta Phyſicos, adeo, vt frequenter morbos graues & mortem pariant: fit, vt quodammodo afflentur ſpiritu, vtinam ſancto. Irenæus *tradit, arte ſimili plurimis impoſuiſſe Valentinum ac Marcionem, non mulierculis tantum, ſed & iudicibus. Habebant verba quædam Barbara, incognita, vehementia, imperioſa: Ea mira fiducia pronunciantes, territabant iudices, & infirmos rapiebant in ſuam ſententiã. Mulierib. etiã Prophetiæ ſpiritum dabant, iterum atq́ iterum iubentes, præcipientes, imperantes, vt tandem aperirent os: aſſeuerantes, Prophetiam fore quicquid dicerent. Quid quæris? incaleſcebant magicis verbis imbecilles animi, & afflabantur, nõ aliter quàm qui commenticiis vocibus adiurati, intumeſcunt fremuntq́, perinde, quaſi veris exorciſmi verbis premantur. Huiuſmodi vocibus, quũ omnes Lutheri libri, tum hic præcipue ſcatet: Addit æris Dodonæi loquacitatẽ, aut ſi quid illo eſt loquacius, vt Lector, quamuis ſanus & integer, tamen hoc tædio delaſſetur.* Et infra. *Quid autem ſtultius, quam cum eo diſputare, qui nihil admittit, niſi ſcripturæ verba: Sed harum interpretationem vni ſibi reſeruans: Immò qui ſibi permittit comminiſci, quoties commodũ eſt, quod non magis è ſcripturis elici poteſt, quã è punico*

Fraus veterum hæreticorum, horriſonis vocibus territantium ſimplices.

Loquacitas Lutheri.

Ridiculus diſputator Lutherus.

è punice lac. Et tamen ſibi videtur mirificus diſputator: Atq; ita re geſta, ſibi canit Encomium.

Deniq; idem Eraſmus Anno 34. Purgatione aduerſus Epiſtolam non ſobriam Martini Lutheri. *Cæterum*, inquit, *ſi tollas è libris iſtius hyperbolas, cõuitia, facetias, Tautologias, Ectragodiſmos, aſſeuerationes: ad hæc, quæ illi conueniunt cum Ioanne Hus, & Ioanne VViclepho, aliisq; nonnullis, fortaſſe non multum reſtabit, quo veluti proprio glorietur. His craſſis meum ocium oblectare malo, quam iſtis ſubtilibus turbare totius Eccleſiæ tranquillitatem, ac ciuitates cum ciuitatibus, plebem cum Principibus & Epiſcopis, ipſos Principes inter ſeſe committere. Tametſi non ſum vſq; adeo plumbeus, vt non intelligam Martini Paradoxa, quæ nobis memoriter occinunt textrices & calciarii: de iis loquor, quæ latinè prodidit. Iam ſi nihil eſſet in eius libris falſum aut erroneum, tamen iſta tam effrenis in omnes maledicentia inficit Lectorum animos, præſertim Idiotarum, nec aliud gignit, quam ſchiſmata.* Lutherus quibus floſculis ornet ſua ſcripta.

Atq; hoc olim voluit Luſus Polonorum in Lutherum, oratione *Andreæ Critii Epiſcapi Premislienſis*, ad Sigiſmundum Poloniæ Regem. Cochl. in Actis An. 25. p. 120.

Stercora cum præ ſe ducat quoſcunq; Lutherus,
Oreq; ſpurciloquo nil niſi ſtercus habet,
Non, rogo, ſtercoreum dices hunc eſſe Prophetã?
Qualia verba viri, talis & ipſe vir eſt.

Iam atrocem illam in omnes ſuperiorum ſedulorum

ſeculorum Academias, in tot præſtantiſſimos omni doctrinæ genere viros iniuriam, quis tantæ patientiæ eſt, vt ſilentio præterire queat? Ait Lutherus, adoleſcentes XV. à it XVIII. annorum, triennio ſic apud ſuos inſtitui, vt omnes Academias & Monaſteria, quæ hactenus meros aſinos, ſtipites, & truncos aluerint, profectu ſuperent. O hominem ſine fronte, beſtiam ſine mente, ſtipitem ſine conſcientia! Quis vnquam craſſiora mendacia, atrociores iniurias, immoderatiores hyperbolas audiuit? nimirum *Lutherani* tam felices ſunt Pædagogi, vt oſcitando & potando ſuis Mineruam ingerant, atq; ipſa *rudentia Arcadiæ pecora* in luſcinias tráſformare, fidibuſq; apta reddere queant. At Catholici tam inuitum habent *Apollinem*, vt vix malleis ac dolabris ingenia ſua perpoliant. Scilicet docet hoc exquiſita *Lutheranorum* doctrina, profunda Theologia, ſubtilis Philoſophia, Ius Medicinaque ſupra humanos terminos expanſa. At quorum ſunt quæſo illa admirabilia Theologorum lumina: *Petrus Lombardus*, *Albertus Magnus*, *Thomas Aquinas*, *Bonauentura*, *VVilhelmus Durandus*, *Ioannes Scotus*, *Nicolaus Lyranus*, *Thomas VValdenſis*, *Ioannes Gerſon*, *Alphonſus Toſtatus*, *Nicolaus Cuſanus*, *Dionyſius Carthuſianus*, *Ioannes de Turrecremata*, *Gabriel Bielius*, *Petrus Galatinus*, *Hieronymus Embſerus*, *Iodocus Clichthouaus*, *Ioannes*

Excutitur iactantia Lutheri, de mirificis ſuarum ſcholarũ profectib.

Præclariſſimi Catholicorũ Theologi ante Lutherum maximè.

annes *Eckius*, *Thomas Caietanus*, *Ioannes Roffensis*, *Ruardus Tapperus*, *Michael Medina*, *& plures alii superioris saculi Doctores incomparabiles*: Quorum si vel vnum (vt de hodiernis lucidissimis Ecclesiæ faculis, *Casare Baronio Sorano*, *Roberto Bellarmino Politiano*, *Gregorio de Valentia*, & mille aliis nihil dicam) cum *Luthero* atque omni eius clientela conferas, ilicet confirmaueris illud *Stancari*; *Vnus noster Petrus Lombardus*, aut vnus *Thomas Aquinas* (quem Ecebolus ille nunc *Sanctum* * vocat, nunc *authorem* * *regnantis Aristotelis, Vastatoris pia doctrina*, nunc *fontem* * *& sentinam omnis hareseos, erroris, & extinctionis Euangelii, quem immerito Concilium Constantiense exaltarit.*) pluris nobis est *quam centum Lutheri, ducenti Melanchtones, trecenti Kemnitii, quadringenti Schmidelini, quingenti Hunnii, qui omnes si in mortario contunderentur, non exprimeretur vna vncia vera Theologia.* Quæ non in flosculis Tullianis, aut dicteriorum & parœmiarum Lenociniis consistit, sed in Prophetarum & Apostolorum notitia, in sanctorum Patrum & Conciliorum peritia, in historiarum & consuetudinum Ecclesiasticarum intelligentia, in inueniendi denique differendique ad Ecclesię vsum prudentia. Quæ si nitorem sermonis adiunctum habet, non respuo: si non habet, non admodum requiro. *Bonorũ enim*

ingenia

Libr. de Trinit. & Mediat.

*Luth. lib. de Captiu. Bab. ca. de Baptismo.

*Lib. contra Iacobũ Latomum

*Lib. aduer. nouum Idolum & antiquum Diabolum qui Misnæ exaltãdus est. Sic blasphemè vocans S. Bennonem ab Adriano VI. canonizand.

Lib. 4. de doct. Christi c. 11.

ingeniorum (ait Augustinus) *insignis est indoles, in verbis verum amare non verba. Quid enim prodest clauis aurea, si aperire quod volumus non potest? aut quid obest lignea, si hoc potest? quoniam nihil quærimus, nisi patere, quod clausum est.*

Iureconsulti ex parte Catholicorũ excellentissimi.

Iam Iureconsultorum in familia, quorũ sunt isti diuites iustitiæ Sacerdotes, *Azo Bononiensis, Bofredus Beneuentanus, Accursius Florentinus, Sinibaldus Ianuensis, VVilhelmus Durandus Speculator, Ioannes Andreæ Bononiensis, Dynus Mugellanus, Cynus, Bartholus de Saxoferrato, Albericus Rosates Bergomensis, Baldus Perusinus, Antonius de Butrio, Ioannes de Imola, Marianus & Bartholomæus Socini, Iason Maynus, Philippus Decius, Felinus, VVilhelmus Budæus, Vdalricus Zasius, Andreas Alciatus, Iacobus Cuiacius, &c.*

Medici Catholicorũ experientissimi.

Deniq; illi recentiores *Æsculapii* quorũ sunt? *Bertrucius Bononiens. Gentilis Fulginas, Hugo Senensis, Matthæus Curtius Papiensis, Ioan. Baptista Montanus, Bassianus Landus, Antonius Fracanzarius, Gabriel Fallopius, Ioan. Fernelius, Franciscus Valeriola, VVilhelmus Rondeletius, &c.* Quorum inquam hi omnes sunt? Lutheranorum ne, an Catholicorum? Catholicorum puto, qui suis hosce tam insignes viros scholis produxerunt, quorum opera præclarissima & laude dignissima non nobis solum vsui, sed *Lutheranis* ipsis hostibus admirationi sunt, vt Magistri eorum atque

que

que artifices domi clanculum post pulpita hinc tanquã ex occulto thesauro phaderas ad populum, argumenta ad ludum, testimonia ad Iudicium, subsidia ad sanitatem auidi mutuentur. Eat ergo Lutherus, & Catholicas Academias, asinorum stabula, Dæmonũ Gymnasia, Antichristi Lupanaria vocet: quibus suos non tantum imos aut medios, verum etiam summos atq; eminentissimos summè atque infinitè excedi videt. Conclusio

Non negamus fuisse aliquam superiorum temporum præ nobis in dicendo infelicitatem, neque omnia tam comptè & politè ab omnibus scripta aut dicta, quam hoc tam literato excultoque seculo, quod cum omnibus, quæ vnquam extiterunt, exquisitissimis ætatibus comparandum censeo. Sed quid hoc doctrinæ maiorum præiudicat, qui inueniendi acumine & solertia instructi, testaceis quasi vasis pretiosissima nobis fercula obtulerunt. Quid etiam laudi Principum derogat, quibus ad reparandam omnimodo rem literariam eximios conatus non defuisse, non solum præsens MAXIMILIANI Imperatoris ad fundandas Academias cohortatio, sed & aliorum Conciliorum Decreta testantur. Vt Concilii Lateranensis sub IVLIO II. & LEONE X. Sess. 8. & Session. 9. Canon. 7. Vbi Professoribus scholarum & discipulis necessariæ quædam docendi discendiq; leges præscribuntur. Occupatio, de sermonis ac styli inelegantia.

Clement. 1.c.1.de Magistris.

buntur. Item CONCILII VIENNENSIS sub CLEMENTE V. Vbi orientalium linguarum, Hebraicæ, Arabicæ & Chaldeæ Professores bini & bini in quinque Academiis, Romana, Parisiensi, Oxoniensi, Bononiensi & Salamantina, ad infidelium conuersionem & legitimam scripturarum expositionem constitui alique iubentur.

Atq; hæc hactenus paulo prolixius forte contra insana Lutheri aduersus Ecclesiam conuitia, quæ Dominus Deus omnium spõsæ suæ iniuriarum accerrimus vindex ita sine nobis antehac cõfutauit, vt quemadmodum in mẽtiendo diabolus ambidexter, ipsi hæretici contrario se conuitio confundant, appellantes nũc Catholicos meticulosè SOPHISTAS, quos olim contumeliosè ASINOS vocitarant. Quod vt vt falsum sit, illustre tamen Principatus Catholici testimonium est, cum nemo homines rudes vel agrestes multum Sophisticantes conspexerit. Neq; tamẽ hęc ita à me accipi velim, quasi oẽs hęreticos imperitos, & Catholicos semper doctos censeam. Nam & *August*. olim *Manichæũ* inuenio cũ imperitis sæpe Sacerdotib. Catholicis congressũ, eorumq; ruditate mirificè ad gloriã priuatã & sectæ suæ stabilimentũ abusum fuisse. Contra multi hæretici tam exquisita doctrina fuerunt, vt doctiss. quibusq; etiam Catholicis vel superiores vel pares essent:

Vtrum nõ & hæretici docti esse queant.

ſent. Id quod de *Photino, Apollinari,* & *Origine* Vincentii commonitorium teſtatur. Nam *Photinus erat & ingenii virib: valens, & doctrinæ opibus excellens, & eloquio præpotens: quippe qui vtroq; ſermone copioſè & grauiter diſputaret & ſcriberet: quod monumentis librorũ ipſius manifeſtatur, quod idem partim Græco partim Latino ſermone compoſuit.* APOLLINARIS *verò tantus ac talis fuit, cui nimium cito in plurimis crederetur. Nam quid illo præſtantius acumine, exercitatione, doctrina? quam multas ille hæreſes multis voluminibus oppreſſerit, quot inimicos fidei cõfutauerit errores, indicio eſt opus illud triginta non minus librorum nobiliſſimum ac maximum, quo inſanas* Porphyrii *calumnias magna probationum mole confudit. Longum eſt vniuerſa ipſius opera commemorare, quibus profectò ſummis ædificatoribus Eccleſiæ par eſſe potuiſſet: niſi prophana illa hæreticæ curioſitatis libidine nouum neſcio quid inueniſſet, quo & cunctos labores ſuos velut cuiuſdam lepræ admixtione fœdaret, & doctrina eius non tam ædificatio, quam tentatio potius Eccleſiaſtica diceretur.*

Vincent. Lirinenſ. c.16.

Photinus hæreticus quàm doctus.

Apollinaris quanta doctrina.

Denique in Origene *tanta vis ingenii fuit, tam profundi, tam acris, tam elegantis, vt omnes pene multum longeque ſuperarit, tanta doctrinæ ac totius eruditionis magnificentia, vt pauca forent diuina, penè fortaſſè nulla humana Philoſophiæ, quæ non penitus adſequeretur. Cuius ſcientiæ cũ Græci non crederent, Hebræa*

Origenis laudes mirabiles.

quoque elaborata sunt. Eloquentiam verò quid memorem? cuius fuit tam amœna, tam læta, tam dulcis oratio, vt mihi ex ore ipsius non tam verba, quã mella quædam fluxisse videantur. Quæ non ille persuasu difficilia, disputandi viribus elimpidauit? quæ factu ardua non vt facilima viderentur effecit? Sed forsitan argumentorum tantummodo nexibus adsertiones suas texuit. Imo plane nemo vnquam Magistrorum fuit, qui pluribus diuinæ legis vteretur exemplis. Sed credo pauca conscripsit: Nemo mortalium plura: vt mihi sua omnia non solum non perlegi, sed ne inueniri quidem posse videantur. Cui ne quidquam ad scientiæ instrumenta deesset, etiam plenitudo exabundauit ætatis. Sed forsitan discipulis parum felix? Quis vnquam felicior? nempè innumeri ex sinu suo Doctores, innumeri Sacerdotes, Confessores, & Martyres extiterunt.

Iam verò quanta apud omnes illius admiratio? quanta gloria? quanta gratia fuerit, quis exequi valeat? Quis non ad eum paulo religiosior ex vltimis mundi partib. aduolauit? Quis Christianorum non penè vt Prophetam, quis Philosophorũ non vt Magistrũ veneratus est. Quam autẽ non solum priuatæ conditioni, sed ipsi quoq; fuerit reuerendus Imperio, declarabant historiæ, quæ eum à matre Alexandri Imperatoris acciitũ ferunt, cœlestis vtiq; sapientiæ merito, cuius ille gratia & amore flagrabat. Sed & eiusdem Epistolæ testimonium perhibent, quas ad Philippum

pum Imperatorem, qui primus Romanorum Principũ Christianus fuit, Christiani magisterii auctoritate conscripsit: De cuius incredibili quadam scientia, si quis referẽtibus nobis Christianum non accipit testimonium, saltem testificantibus Philosophis gentilem recipiat confessionem. Ait namq́ impius ille Porphyrius, *excitũ se fama ipsius Alexandriam ferè puerum perrexisse, ibiq́ eum vidisse iam senem. Sed plane talem tantumq́, qui arcem totius scientiæ condidisset. Dies me citius defecerit, quam ea quæ in viro præclara extiterunt, vel ex minima saltem parte perstringam: quæ tamen non solum ad religionis gloriam, sed etiam ad tentationis magnitudinem pertinebant. Quotus enim quisque tanti ingenii, tantæ doctrinæ, tantæ gratiæ virum à se facile deponeret, ac non potius illa vteretur sententia,* se cum Origene errare malle, quam cum aliis vera sentire.

Horum igitur exemplo nihil impedit, quo minus & *Lutherus* cum omni sua prosapia doctus, imò quemadmodũ iactat, *Doctor magnus supra omnes Dd.* & tamẽ simul hæretic⁹ esse queat, quemadmodũ *Photinũ, Apollinarẽ, Origenem, Arrium, Seruetum, Caluinũ, Martyrem, Bezam*, aliosq; magna & excellens doctrina à crimine hæreseos nõ defendit. Sunt n. vis ac flumen ingenii, eloquentia, variarũ artiũ linguarũq; facultas, non tã propria Ecclesię bona, quã vel communis naturę dona, vel laboris sedulæq; institutionis præmia,

Lutherus simul doctus & hæreticus esse potuit. Tom. 7. VVittenb. fol. 466.

quæ vel in Arist. Socrate, Plat. Cic. insignissima fuerũt. Sed neq; hanc ipsam *Luthero* gloriã salua veritate concedere possumus, vtpote quem reuera hebetem Theologũ, crassũ Philosophum, & infestiuũ scurrã fuisse Farragines tomorũ eius testantur, & perpetuo testabuntur, si modo perpetuitate potiẽtur. Itaq; nõ cum doctis eum comparandũ censeo, sed cũ Alphabetariis istis hæreticis *Marco* & *Colarbaso*, qui ex Græcorum Alphabeto nouã hæresin composuerunt, negantes *veritatẽ sine istis posse literis inueniri imò totã plenitudinẽ & perfectionẽ veritatis in istis literis esse dispositã.* Aut vt mitissimè dicã cum *Nestorio Logodædalo, in quo plus semper admirationis quam vtilitatis, plus fama quã experientia fuit: quem opinione vulgi aliquandiu magnũ humana magis faceret gratia quã diuina.* Ipse enim (Lutherus) tanq̃ auceps popularis auræ, cũ probè sciret illud, *tanti eris aliis, quãti tibi fueris*: Et alterũ: *ὄφις ἐαν μὴ φάγεται ὄφιν, οὐ γίνεται δράκων: serpens nisi deuoret serpentem, non fit draco*: Confidenter se omnib. scriptis tanquam Erinnys in tragœdia iactitabat, ac maledicendo, detrahendo, mordendo, atq; acriter deniq; clamando, laudem viri docti, strenui & diserti aucupabatur, atq; apud eos etiã, qui interiora rerũ nõ rimantur, assecut⁹ est. Secus apud doctos & cordatos, qui *asinũ in Leonina pelle* aut *simiã in purpura* facile agnouerunt ac cõtempserunt: secundũ illud:

Lutherus homo crassus, indoctus alphabetarius.

Tertul. de præsc. c. 50.

Socrat. lib. 7. c. 32. Vincent. Lirinens. in cõmonit. cap. 16.

Ad populum phaleras, ego te intus & incute nouι. Perſ. Sat. 4.

VIII.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

QVod præſagium ſermone ſuo verè vatidico confirmans D. Fleckus, Monaſticæ quidem Profeſſionis homo, ſed qui nullam in omni vita Miſſam celebraſſe legitur, ipſo die inaugurationis Academiæ pro concione dixiſſe fertur, ab hoc albo monte (*VVittebergam deſignans*) totum orbem Chriſtianum ſapientiam eſſe mutuaturum*. D. Fleckus.

Sic ergo quod felix fauſtumq́ toti Chriſtianitati fuit, & eſt, & , vt ſperamus ac precamur, erit etiam ad poſteros, ante centum annos, hoc eſt, Anno milleſimo quingenteſimo ſecundo, die, qui Lucæ Euangeliſtæ Sacer antiquitus eſt, hoc celebratiſſimũ Emporium ſtudiorum ſolenniter excitatũ, introductum, & vt eius ætatis hominibus loqui mos erat, inthronizatum eſt, primo renunciato Rectore, Martino Pollichio Mellerſtadio, qui poſt ad ſummum honoris gradum in tribus facultatibus ſuperioribus euectus, & lux mundi nominatus fuit.

* Miſerum ergo orbẽ Chriſtianum, qui ad hoc vſque tempus ſtultitia mera irretitus fuit.

Mellerſtadius.

De hoc percelebri viro refert insignis Theologus * Ioannes Matthesius *in concione de Luthero prima funebri, quod cum Mellerstadius multo ante, quam mutatio Religionis inciderat, audisset in publica disputatione Lutherum principia scholasticæ Theologiæ oppugnantem, & demonstrantem, quod scripta Prophetarum & Apostolorum omni Theologiæ Thomæ, Scoti, Alberti, & aliorum eiusdem farinæ scholasticorum longissimè sint præferenda, Mellerstadius iam tum Lutheri hac de re cum argumentationes, tum solutiones admirari satis non potuerit, & aliquando in * mensa in hanc vocem eruperit*: hic Monachus vniuersam Ecclesiæ Romanæ reformabit doctrinam. Nam insistit scripturæ Prophetarum & Apostolorum, quã nulla Sophistica seu Thomistarũ, seu Scotistarum, seu Albertistarum, seu aliorum quorumlibet Scholasticorũ expugnare potest & euertere.

* Hunc insignem Theologũ pauci apud nos insignes neuerunt.

* Loco vaticiniis valdè opportuno.

Hic ergo Mellerstadius, vt dixi, primus fuit Academiæ Rector, & in facultate Theologica primus omnium Decanatum gessit eximius Magister noster (vt tum dicebantur)

tur) Iohannes Staupitius, *Augustiniani Ordinis Eremitarum Generalis per Germaniam Vicarius. De cuius viri laudibus disserere tẽporis angustia prohibet: satis est indicasse, quod è tenebris refulgentem Euangelii veritatem suo calculo comprobauit, & fideli corde suscepit. Cuius itidem vox de Luthero memorabilis & vatidica in illis, quas dixi, Concionibus Domini Matthesij descripta extat. Etenim cum Staupitius Anno 1512. nomine Principis Electoris mandaret Luthero, vt summum in Theologia gradum susciperet, Lutherus autem variis in medium allatis rationibus se excusaret, Staupitius festiuo vultu respondisse fertur:* omnino videtur instare mira rerum conuersio,* in qua Domino Deo nostro multi obijcientur labores in cœlo & in terra, ad quos expediendos, opus erit strenuis & laboriosis Doctoribus! siue ergo viuas siue moriaris, Deus in consilio suo tuam requirit operam. *De eodem Staupitio quædam alia insuper ἀξιόλογα narrantur in Tomis Lutheri, quæ partim piè prudenterq́ fecit, partim sapienter grauiterq́ dixit.*

* Verum augurium. breui enim supera inferis miscuit Lutherus, sacra prophanis.

CONFVTATIO.



OLVIT tandem è portu *Hunnius*, atque aliquid de tribus capellis, id eſt de poſito Academiæ ſuæ illuſtri fato. Sed ne quid ſine ratione dixiſſe videatur, fortiſſimas ſcilicet & robuſtiſſimas fide digniſſimorum teſtium aſſeuerationes in medium adducit, vt ſtatim hominem errore ebrium, & reprobo à Deo ſenſu afflictum agnoſcas, qui ſolidiſſima Eccleſiæ petra, & probatiſſimis, ſanctiſſimis, totoque orbe celeberrimis patribus & concilijs reprobatis, fabulas nunc ſectatur, atq; ineptiſſimorum, obſcuriſſimorum, hæreticaq; lue contaminatiſſimorum hominum ſomnia pro diuinis oraculis iactitare cauſæ ſuæ in ijs firmamentum collocare non veretur. Quibus ſi nos contraria aliorum fide & authoritate inſtructiorum virorum omina & præſagia de Luthero ſiniſterrima opponere vellemus, maiore id ratione ac probabilitate fecerimus. Sed quia infra his commemorandis oportunior dabitur locus, nunc ad depoſitionem teſtium accedamus, quam tergeminam Hunnius propoſuit, quod ſciret, *teſti vni etiam in magna dignitate poſito regulariter non credendum L. Iuriſiurandi. C. de teſtibus & in c. licet ex quadam. extra de teſtibus. In ore autem duorum vel trium ſtare omne verbum. Numer. 35. 30. Deut. 17. 6. Deut. 19. 15.*

Matth.

Math. 18.16. Verum multum intereſt, quam legitimi teſtes ſint, citati, iurati, æqui, non inimici. Nam teſti iniuſſo non creditur. *Bartol. in l. poſt legatum §. his vero. ff. de his quibus vt indign.* nec alteri parti inimico *c. per tuas & ibi gloſſ. ſuper verbo, inimicitias capitales. ex. de Simonia. & c. accuſat. & ibidem gloſſ. 3. q. 5. argum. l. licet. ff. de arbitr. & in auth. de teſtib. §. ſi vero dicatur verſ. ſi vero ques dicat. facit. l. 1. §. præterea. ff. de quæſt.* Neque etiam iniurato. *l. Iuriſiurandi C. de teſtibus. & in c. tuis ext. de teſtibus & atteſtat. cum ſimilibus.* Multo minus eiuſdem cauſæ vel criminis ſocio. *c. veniens Cl. 1. de teſtib. & in c. 1. de confeſſ. & in c. nemini 15. q. 3. & not. gloſſ. in c. cum oporteat de accuſationibus cum ſimilib.* Quæ omnia cum in Hunnij teſtibus deſiderentur, palam eſt, quo à nobis loco haberi poſſint ac debeant. Sed nolumus nunc tam ſtrictum fori examen inſtituere. In ſcholis verſamur non in iudicijs. Audiamus igitur ſingulorum depoſitiones.

Teſtium requiſita.

Primus teſtis eſt neſcio quis *Fleckus*, cui vt ad teſtandum maculam eleuat Hunnius, ait, Monaſticæ quidem Profeſſionis hominem fuiſſe, ſed qui nullam in omni vita Miſſam celebrarit: Perinde quaſi ſanctiſſimum Miſſæ Sacrificium, quo nihil diuinius Eccleſia habet, tam abominabilis res ſit, vt eius vacatio vel imunitas homini laudē mereri poſſit aut debeat. Quod ſanè nō obſcurè quinti

I. Hunnij teſtis pro Luthero, Fleckus.

Euan-

Euangelij Apoſtolus docet, cum alibi paſſim, tum præcipuè Anno XXI. *libr. de abroganda Miſſa priuata.* Et Anno XXII. *lib. contra Henricum Regem Angliæ*, vbi ſic ſcribit, *Miſſam itaque extorſimus, & triumphamus aduerſus aſſertorem Sacramentorum. Triumphata verò Miſſa, puto nos totum Papatum triumphare. Nam ſuper Miſſam, ceu rupem, nititur totus Papatus cum ſuis Monaſteriis, Epiſcopatibus, Collegiis, altaribus, miniſteriis & doctrinis, atque adeo cum toto * ventre ſuo. Quæ omnia ruere neceſſe eſt, ruente Miſſa eorum ſacrilega & abominanda.*

Iterum Anno XXV. *lib. de abominat. Canonis Miſſæ.* Et Anno XXVIII. *Confeſſ. de cœna Domini* aduerſus Zuinglium & Oecolampadium, vbi ſic ait: *Super omnes abominationes teneo eſſe Miſſam, quæ pro Sacrificio ac bono opere prædicatur ac venditur, ſuper quam nunc omnia Eccleſiarum Collegia Monaſteriaque conſiſtunt: at DEO dante * citò iacebunt. Quamuis enim magnus, grauis, turpiſq; peccator fuerim, atque iuuentam meam damnabiliter conſumpſerim ac perdiderim: ea tamen ſunt maxima peccata mea, quod tam ſanctus Monachus * fui, ac tot Miſſis vltra XV. annos dilectum Dominum meum tam horrende offendi, martyrio que ac tribulationibus affeci.*

Denique Anno XXXIV. Epiſt. de Miſſa. *Opto equidem, & admodum libenter videre atque audire velim, vt hæc duo verba.* Miſſa & Sacra-

Lutherus acerbiſſimus Miſſæ hoſtis.

*Lutherū in nidore ganearū ac quotidiana crapula, Eccleſię ieiunanti & vigilanti ventrē obijcere, quid eſt niſi petulanter inſanire.

*Nondum Luthere. ſtāt adhuc, ac Deo dāte ſtabunt: tu verò cū tuis nugis breui iacebis.

*Beatus forres Luthere, ſi ita Deum offendere perrexiſſes. At hęreſes, Sacrilegia, ſtupra videris quomodo excuſes.

Sacramentum, *apud omnes tantum ab inuicem distare intelligerentur, quantum distant tenebræ & lux: imò quantum Diabolus & DEVS. Quandoquidem nihil aliud est, quàm peruersa deordinatio ac nundinatio Sancti Sacramenti, etiamsi deuotissimè celebretur.* Et infra, *Det DEVS omnibus bonis Christianis tale cor, vt quando audiunt hanc vocem, Missa, exterreantur, & cruce muniant se se, tanquam contra Diaboli abominationem. Contra verò, quando audiunt hanc vocem* Sacramentum, aut Cœna Domini, *præ gaudio saltent atque etiam dulciter fleant.*

O blasphemam bestiam.

Hæc impius & blasphemus LVTHERVS, ex quo scire cuperem, vnde nouam hanc Theologiam hauserit, Missam esse sacrilegam & abominādam Idololatriam, neruum Antichristianismi, grauissimam DEI offensam, Martyrium denique ac tribulationem Domini nostri IESV CHRISTI? cum hoc sanctissimum Sacrificium Typo MELCHYSEDECHI præsignificatum, figura agni Paschalis præstitutum, sacrificijs Veteris Testamenti præfiguratum, vaticiniis Prophetarum promissum, Domini authoritate institutum, Apostolorum exemplo confirmatum, vniuersæ denique antiquitatis vsu & pietate corroboratum, nostri & fidelissimè credant, & fortissimè demonstrent: imò ipse Lutherus & Confessio Augustana alicubi admittant. Nam *Lutherus* quidem *in libr. de Visi-*

S. Missę fundamenta.

Bellar. lib. 1 de Missa c. 6. & seqq. Cocc. Tō. 1. Thes. p. 654 & seq.

Missas Lutherani admittunt.

Visitat. Saxonica commendat Missas tum Latinè tum Germanice factas, *quas viuis præcipuè vtiles esse dicit.* Confessio autem Augustana articul. de Missa: *Falsò*, inquit *accusantur Ecclesiæ nostræ, quod Missam aboleāt: Missa enim retinetur, & summa cum reuerentia celebratur: seruantur & vsitatæ Ceremoniæ ferè omnes, præterquam quod latinis cantionibus admiscentur alicubi Germanicæ.* Eodem modo Apologia. *Iterum*, inquit, *præfandum est, nos nō abolere Missam, sed seruare atq; asserere eam religiosè. Fiunt enim apud nos Missæ singulis diebus Dominicis & festis.* At quomodo non mentiuntur hic astuti Sycophantæ, si & superiora eorundem axiomata, & quotidianum vsum aspicias. Nam si Missas sua significatione pro oblatione Eucharistica interpretentur, falsum est, quod de illarum abrogatione accusentur. Si nostra, falsum est quod retineant, cum ijs grauissimam peccatorum molem continere videatur.

Assertio S. Missæ. Heb. 5. & 8.

Quam contra impietatem facilè esset magnum hic argumentorum aceruum congerere: tum ex Apostolo, qui ait, *omnem Pontificem ad offerendum munera & hostias constitutum*: tum ex omni Orthodoxa Antiquitate, quæ se *quotidie hunc immaculatum agnum Domino in altari obtulisse* fatetur: vt S. AMBROSIVS *libr. 5. Epist. 33. & in Psalm. 38.* GREGORIVS NYSSENVS *Orat. de Resurrect. Domini*, CHRYSOSTOMVS *Homil. 24. in prio-*

priorem ad Corinth. & Homil. 17. in Epist. ad Hebraeos.

Denique præter innumeros. S. AVGVSTINVS *lib. 4. de Trinit. cap. 14. Quid gratius offerri aut suscipi posset, quam caro sacrificii nostri, corpus effectum Sacerdotis nostri?*

Sed Protestatur LVTHERVS, *statuta* * *Patrum se in hac causa non auditurum*, imò nil curaturum, *si mille* * AVGVSTINI, *& mille* CYPRIANI *contra se stent.* Audiuimus igitur nos, quos ille nouæ sententiæ sequatur authores.

* lib. de abroganda Missa priuata.
*lib. contr. Henricum Regem Angl.

Anno XXXIV. edidit librum *de Missa angulari*, in quo authorem sententiæ suæ nominatim refert, Spiritum scilicet, non gratię aut Veritatis, de quo nullam vnquam sibi factam visionem commemorat, quemadmodum olim illi PAVLVS ABBAS *Veteris cellæ* obiecit, sed Spiritum mendacij, & homicidij, *quem se benè & valdè benè nosse fatetur.* [*Tom. 2. Ienens. fol. 77.*] *adeò vt per otium ab eo argumẽta fanaticorum didicerit, qui propius etiam sibi sua* CATHARINA *cubet, & a quo quam a Cæsare interfici malit. In conuiuialibus folio 216. 281. & 259.* Vt non planè iniqua quorundam olim fuerit suspicio, occultum quoddam LVTHERO commercium cum Diabolo intercedere, præsertim cum & aliquando in Missa, recitato Euangelio de eiecto à surdo & muto dæmonio, repente in choro cõciderit vociferans, *non sum, non sum.*

Cochl. in Actis Luther. Ann. 34. p. 280. Luthero familiaris dæmon.

Cochlæ. in act. Luth. p. 2. Surius in comment. hist. Anno 17. p. 91.

Taceo

Taceo eos, qui Lutherum à Spiritu immundo ſub incubi ſpecie prognatum eſſe volũt Cuius rei afferunt teſtem, religioſam quandam anum, Lypſiæ habitantem, quę matrem LVTHERI olim Islebij in publico balneo famulantem nouerit, ac de adoleſcente, quē incubum fuiſſe putat, audiuerit, à quo illa impregnata fuerit, antequam cognita eſſet à viro ſuo IOHANNE LVDERO. Cui tamen rei nos fidem noſtram non obſtringimus.

Lutherus forte ex incubo.

Cochl. Præfat. Actor.

Interim hoc certum eſt, Lutherum S. Miſſæ infeſtandæ diſciplinam Magiſtro Diabolo aſſcribere, cuius ſecum de hoc argumento diſputationem, *ipſe lib. de Miſſa angulari, & conſecratione Sacerdotum, qui extat Tom. 6. Germ. Ienenſ. fol. 28. & Tom. 7. Wittenberg. fol. 443.* in hæc verba refert. *Aliquando media nocte experrectus, qua Diabolus huiuſmodi mecum in corde diſputationem orſus eſt: quemadmodum ille ſæpiſſimè aliis noctibus multum mihi negotii faceſſit: Audi vir Doctiſſime, noſti etiam te quindecim annis celebraſſe Miſſas priuatas penè quotidiè? quid ſi tales Miſſæ priuatæ horrenda eſſent idololatria? quid ſi ibi non adfuiſſet corpus & ſanguis Christi ſed tantum panem & vinum adoraſſes, & aliis adorandum propoſuiſſes? Cui ego reſpondi: Sum unctus Sacerdos, accepi unctionem & conſecrationem ab Epiſcopo, & hæc omnia feci ex mandato & obedientia maiorum: quare non conſecraſſem, cum*

Lutheri diſputatio cũ Satana, de Sanctiſs. Miſſæ Sacrificio.

verba

verba CHRISTI *seriò pronunciarim & magno serio Missas celebrarim? Hoc nosti: Hoc totum est, inquit, verum: sed Turcæ & Gentiles etiam faciunt in suis templis omnia ex obedientia, & seriò sacra sua faciunt: Sacerdotes Hieroboam faciebant etiam omnia certo Zelo & studio, contra veros Sacerdotes in Hierusalem. Quid si tua ordinatio & consecratio etiam falsa esset, sicut Turcarum & Samaritanorum falsi Sacerdotes, falsus & impius cultus est? Hic certè sudor mihi erupit, & cor tremere mihi atque palpitare cœpit, &c.* His subiungit quinque argumenta Diaboli contra Missam: quæ breuitatis causa omittimus.

Nonne igitur hic dignus Præceptor, cui Lutherus reformationem Ecclesiæ spondés, fidem adhibeat, qui *bonis Præceptoribus Catholicæ Christianitatis se pia fide, alacri spe, simplici charitate committere noluit.* Vt verum sit verbum Apostoli. *Ideò mittet illis* DEVS *operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt Veritati, sed consenserunt iniquitati.* August. de vtilit. credend. c. 18. 2. Thess. 2. 11. 12.

Nos miserabili illa & damnabili disciplina relicta, eius Ecclesiæ magisterio parebimus, *quæ vsque ad confessionem generis humani ab Apostolica sede per successiones Episcoporum, frustra hæreticis circumlatrantibus, & partim plebis ipsius iudicio, partim Conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maiestate damnatis, culmen authoritatis obtinuit. Cui* August. de vtil. cred. cap. 17.

nolle primas dare, vel summæ profectò impietatis est, vel præcipitis arrogantiæ.

Henric. Angliæ Rex lib. contra Lutherum.

Ac sanè cum aliâs, tum præsertim contra sanctissimam hostiam, *mirum quanto nixu quam nihil peperit* LVTHERVS *nisi merum ventum. Quem cum ipse tam validum velit videri, vt montes posset euertere, mihi profectò videtur tam languidus, vt agitare non possit arundinem. Nam si verborum tollas inuolucra, quibus rem absurdam (velut simiam Purpura) vestit, si tollas exclamationes illas, quibus velut re dilucidè probata toties in totam debachatur Ecclesiam, & nondum collata manu, tanquam ferox Victor insultat: nihil aliud restare videbis, quam nudum & miserum sophisma.*

Cochl. in Actis Lutheri Ann. 29. p. 199.

Nunc tandem ad Fleckum nostrum redeamus, Monasticæ quidem Professionis hominem, (ait HVNNIVS,) sed qui nullam in omni vita Missam celebrauit: fortè quod esset *Theologus Poëticus & Sacerdos non vnctus, nec consecratus*, qualis ille Islebiensis IOHANNES AGRICOLA, socius & amicus LVTHERI. Is tam Authenticus scilicet vates, quid ominis de LVTHERO? *Ab hoc albo monte totum orbem Christianum sapientiam esse mutuaturum.* Miserum certè orbem, qui ad hæc vsque tempora stultitiæ mancipatus fuit, donec effœta iam natura, & labascentibus Elementis, nutanteque ad ruinam vniuerso, sera hæc Saxoniæ facula orta est, quæ mani-

pulum

pulum vnum atque alterum hominum ad ſalutis viam deduceret, reliquis in Orco innumerabili multitudine boantibus ac ſtridentibus. Apage nugas nugerrimas.

Nil credo auguribus, qui aures verbis diuitant Actius
Alienas: ſuas vt auro locupletent domos.

Alter teſtis eſt *Martinus Bollichius Mellerſtadius*, cuius ego præter *curſum Logicum* non admodum magna trophæa vidi, quamuis *Hunnio* lumen mundi dicatur. Is ipſe fortuitam de Lutheri petulantia vocem emittens, *Hunnio* vaticinari videtur. Cum enim *in publica diſputatione, multò ante quam mutatio Religionis inciderat, Lutherum Principia Scholaſticæ Theologiæ* (rectius diceret Phantaſmata ſua, cum nullus vnquã Scholaſticus tale principium poſuerit) *oppugnantem audiret, & demonſtrantem, quod ſcripta Prophetarum & Apoſtolorum, omni Theologiæ Thomæ Scoti, Alberti, & aliorum eiuſdem farinæ Scholaſticorum longiſſimè ſint præferenda: in menſa*, loco Vaticiniis valdè opportuno, in hanc vocem erupit: *Hic Monachus vniuerſam Eccleſiæ Romanæ reformabit doctrinam. Nam inſiſtit* (verbotenus ſcilicet, reipſa reſiſtit) *Scripturæ Prophetarum & Apoſtolorum, &cæt.* Pollichij vaticiniũ excutitur.

Hoc p̃ſagiũ Pollichij cũ partim manifeſto errore nitat̃, partim rudi ſimplicitate, miror id nobis teſtimonij loco ab Hunio opponi.

Scholastici nunquam suam Theologiā Scripturis S. antepofuerunt.

Primum enim quod ait, *Lutherum contra principia Scholasticorum demonstrasse, Prophetarum & Apostolorum scripta omnibus scholasticis longissimè praeferenda*, profectò ridicula disputatio est, sine omni aduersario, solis forte laruis reluctantibus. Quis enim vnquam Scholasticus contrarium defendit aut asseruit, Theologiam Scholasticorū scriptis Propheticis & Apostolicis non postponēdā, sed præferendam? Inter quas duas contradictorias necesse est disputationem intercessisse. Nominet ergo Hunnius, si vir est, tales Lutheri Antagonistas, & vicerit. Nos Scholasticis ratum inuenimus illud S. Augustini ad

distinct. 9. C.V. Ego Solis.

Hieroyinum Epist. 19. *Ego solis eis scriptoribus, qui iam Canonici appellātur, didici hunc timorem, honoremq; deferre, vt nullum eorū scribendo errasse audeam credere, ac si aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud quàm vel mendosum esse codicem, vel interpretem non assecutum esse, quod dictū est, vel me minimè intellexisse, non ambigam. Alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate, doctrinaq; polleant, non ideò verum putem, quia ipsi ita senserunt sed quia mihi per alios auctores, vel canonicas, vel probabiles rationes, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt.*

Distinct. 9. cap 8. quis nesciat.

Et illud alterum eiusdem *lib. 2. de Baptismo contra Donatistas c. 3. Quis nesciat S. scripturā canonicam tam Veteris, quā Noui Testamenti certis suis terminis contineri, eamq; omnib. posteriori-*

rioribus Episcoporum litteris ita præponi, vt de illa omninò dubitari & disceptari non possit, vtrū verum, vel vtrū rectum sit, quidquid in ea scriptum esse constiterit? Episcoporum autem literas, quæ post confirmatum canonem vel scripta sunt, vel scribuntur, & per sermonem fortè sapientiorem cuiuslibet in ea re peritioris, & per aliorum Episcoporum grauiorem auctoritatem, doctioremq́; prudentiam, & per Concilia licere reprehendi, si quid in eis fortè à Veritate deuiatū est? Confer Epist. III. ad Fortunatian.

Quam Scholasticorum sententiam fuisse, si quis dubitat, consulat D. Thomam Aquinatem *1. 1. quæst. 1. art. 5. & 2. 2. q. 110. art. 3. & super epist. ad Rō. lect. 2. & super 2. ad Timoth 3.* S. Bonauenturam *in Prolog. in 3. diætam salutis de præcep. & c. 17. & part. 2. de sublim. Scripturæ.* Nicolaum Lyran. *Prolog. in S. Bibl. & Præf. in Tobiam.* Durandum à S. Portiano *Præf. in lib. sentent.* Iohan. de Turre cremata *Tract. 41. in regul. D. Benedicti.* Ioh. Trithem. *Homil. 4.* Concil. Trid. *Seß. 3.* Melchiorem Canum de locis Theolog. *lib. 2. c. 1.* Robert. Bellarm. *lib. 1 de Verbo Dei c. 1. & lib. 3. de Verbo Dei cap. 10.* Quamobrem qui rectè de præsenti quæstione statuere cupit, sciat calumniam hanc non Veritati, sed mendaciis Lutheri asscribendam, qui & aliâs inuerecundè mentiri non erubuit, *Papam Sacram Scripturam in cœno & puluere sepeliisse, doctrinamq́; Christianā penè integram deleuisse.* Qua de re alibi constituimus

Luther. de Concil. & Eccles.

tuimus dicere. Nunc illud addamus, nouum Luthero non esse, Theologiam Scholasticã eiusq; Professores odiose traducere: quẽadmodũ eius rei illustre specimen edidit Anno XXI. *in fine libri contra Iacob. Latomum. Ex iis*, inquit, *puto satis monstratum, Theologiam Scholasticam esse aliud nihil, quam ignorãtiam veritatis & scandalum iuxta scripturas positum. Meum verò consilium dixi, vt adolescens vitet Philosophiam & Theologiam scholasticam, vt mortem animæ suæ.* Thomas *multa hæretica scripsit, & autor est regnantis Aristotelis, Vastatoris piæ doctrinæ. Quid ad me, quod Bullarum Episcopus eum canonizauit? Ideo meo consilio qui volet, cautus sit, facio quod debeo, & iterum moneo cum Apostolo: Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam, & inanem fallaciam (hanc ego Scholasticã Theologiam interpretor * fortiter & cum fiducia) secundum traditiones hominum, secundum elementa huius mundi (hæc sunt Iura Bullarum, & quicquid vltra scripturas statutum est in Ecclesia) & non secundum Christum.*

Lutherus hostis Theolog. scholasticæ.

* At falsus & imperitus interpres es.

Cuius odij causam dum mecũ perpendo, succurrit *Alexandri* stratagema, qui cum pro insatiabili sua cupiditate *Atheniensibus* inhiaret, eorum verò Peroratores *Demosthenem* & *Charidemum* potiri non posset, missis ad eos legatis postulauit, vt istos sibi dederent. *Demosthenes* fraudẽ subolfaciẽs, prodijt in concionem, & *Æsopi* fabulam recitauit. Quan-

Plutarch. in Vita Demosthen.

Quando olim Lupi oues bello infestabant, ouib. aũt subsidio venientes Canes, Lupos à stabulis & præsepib. arcebãt, lupi ab ouib. p legatos canũ deditionẽ flagitarunt: q̃ stultitiæ obsecutæ, suoq́; incogitanter p̄sidio orbatę, luporũ postea dentib. patentes interierunt. Eadem cupiditate *Lutherus* Catholicorũ saluti insidians, q̃a nullũ sibi grauius obstaculum *Scholastica Theologia* persentisset, q̃ aculeis suis facilè quorumuis hæreticorum technas & sophismata penetrat & compungit, ipse viam conatibus suis planiorem straturus, vndiq; conquisitis mẽdacijs & subornatis fraudib. in odium rapere Scholasticos conatur, quò manib. hominum ipsorum tela excussa, liberaret patentia hęreticorum mucronib. pectora eorundẽ relinquant. Sed nõ ita stultæ oues sumus, magis amamus salutẽ, magis præsidia canum nostrorũ diligimus, quam vt leui cauillo eorum penes nos authoritatem patiamur vilescere. **Cur oderit Lutherus Scholasticam Theologiam.**

Alter *Pollichiani* testimonij defectus, est rudis quædã simplicitas, q̃ fucum scripturarum *Luthero* & oib. hæreticis vsitatissimũ, verum & salutarẽ scripturæ interpretationẽ existimat. Qua fallendi illecebra si quis vnquam, certè *Lutherus* valuit, qui in omnibus suis sermonibus, concionibus, scriptis, disputationibus, nil nisi meras scripturas crepat, easq́; à Catholicis sepultas, sua iterum opera è tenebris in lucẽ reuocatas gloriatur. **Pollichij simplicitas.**

Quam eius iactantiam priusquam demonstrare incipiam, placet aureis *Vincentii Lirinensis* verbis Lectorem præmunire, qui hanc hæreticorum decipulam ita graphicè depingit, vt à nullo melius depingi possit. *Fortasse*, inquit, *aliquis interroget, an & hæretici diuinæ scripturæ testimoniis vtantur? Vtuntur planè, & vehementer quidem: nam videas eos volare per singula quæque sanctæ legis volumina: per Moysi, per Regum libros, per Psalmos, per Apostolos, per Euangelia, per Prophetas. Siue enim apud suos, siue alienos: siue priuatim: siue publicè, siue in sermonibus, siue libris, siue in cõuiuiis, siue in plateis nihil vnquam penè de suo proferunt, quod non etiam Scripturæ verbis adumbrare conentur. Lege Pauli Samozateni opuscula, Priscilliani, Eunomii, Iouiniani, reliquarumq́ pestium: cernas infinitam exemplorum congeriem, prope nullam omitti paginam, quæ non Noui aut Veteris Testamenti sententiis fucata & colorata sit. Sed tanto magis cauendi & pertimescendi sunt, quanto occultius sub diuinæ legis vmbraculis latitant. Sciunt enim fœtores suos nulli ferè cito esse placituros, si nudi & simplices exhalentur: atque idcirco eos cœlestis eloquii velut quodam aromate aspergunt, vt ille qui humanum facilè despiceret errorem, diuina non facilè contemnat oracula. Itaq; faciunt quod hi solent, qui paruulis austera quadam temperaturi pocula, prius ora melle circumliniunt: vt incauta ætas cum dulcedinem præ-*

Vincẽt. in com. c. 35.

Hæreticis solẽne scripturas iactitare.

Elegans similitudo.

præsenserit, amaritudinem nõ reformidet. Quod etiam iis curæ est, qui mala gramina & noxios succos, medicaminum vocabulis præcolorant: vt nemo fere vbi suprascriptum legerit remediũ, suspicetur venenum.

Et cap. seq. *Item deniq; & Saluator clamabat. Attendite vobis a Pseudoprophetis, qui veniunt ad vos in vestitu ouium, ab intus autem sunt lupi rapaces. Quid est vestitus ouium, nisi Prophetarum & Apostolorum præloquia: quæ iidem, ouili quadam sinceritate agno illi immaculato, qui tollit peccatum mundi, tanquam vellera quædam texuerunt? Qui sunt lupi rapaces? nisi sensus hæreticorum feri, & rapidi, qui caulas Ecclesiæ semper infestant, & gregem Christi quaquà possunt, dilacerant? Sed vt fallacius incautis ouibus obrepant, manente luporum ferocia, deponunt lupinam speciem, & sese diuinæ Legis sententiis velut quibusdam velleribus obuoluunt: vt cum quisq; lanarum mollitiem persenserit, nequaquam aculeos dentium pertimescat.* Vestitus Prophetarum.

Hæc iam Lutheri exemplis declaremus. Anno 17. in Actis August. scribit, *Legatum Apostolicum Thomam Caietanum*, qui ex mãdato Pontificis cum eo Colloquiũ instituerat, *nullam ex sacris literis syllabam produxisse vnquam, nec potuisse etiam, si quam maximè voluisset.* Lutherus in iactandis scripturis, quàm creber & superciliosus.

Quin potius se scripturas allegante, Legatum de corde suo effinxisse, glossas, iuxta longam Ro-

manæ Curiæ consuetudinem, quã relictis sacris literis, & acceptis traditionibus, verbisq; hominum factum sit, vt Ecclesia Christi non mensura tritici pascatur, nec verbo Christi: sed non raro temeritate & voluntate alicuius indoctissimi adulatoris regatur, & eo profecerit nostræ infelicitatis magnitudo, vt ad reuocationem & abnegationem fidei Christianæ, & sacratissimæ Scripturæ incipiant compellere.

Anno 19. Epist. ad Leonem X. *Leges*, inquit, *interpretandi verbi Dei non patior, cum oporteat verbum Dei esse non alligatum, quod libertatem docet omnium aliorum.* Quasi verò recta sanaq; interpretatio non explicet verbũ Dei sed liget. *De intelligentia enim hæresis, non de scriptura est. Sensus & non sermo fit crimen*, ait S. Hilarius lib. 2. de Trinit. Et D. August. Epist. 222. ad Consent. *Intellectum valdè ama: quia & ipsa Scriptura sancta, quæ magnarum rerum ante intelligentiam suadent fidem, nisi eas rectè intelligas, vtiles tibi esse non possunt. Omnes enim hæretici, qui eas in auctoritate recipiunt, ipsas sibi videntur sectari, cum suos potius sectentur errores, ac per hoc non quod eas contemnant, sed quod non intelligant, hæretici sunt.*

Iterum Epist. ad Carolum V. Imperatorẽ. *Testor mea conscientia, ac optimorum virorum iudicio, quod non nisi Euangelicam veritatem studui euulgare, aduersus superstitiosas humanæ traditionis opiniones. Propter quam tertius iam finitur fermè annus, ex quo patior sine fine iras,*

iras, contumelias, pericula, & quicquid possunt mali excogitare.

Anno 20. libr. German. quam inscripsit, *Fundamentum & ratio* omnium articulorum Doctoris Martini Lutheri, qui per Romanam Bullam iniustè, damnati sunt. *Non dico* (inquit) *me Prophetam esse. Dico autem eis eo magis timendum esse, quod sim Propheta, quo plus me contemnunt, ac se ipsos æstimant. Si non sum Propheta, attamen certus sum pro me ipso, verbum Dei esse apud me, & non apud eos. Ego enim scripturam pro me habeo, & ipsi solummodo doctrinam suam propriam.*

Anno 21. in *Comitiis VVormatiensibus*, cum in conspectu Cæsaris errores disseminatos reuocare iuberetur; *Nisi* inquit *cõuictus fuero testimoniis Scripturarum, aut ratione euidẽti (nam neq; Papæ, neq; Conciliis solis credo, cum constet eos & errasse sæpius, & sibi ipsis contradixisse) victus sum scripturis à me adductis, & capta conscientia in verbis Dei, reuocare neq; possum, neq; volo quicquã, cum contra conscientiã agere neq; tutũ neq; integrum sit.* Cui præclarè Orator Cæsaris, *Ioannes ab Ek* Officialis Generalis Archiepiscopi Treuirensis nomine totius consessus respondit. *At tu quæ vniuersale Constantiense Conciliũ dãnauit, ex vniuersa Germanica Natione cõgregatũ, resuscitas, & per scripturã conuinci vis: In quo sane vehemẽter deliras. Quid enim attinet nouã disputationẽ celebrare*

Lutherus VVormatiæ à diuersis fideliter monitus.

Cochl. in Act. p. 34.

celebrare, de rebus per tot ſecula ab Eccleſia & Concilio damnatis. Et poſtea iterum *Hieronymus Veus* Cancellarius Badenſis in priuato delectorum Principum conſeſſu, longa eum Oratione hortatus eſt, ne ſuo ſenſui innixus, in propoſito ſuo perſeueraret, neue Concilia ita criminaretur & reiiceret, vt corã Cæſarea Maieſtate fecerat. *Concilia enim non cõtraria, vt ipſe illis imputaſſet, ſtatuiſſe, ſed diuerſa, pro diuerſitate perſonarum, temporum, & locorum. Ex Conciliis autem plurima eueniſſe bona, opus eſſe legibus humanis, precauenda eſſe ſchiſmatum ſcandala, ne diſſuatur inconſutilis tunica Chriſti, &c.* Quibus auditis *Lutherus* reſpondit, *ſe non omnia reprehendiſſe Concilia, ſed tantum Conſtantienſe, &c. Scire item, cedendum proprio ſenſu, tantum petere ſe, ne adigatur verbum Dei negare, cætera omnia obedientiſſimè ſe præſtiturum.* Quaſi vero hunc furciferum quiſquam ad negandum Verbũ Dei, & non potius ad eiurandos grauiſſimos errores, quos ſub prætextu & falſa applicatione ſcripturæ in vulgus ſpargebat, hortatus ſit.

Iterum Anno 22. lib. cont. Henricum Regem Angliæ. *Ego vero* inquit *aduerſus dicta Patrum, hominum, Angelorum, dæmonum, pono non antiquum vſum, non multitudinem hominum, ſed vnius Maieſtatis æternæ Verbum**, *Euangelion, quod ipſimet coguntur probare. Hic ſto, hic ſedeo, hic maneo, hic glorior, hic triumpho-*

*A me in ſenſus meos flexum, & detortũ.

pho, hic insulto Papistis, Thomistis, Henricistis, Sophistis, & omnibus portis inferi, nedum dictis hominum, quantumlibet Sanctorum, aut consuetudini fallaci; Dei verbum est super omnia: Diuina Maiestas mecum facit, vt nihil curem, si mille Augustini, mille Cypriani, mille Ecclesiæ Henricianæ, contra me starent. Deus errare & fallere non potest: Augustinus & Cyprianus, sicut omnes electi, errare potuerunt. & errauerunt.

Anno 26. in *Comitiis Spirensibus* equites & stabularii Principum protestantium quasi tesseram suæ fidei gerebant in dextera manica, has literas. V.D.M.I.Æ. i. Verbū Domini manet in æternum: tanq̃ quæstio de verbo Dei, & non de corruptelis Lutheri esset. Cochl. in Act. p. 148

Anno 27. in libro quod verba adhuc firmiter stent. *Nunc temporibus nostris*, inquit, *quum videremus scripturam sub scamno iacere, ac Diabolum mero stramine ac fœno humanorum præceptorum nos tenere captiuos atq; illudere: Voluimus per gratiam Dei huic rei consulere: & profecto cum ingenti ac difficili labore reduximus in lucem scripturã, humanisq; præceptis valediximus, nosq; liberos fecimus, & diabolum effugimus, quamuis egregie restiterit atque adhuc resistat.*

Denique Anno 45. LXXV. Proposit. con. Louanienses. *Quicquid in Ecclesia Dei docetur sine verbo, mendacium & impietas est. Si idem pro articulis fidei statuitur, impietas & hæresis est. Cui si quis credit, idololatra, Diabolum*

pro

pro Deo colit. Sed vt huic imani iactantię breuiter occurramus, audiat veterator à nobis, quod ipse Anno 28. Anabaptistis manifestæ pædobaptismi scripturam postulantibus responsum dedit. *Quot paruuli credant, nullo scripturæ loco demonstrare possumus, qui clarè his aut similibus verbis dicat:* Paruulos baptizate, nam & ipsi credunt. *Si quis nos vrgeat ad demonstrandam eiusmodi literam, huic nos cedere oportet, & victoriam dare, nusquam scriptam inuenimus. Boni autem & ratione præditi Christiani, tale à nobis nō exigunt: Contentiosi & ceruiciosi sectarum duces, id faciunt. At contra, neque ipsi vllam afferent literam, quæ dicat:* Adultos baptizate, & nullos paruulos. O quam sæpe Catholicis liceat, hoc verum responsum in ceruicosum Lutherum retorquere!

Confutatur iactātia Lutheri, de solis scripturis audiendis.

NB.

Sed & alii iampridem ferocientē Lutherum hoc frœno domuerunt. *Erasmus in Diatriba* de libero arbitrio. *Fateor par esse, vt sola diuinæ scripturæ autoritas superet omnia mortalium omnium suffragia. Verum hic de scripturis non est controuersia, vtraque pars eandem scripturam amplectitur ac veneratur: De sensu scripturæ pugna est. In cuius interpretatione, si quid tribuitur ingenio & eruditioni, quid Græcorum ingeniis acutius aut perspicacius? Quid in literis sacris exercitatius? Nec Latinis defuit ingenium, nec literarum sacrarum peritia, qui si naturæ felicitate cesserunt*

Nō de scriptura, sed de sensu pugnatur.

runt Græcis, certe monumentis illorum adiuti, potuerunt Græcorum industriam æquare. Quod si in hoc iudicio magis spectatur vitæ sanctimonia, quam eruditio, vides, quales viros habeat hæc pars, quæ statuit liberum arbitrium: facessat odiosa (quod aiunt Iureconsulti) comparatio. Nolim enim quosdam istos noui Euangelii precones cum veteribus illis conferre.

Et paulo ante: *Si Lector viderit meæ disputationis apparatum ex æquo pugnare cum parte diuersa, tum illud secum expendat, vtrum plus tribuendum esse iudicet, tot eruditorum, tot orthodoxorũ, tot Sanctorum, tot Martyrum, tot veterum ac recentium Theologorum: tot Academiarum, tot Conciliorum, tot Episcoporum, & summorum Pontificum præiudiciis: an vnius aut alterius priuato iudicio.*

Tertius testis superest *Ioannes Staupitius* Augustiniani Ordinis Eremitarum Generalis per Germaniam Vicarius, primæque Lutheri contra Indulgentias rebellionis soci⁹. Quo nomine tanto minus ad dicendum cõtra nos testimonium aptus esse potest. *Testis n. soci⁹ criminis regulariter nõ admittitur*, quẽadmodũ supra dixim⁹. Ridicula igitur Hunnii Apodioxis, cum ait: *De cuius viri laudibus differere temporis angustia prohibet: Satis est indicasse, quod è tenebris refulgentem Euangelii veritatem suo calculo comprobauit.* Perinde enim est, ac si diceret, satis est indicasse hunc nostræ factionis hominem stultè à nobis ad di-

Staupitii Testimonium pro Luthero excutitur.

ad dicendum teſtimonium produci, cum ei' verba tanquam ſuſpecti teſtis apud aduerſam partem nullam fidem mereantur. Interim augurium eius tale eſt, vt quanquã nullis rationibus ſubnixum, ſine damno à nobis admitti queat. Verè enim, quod ait, mira omnium rerum conuerſio per Lutherum inuecta eſt, tanti labores creati Pontificib. Imperatoribus, Principibus, vt nunquam tantas Reipublicæ turbas *Catilina*, tantas Philoſophiæ *Arceſilas* attulerit, quantas religioni Chriſtianæ *Lutherus*, expungens fidem, eradicans charitatem, pietati necem afferens, bella & ſeditiones vndiq; diſſeminans, fœdera rumpens, deniq; ſupera inferis, quadrata rotundis permutans. Qua in re ita Deus opera Lutheri vſus eſt, quemadmodum olim virga *Aſſuris* aut *Nebucadnezaris* ad caſtigationem Iudæorum vſus legitur, cædens quidem filios ferula, ſed poſt ſumptam vindictam faſces in focum coniiciens. Cęterum de coacto Lutheri arrogantiſſimi hominis Doctoratu quæ ſcribit, vix fidem faciunt, quanquam idipſum eundem ſcribere meminimus: *Gloſſa ſuper edictum Cæſareum*, vbi ſub finem ſic inquit: *Ego Doctor Martinus vocatus atque coactus in hoc fui, vt fierem Doctor, abſque mea voluntate, ex mera obedientia. Ibi oportuit me Doctoris officium ſuſcipere, & chariſſimæ meæ Scripturæ ſacræ iurare ac vouere, vt ipſam fideliter ac pure prædicarem ac docerem.*

Lutherus ferula Dei, ſicut Aſſur

Doctoratus Lutheri coactus.

cerem. Inter docendum ergò cecidit mihi in viã Papatus, voluitq; me prohibere: Id successit ei, sicut præ oculis est, & adhuc semper peius succedet. Ego in Dei nomine atq; vocatione super Leonem & serpentem ambulabo, & super catulis leonis atq; draconis calcabo, idq; in vita mea debet inceptum, & post mortem meam perfectum esse. Credibilius illud est, quod memoriæ cõmendauit *Cochlæus* * *in Actis*: sumptus Doctorales Lutheri ex pecunia, nescio cuius Matronæ Vicarii fraude interuersa, factos esse. Quandoquidem illa certam pecuniæ summam, pro alterius fratris ad Doctoratũ promouendi subsidio, deputauerat *Nurenbergæ*. Vnde factum est, vt frater ille, fraude intellecta, & pecunia illa sibi prærepta, præ dolore & indignatione aufugerit occultè: vt nemo adhuc hodie sciat, quonam peruenerit. *Anno. 17. p. 2.

Sed quocunq; titulo, quocunque merito Lutherus Doctoratum nactus sit, nostra nihil interest, cum hoc præsidio, vt infra demonstrabimus, nihilo ad sacrilegam innouationem factus sit instructior.

IX.


ÆGIDIVS HVNNIVS.

Sic ergo à probatißimis hisce viris & purioris doctrinæ amantibus, sub diuersis officiis, primum velut ortum cepit hæc Aca-

*demia, vt ex flore potuerit æstimari, quid ab ea fructuum olim expectandum foret: præsertim quod iam tum ex hac omnis literaturæ officina, velut ex equo Troiano homines * prodibant, disciplinarum omnium studiis insigniter exculti, qui & in Ecclesiastico regimine, & in politica gubernatione fructus incredibiles ad bene beateq; viuendum hominibus afferrent: quos nominare saltem & numerare, foret operosum nimis & prolixum.*

*Quorum facile Princeps fuit D. Faust. seculi nostri Archimagus.

CONFVTATIO.



Q VAM probatos, quamq; puræ doctrinę amantes viros in medium produxerit Hunnius, iã vidimus, neq; his opus nunc prolixius immorari. Quos vero fructus eorum ministerio deinceps Academia VVittenbergensis orbi Christiano attulerit, infra suo loco separatim enarrabimus. Nunc quod copiam quandam Doctorum ex isto ludo tanquam ex equo Troiano prodeuntium audio, neq; affirmare neq; negare possum, quia nescio. Qualescunq; prodierint, si hæretica lepra affecti fuerunt, nobis id satis ad detestandum esse debet. Interim hoc inuenio, *omnes scholas tum vniuersales tum particulares vt vocantur, per Lutheri Euan-*

Cochl. in Act. Anno 24. p. 101.

Euangelium in Germania mirificè euacuatas esse, ac fœda solitudine ingens vbiq; vrbibus dedecus peperisse, vt hoc nomine pessime Lutherani audire cœperint. Quorum nonnulli eò dementiæ prolapsi fuerant, vt vellent, solum Hebraica Germanicaque lingua vtendum esse, eliminatis Græcis & Latinis. Quidam verò & illas contemnebant, afflatum S. Spiritus sibi arrogantes: Ad quam inuidiam à se suisq; amoliendam *Lutherus* Germanicum librum edidit, *ad omnes Senatores omnium Germaniæ Ciuitatum pro erigendis scholis Christianis.* In quo hoc vnice operam dat, vt tanquam noctua ad aucupia pubis, Catholicarum scholarum tubera, & suarum fucos exaggeret. Solitudo in scholis ob Luheri Euangel.

Inuenio & illud, Catholicos Principes eodem Anno *Ratisbonensibus Comitiis* inter alia multa insigni prouidentia & seueritate constituisse *vt filii subditorum suorum, qui VVittenbergæ literis operam darent, intra tres menses inde auocarentur, & studendi gratia illuc non redirent, sub pœna amissionis omnium beneficiorum & hæreditatum: Nec ad vllum deinceps beneficium Ecclesiasticum, in terris suis vllum VVittenbergæ studentem admitterent, neq; in Gymnasiis suis vlli lectioni præficerent.* Coch. in Act p. 98. Edicta Principũ aduersus scholares VVittenb.

Quod ipsum decennio post Serenissimus Poloniæ Rex *Sigismundus* imitatus est, acri ꝓmulgato edicto, quo & reuocabat eos Polonos, qui VVittenbergæ cõmemorabant, Cochl. in Act. Anno 34. p. 282.

Edictum Sigismundi Regis.

& prohibeat aliis, ne deinceps eo studiorum gratia proficiscerentur. Sic autem ait. *Audimus permultos esse in regno nostro factiosos, & nouandarum rerum cupidos homines, qui sectas ab orthodoxis patribus in vniuersalibus Conciliis reprobatas, non in occulto solum sectantur: sed & publice profitentur & disseminant; non sine contemptu piarum sanctionum, à sancta Catholica Ecclesia institutarum & receptarum, atque edictorum nostrorum. Esse item non paucos, qui liberos, propinquos & affines suos,* Wittenbergam *mittant, vt illic mox ab ineunte ætate, priusquam nouerint malum à bono discernere, pestifera dogmata, ab ipso Luthero (qui horum malorum caput est:) imbibant, & postea in regno nostro diffundant & propagent. Quæ res quam feliciter vicinis circumcirca regionibus ceciderit, nemini obscurum est. Videmus enim luce meridiana clarius, quantæ seditiones, quantæ cædes, bonorum direptiones, & quanta rerum omnium perturbatio, quanta pietatis ruina, quanta denique honestatis euersio ex his initiis excitata sit. Quam nō potuerit hactenus pestis hæc semel in hominum animis radicata, extirpari quamuis multis in id incumbentibus. Quod n[e] nobis quoque & subditis nostris vnquam vsu ve[]niret, cauimus aliquoties edictis nostris, grauib[us] pœnis in transgressores cōstitutis.* Et infra. *Quo[d] attinet ad eos, qui apud Lutherum, vel quo[s]cunque alios factionum istarum Principes vitam degunt, iis omnem aditum ad quasuis dignita[]tes*

tes & Magistratus precludemus in posterum.

Horum Edictorum æquitatem non est quod longè accersamus. Disertè tradit Apostolus 2. Thes. 3. v. 6. *Præcipimus vobis in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt recedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinatè, & non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis.* Et ad Tit. 3. v. 10. *Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita: Sciens quia subuersus est eiusmodi, & delinquit, cum sit proprio Iudicio condemnatus.* Causa Edictorum.

X.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

Porrò sicut in Parabola Saluatoris Ecclesiæ conditio assimilatur grano sinapis, quod etsi minimum est omnium seminum: tamen in terram iactum succrescit, & fit maius cæteris oleribus, adeò quidem vt volucres sub ramis eius nidulentur: sic idem ad vnguem in Academiæ nostræ incrementis cernere promptum est. Nam à tenuibus initiis cœpta, mox felicissimis augmentis omnium spem & exspectationem anteuertit: euocato nimirum ex Erphordiana Academia, Luthero, *ex Tubingensi porro* Philippo Melanchtone.

*Sub quorum ſanctis & indefeſſis, tametſi diſtinctis, ſuo tamen modo coniunctis operis & laboribus, incredibile eſt, quantum paucorum annorum ſpatio creuerit, & in quantam ſe diffuderit amplitudinem, vt eius fama non Saxoniæ limitibus, non Germaniæ terminis, non Europæ finibus clauderetur, ſed vniuerſum Chriſtianum orbem peruagaretur, imo ad aſtra cælorum * vſque pertingeret: dum & ſacroſancta Theologia priſtrinum ſuum adepta decus, ex horrendis erroribus regni Pontificii paulatim ad primæuam illam ac natiuam primitiuæ Eccleſiæ Apoſtolicæ faciem * longe nitiſſimam reuocaretur: Et Philoſophia pariter omnis ab inculta barbarie ſuperiorum temporum vindicata in clariſſimam lucem emergeret.*

* Horrenda Auxeſis ſed tota falſa.

* Videbimus proximè infra hunc Lutheranæ Theologię primęuum Apoſtolicum nitorem.

CONFVTATIO.



MNIVM rerum *Principia parua eſſe, ſed ſuis progreſſibus vſu augeri*, iam dudum Cicero *in finibus* nos docuit. Itaque quod idem de Academia ſua *Hunnius* pronunciat, facilè adducor vt credam. Verum quod de Sinapi adfert, mallem illis ſimilitudinib. Apoſtolicis permutaſſet: *Sermo he-*

Lib. 5. de finib.

mo hæreticorum serpit vt cancer. Et illa altera. *Modicũ fermentum totam massam corrumpit.* Deniq; illa S. Iaco. *Ecce quantus ignis quã magnam syluam incendit? & lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis.* Vnde profectũ illud Hieronymi in Epist. ad Gal. cap. 5. *Arrius in Alexandria vna scintilla fuit, sed quia non statim oppressa est, totum orbem, eius flamma populata est.* Sane nouimus & nos, quam leuiter ac tenuiter Principio *Lutherus* hoc infaustum opus innouationis quasi extremis tantum digitis aggressus sit, initio facto à carpẽdis quibusdã abusibus, postea ad fidem quoq; & authoritatem Romanæ Ecclesiæ labefactandam progressus, atque indies tanq̃ pestis latius serpens, donec rem in tam tristem faciẽ, qua nũc est, perduxit. Extat hac de re grauis & seria quærela Illustriss. ac Generos. Principis *D. Georgii Saxoniæ Ducis* ad Henricum Angliæ Regem. *Statim,* inquit *sensi, quid homo factiosus moliretur, & quorsum se tandem, si non obsisteretur, prorepturus esset. Nam cũ videret omnibus bonis hoc vnicè in votis esse, vt Ecclesiastici quidam abusus ad pristinæ religionis seueritatem corrigerentur, hac velut persona tectus magno spectatorũ plausu, in orbis pene vniuersi Theatro, Tragœdiæ suæ principiũ dedit. Verũ haud ita multo post cũ ea cõuellere tẽtaret, quæ ne moueri quidẽ, religione nostra salua, tutò possunt. Prudentes viri facile sub pelle ouina latere vulpẽ deprehenderunt, Iam verò posteaquã*

2. Tim. 2. v. 17.
1. Cor. 5. v. 6
Iaco. 3. v. 5.
24. q. 3. c. resecandæ.

Quam leuiter Lutherus suã hæresin fundere cœpit.

Cochl. in Act. Anno 23. p. 71.

inaudita hominis istius audacia eo profecit, vt non modo mediocres viros, eruditionis pariter & integritatis opinione celebres, petulanti calamo inuaderet: Verum etiam, quod nemo facilè expectasset, in Angliæ Regem, omnium humanorum ornamentorum laude spectatissimum, maledicentiæ suæ frenos laxaret, certissima tum perfectæ frontis, tum malitiosæ mentis argumenta omnia de se dedit.

Non minus *Erasmus* pleniore sua de libero arbitrio responsione: *Profitebatur* (inquit) *Lutherus, sese Ecclesiæ collapsos mores, ac nonnulla dogmata magis ad commoditates hominũ, quam Christi gloriam facientia, reuocaturum ad synceritatem. Hoc negotium iam olim suspirabant optimi quiq;: sed quoniam perspiciebant, nisi Deus afflasset animos Principum, sine graui publicæ tranquillitatis concussione tentari non posse: optabant potius, quam sperabant. Quod summo quidem orbis applausu Lutherus aggressus est, sed ita se gessit, quasi seditionem, quam in primis vitatam oportuit, affectasse videatur.*

Nomen Lutheri execrabile

Et infra. *Promittit sibi mirificam apud posteros memoriam. At ego potius auguror futurũ, vt nullum nomen sub sole fuerit vnquam execrabilius Lutheri nomine, & apud Papistas, & apud Antipapistas. Mundi Principes, huic mundo deditos irritauit, causã emẽdandæ disciplinæ Ecclesiasticæ, cui fauebant optimi quiq;, sic exulcerauit, vt & aduersariorum vires auxerit, & malum reddiderit immedicabile. Quod ni*

DEVS

DEVS velut è machina succurrerit, nunquam sopietur, nisi maxima Christiani sanguinis effusione. Primitias iam vidimus in rusticis. Et hoc statu rerum ille ludit dicteriis, in quos lubitum est.

Audis HVNNI, quale granum Sinapis seuerit LVTHERVS vester? quales sub ramis eius aues nidulentur? rauca scilicet illa Martis cornua, horrisonæ tubæ, fulgurantes bombardæ, præpilatæ hastæ, cruentæ manus, diræ militum harpyæ, deniq; totum illud in auspicatiorum volucrum genus, *Struthio, noctua, Larus, accipiter, mergulus, ibis, onocrotalus, Porphyrio, Erodius, charadrius, vpupa, vespertilio*, & ne regem tanti exercitus omittam: Sub Sinapi Lutheri q̃ aues nidulentur. Leuit. 11.16

Ignauus bubo, dirum mortalibus omen. 8. Metamorph.

Hæ sunt oscines quinti Euangelii, tot iam annos Galliæ, Belgijque proceribus distinctis quasi choris fritilantes, trutilantes, ac minurientes, vt nil magis quã Sinapis istius eradicationem optimi quique videantur optaturi.

Reliqua quæ hic iterum Declamator de amplitudine Academiæ Wittenbergensis, de prælustri eius per omnes orbis oras ad sydera vsque fama, de Theologiæ ac Philosophiæ ex pristinis sordibus & erroribus repurgatione attexit, verba mera esse Lector meminerit, planè contrario intellectu accipienda,

pienda, nisi mendacij culpam authori passu-
rus sit irrogari.

Philip. Melăchtonis parca apud Hunnium mentio, quare,

Vnum est quod hic summopere mecum
miror, cur tam verbosa oratione tam parc
PHILIPPI MELANCHTONIS, Phœnic
scilicet Germaniæ, & fidissimi LVTHER
Achatis, mentio fiat, quem ipse Lutheru
non solum omnium studiorum & Consilio-
rum socium habuit, verum etiam tanti fecit
vt *locos ipsius Theologicos, inuictum libellum*
immortalitate, imo canone quoq; Ecclesiastico di-
gnum iudicarit. Quem etiam nos præcipuum
maiorum vestrorum Mercurium, & fabrum
ipsius Augustanæ confessionis atque Apo-
logiæ architectum nouimus. Quamobrem
tam altum de eo silentium singularis cuius-
dam ingratitudinis nota videtur. Sed sci
vnde hæ lachrymæ? PHILIPPVS pro mor
nouæ istius arundineæ fidei pristinis placiti
damnatis, tandem *Caluinista* factus, è libro
viuentium expungi meruit. Idque magis
etiam, quod & olim in Comitijs Augusta-
nis, & Anno XXXVII. in *Schmalcaldico-*
rum articulorum subscripsione, quos non nisi
magna cum limitatione comprobauit, Ca-
tholicis æquior, & Episcopis Pontificique
Ecclesiasticam Iurisdictionem relinquens
maximo se omnium odio onerauit: cla-
mantibus passim collegis: *O quantum mu-*
tatus ab illo!

lib. de seru. arbit. cont. Erasm.

Schluss. l. 3. Theolog. Caluinist. f. 2. & 12.

Tom. 6. Ienens. fol. 522. a.

Sed & PHILIPPVS nouerit, hāc dignam
persi-

perfidorum mercedem esse, vt qui ruptis Domini præsepibus ad noua subinde pascua excurrunt, tanquã medio aëre penduli, nec hac nec illa parte firmi hæreant.

XI.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

DE Philosophia sanè dicent alij, ego instituti mei memor intra campũ Theologicum me contineo. Quid ergo, quantumq; vtilitatis ex hoc vberrimo fonte institutæ Academiæ ad totam Ecclesiam DEI manarit, infinitum prorsus est, nec libris vllis comprehendi, nec vllius, quamlibet excelsæ mentis cognitione capi, ne dum vlla oratione explicari potest.

CONFVTATIO.



VLTA hactenus HVNNIVS, & multa deinceps, de incredibilibus Præceptoris sui LVTHERI in vniuersam Christi Ecclesiam fructibus & beneficiis. Quibus nos subinde ea, quæ veritati consona duximus, inficiando opposuimus. Nunc autem quoniam iactator ille omnem plane verecundię modum excedit, atq; intolera-

lerabili auxesi tantum vtilitatis *ex fonte scilicet vberrimo institutæ Academiæ Wittenbergensis* per Lutherum *ad totam DEI Ecclesiam manasse ait, quantum nec libris vllis comprehendi, nec vllius quamlibet excelsæ mentis cogitatione capi, nedum vlla oratione explicari possit:* Nos vt theatrico histrioni breuiter & vere respondeamus: Tantum miseriæ, tantum damni, tantum calamitatis ac confusionis è Lutheranismo ad hũc septentrionem nostrum (totam enim Ecclesiam dicere nolumus, quæ hoc flagellum nobilissimis partibus non sensit) profluxisse dicimus, quantum nulla ingenij vis cogitãdo assequi, nulla dicendi facultas commemorando exponere, nulla denique verbosissimorum commentariorum amplitudo complecti queat.

Quantum damni rebus Christianis Lutherus inuexerit.

Nam vt in rem nostram vertamus, quæ infra parum apposite Hunnius de Ægyptiaca captiuitate nugatur, reuera Lutherus non MOYSES Israëlem ex Ægypto deducens, sed truculentissimi Antichristi præcursor fuit: Cuius captiuitati cum nec Pharaonica pressura, nec externa captiuitas Babylonica vnquam in æternum æquiparari possit: Sequitur tot eum (Lutherum) malis Ecclesiam inuoluisse, quot eandem liberasse dicitur. Itaque si bene vereque hanc causam Hunnius disceptare voluisset, hunc instituere sermonem debuisset. *Tristis erat Ecclesiæ facies*

Lutherus Antichristi præcursor, Antichristianæ captiuitatis initium fecit.

facies olim in Ægypto; quando post mortem Iosephi, & extinctam memoriam meritorum eius, Rex nouus Israëlitas grauissimis oneribus afflixit, & in eas angustias adegit, vt sub intolerabili pressura continuis suspiriis ad DEVM *ingemiscerent. Porrò creuit onus, quando illis sub onere crescentibus edicto Regis nouo, masculi Hebræi recens in lucem editi, mox in profluentem ante ora & oculos parentum, abijciebantur, luctuosissimo sanè exemplo & spectaculo. Sed longè tristior & miserabilior Ecclesiæ facies olim* sub Antichristo erit, & nunc sub Luthero armigero eius esse cœpit. Et tantò quidem miserabilior, quanto grauius genus afflictionis, quátò longior duratio, quantò maior potentia hostis, quanto denique spiritualium & æternorum bonorum iactura præ temporalibus & corporalibus, nocentior est. *Nam Pharao redegerat Israëlitas sub seruitutem, sed corporis, quæ cum æterna salute stare posset, nec adigebat Conscientias hominum ad suscipiendum cultum, cum Dei Voluntate pugnantem, nisi quantum ipsimet impietatis Ægyptiacæ ex quotidiana conuersatione sponte sua contraxerant.* Inuersio cõparat. Hunnii.

At Antichristi & Lutheri anteambulonis ipsius *seruitus ipsam arcem æternæ salutis conuellit ac diruit, & conscientias sanguine filii Dei redemptas sub errorum & superstitionum ac multiplicis idolomaniæ fœdissimam captiuitatem, atque animum immanissimum horribilissi-*

lissimumq; adegit. In Ægyptiaca seruitute agebatur, de ædificandis Regi granariis, & ad ea præstandis operis: In hac agitur religio, agitur agnitio DEI & Christi, in qua cardo sempiternæ salutis vertitur. Illius Ægyptiaca quidam erat futurus finis, neque enim vltra cuiusque mortem sæuire velpoterat, vel etiam cogitabat Pharao: Hæc Antichristi & Lutheri *tyrannis, ne morte quidem hominum terminatur, sed tum demum exitiabilis effectus eius maximè se se prodit, interitum secum trahens nullis vnquam seculis finiendum.*

Sed ne quid sine ratione dixisse videamur, paulo propius ad rem ipsam accedamus, ac quos fructus, quæ emolumenta rebus Christianis attulerit Lutherus, ex maiorum memoria réque præsenti repetamus. Ediderunt de hoc argumento iam Varij varios tractatus, *Erasmus, Cochlæus, Embserus, VVicelius,* quorum hic per *quadraginta quatuor* capita genium & naturam Lutherani Euangelii persecutus est. Nos ne prius dicta identidem repetamus, illud tribus verbis profitemur, Lutherum DEI atque omnis diuini cultus acerbissimum hostē, quicquid ad religionis Christianæ excidiū conducere potuit, sum̄o studio in scholam suam coëgisse: ac primum quidem fidei sinceritatem turpissimarū hæreseon admixtione adulterasse: Postea etiam profligata omni vitæ sanctimonia, profanissimæ ac sceleratissimæ vitæ licentiam inuexisse:

uexisse: vt penes suos nullã Christianæ religionis partem saluã & incolumẽ reliquerit. De fidei adulteriis nemo dubitare potest, si quot lacunas veterum hæresiarcharũ hic homo exhauserit, ęquo secum animo lector reputet. Videtur .n. in Lutheranismum tanq̃ commune impietatis receptaculum omnis illa prisca dudum ad orcum proiecta sentina confluxisse. Id quod breui inductione manifestum reddere conabor.

Confer Bellarm. lib. 4. de notis Ecclesi. cap. 9. Coccium Tõ. 1. Thesaur. libr. 8. de signis Ecclesi. art. 3. p. 1010.

Docet Lutherus, *libero hominem arbitrio destitui, omnia fato fieri, certa stare omnia lege. Lib. de seruo arbit.* Item *in assert. art. 36.* vnde hoc hausit? vnde didicit? ex penu *Simonis Magi*, cuius eandem hæresin fuisse testatur *Clemens lib. 3. Recognit.* Vel *Manichaorum*, de quibus hoc refert *Hieron. Dial. aduers. Pelag. August. cont. Fast. Chrysost. in Joh. Hom. 45.*

Lutherus potissima sua dogmata à priscis hæreticis mutuatus est.

Seruum arbitrium, vnde.

Docet Lutherus: *Hominem sola fide absque operib. coram DEO iustificari: lib. de capt. Babylo. & serm. de Piscat.* PETRI. Quod ita *Amsdorffius* auxit, vt & *bona opera perniciosa ad salutem diceret.* Vnde hoc hausit? vnde didicit? ex penu *Simonis Magi*, qui *liberum esse hominib. docebat, vt agerent quæcunq; vellent. Secũdum enim gratiam ipsius saluari homines, non secundum operas iustas: iustam esse seruitutem, quod homines debeant bonis & honestis operibus vacare. Irenæus libr. 1. cap. 20. Theodor. de hæret. fabulis.* Vel ex penu *Eunomii, qui adeo bonis operib. fuit inimicus, vt asseueraret,*

Iustificatio solius fidei, vnde.

nihil

nihil cuiquam quorumlibet perpetrationem, au perseuerantiam peccatorum obesse, modo suæ f dei particeps esset. August. hæres. 54.

Docet Lutherus *non placari DEVM mu to murmure recitandarum precum, aut hor rum canonicarum lib. de piis Ecclesiæ carem o* Quod ita auxit *Monhemius* ex Ludimagistr Theologus factus, vt scriberet Dialogo DEVM *planè non nostras exigere preces.* Vnd hoc hausit? vnde didicit? Ex penu *Prodi* hæretici, qui similiter *non orandum esse con tendebat. Clemens Alexand. lib. 5. stromat.*

Contemptus precũ, vnde.

Docet Lutherus, DEVM *etiam mala in im piis opera operari, ac neminem negare debere etiam in malis operibus sæpe coactum aliud fa cere, quam cogitarit: In Assert. art. 36. Et lib. d serno arbit. Si* inquit *præsciuit* DEVS *Juda fore proditorem, necessario Iudas faciebat prod tor: nec erat in manu Judæ, aut vllius creatur aliter facere, aut voluntatem mutare, licet id f cerit volendo non coactus: sed velle erat opus i lius, quod omnipotentia sua mouebat* DEVS. *sic & omnia alia.* Vnde hoc hausit? vnde did cit? ex penu *Florini*, qui expressè DEV *authorem mali professus est, Euseb. lib. 5. cap. 1* Aut ex penu *Seleucianorum*, *qui itidem m lum à Deo esse dicebant. Aug. hæres. 59.*

Deum authorẽ peccati, vnde.

Docet Lutherus *pœnitentiæ Sacramentu nullum esse, nec peccata Sacerdoti confitend Postilla Dom. Reminis.* Et in *assert. art. 8. &* Et *Concion. de Confess.* Vnde hoc hausit? vn did

Pœnitẽtiæ & cõfessionis contẽptus vnde.

didicit? Ex penu *Montanistarum* & *Nouatianorum*: Quorum ille *pœnitentiæ virtutem velut nimium rigidi sustulerunt, erubescentes confiteri quasi iusti. Hieronym. ad Marcell. Hi oris confessionem & Sacerdotis Sacramentalem absolutionem penitus abstulerunt. Cypr. libr.4. Epist.2.*

Docet Lutherus. *omnia quæ præter scripturam, maximè in eis quæ* DEVM *spectant, fiunt, à Diabolo prouenire, nil præter Sacras scripturas recipiendum, adeoque animam suam odisse vocem* homousion. *De abusu Missæ Tom.7. Germ. fol.290. De seruo arbitr. Et lib. contr. Iacob. Latomum.* Vnde hoc hausit? vnde didicit? ex penu *Arrianorum*, qui posthabitis Patrum Concilijs & sententijs, *negabant filium Patri esse homousion:* quod illud nomen in Sacris literis nusquam inueniretur. Vnde *Constantius* Imperator Arrianus Synodum in *Seleucia* congregans præcepit, *vt Episcopi nihil præter diuinas scripturas Ecclesiasticæ fidei adderent.* Quamobrem & Synodus ibi definiuit in hæc verba: *Coëssentialis vocem reiicimus velut à scripturis alienam, Epiphan. hæres. 73.* Vel ex penu *Pelagianorum*, qui Augustino: *credamus* inquiunt, *quod legimus, & quod non legimus, nefas credamus astruere, lib. de natur. & gratia cap.39.*

Traditionum neglect⁹ vnde.

Docet Lutherus, *Romanam Ecclesiam meretricem esse Babylonicam, Catholicam Ecclesiam toto orbe intermortuam à se resuscitatam, in*

Roma. Eccles. Sacerdotū, Chrismatis odium, vnde.

in Germania caput erigere. Quicquid in Papatu existit, à summo vertice vsq; ad imum pedis Diabolicam Imposturam esse. Postill. Ecclesiast. Dominic.2. Aduentus. Admonit.ad dilectos suos German. & alibi passim: Præterea *Sacerdotes, & Chrisma, & Ordinationem nihilifaciendam, quæ nec tibi, nec Ecclesiæ prosit. Lib.de Missa angulari.* Vnde hoc hausit? vnde didicit? ex penu *Donatistarum*, qui *Catholicam Ecclesiam apud se esse, antea toto terrarum orbe periisse, in sola parte Donati remansisse: nullam rationem Episcoporum aut Galliæ, aut Italiæ aut vrbis Romæ habendam esse: Eucharistiam iubebant canibus fundi: ampullam Chrismatis per fenestram, vt frangerent, iactabant: altaria euertebant: calices frangebant: pallas abiiciebãt: capita sacerdotum, vt sacram vnctionem auferrent, radebant: virginum velata capita nudabant. Optatus Mileuitanus lib.1.2. & 6. Augustinus hæres.69.* Vel ex penu *Luciferianorum*, qui suos tantum Sectatores Ecclesiam Orthodoxam nominabant, Romanam verò *lupanar.Hier.c.1.cont.Lucif.*

Basilicarũ odiũ vnde. Docet Lutherus, *Sanctorum templa, memorias & Basilicas nullius momenti esse. Euang. in die Natiuit.* MARIÆ. Vnde hoc hausit? vnde didicit? Ex penu *Eustachii*, qui *loca sanctorum Martyrum & Basilicas despectui habebat, & ieiunia præscripta auersabatur. Socrates libr. 2.cap.35.*

Docet Lutherus, *Orationes & Missas pro defun-*

defunctis nihil valere, Gregorio *in Dialogis de Purgatorio non credendum. libr. de abroganda Missa Priuata.* Præterea *ieiunia & abstinentiā tanquam superstitiosam irridet. lib. aduers. Ambros. Cathar. & serm. de simulachris, & de delectu ciborum.* Vnde hoc hausit? vnde didicit? ex penu *Aërii* Presbyteri, qui ambitu Episcopatus frustratus ab Ecclesia defecit, docuitque, *viuentium sacrificia, orationes, Eleemosynas, & ieiunia defunctis nihil prodesse: Ieiunium 4. & 6. feria & Sabbati & quadragesima nihil ducendum, ieiunandumq; cum quis voluerit, ne videatur esse sub lege. August. Epiphan. & Damascen. de Aërianis.* Quem errorem paulo post *Iouiniano* quoq; communem fuisse, *docet Augustin. hæres. 82. Et Manichæis. libr. 30. cont. Faustum c. 4.* qui eandem calumniam doctrinę Dæmoniorū de abstinentia & cœlibatu Catholicis obiiciebant, quam hodie toties frustra hæretici ingeminant.

Orationes pro defunctis, ieiunia, quo authore neglexerit Luther.

Docet Lutherus, *Virginitatem præ vita coniugali nullam laudem aut præmium mereri: omnes ordines, regulas, cœnobia, fundationes, vt Diaboli sectas & errores* damnat. *Libr. de vita coniugali, &* *aduersus Ambros. Cathar.* & *confess. de cœna Domini.* Vnde hoc hausit? vnde didicit? ex penu *Iouiniani*, qui *virginitatē sanctimonialiū, & continentiā sexus virilis in sanctis exigentib. vitā cœlibē, cōiugiorū atq; fideliū meritis æquabat, teste August. hæres. 82.* Vel ex penu *Heluidii*, q *Virgines & Maritatas eiusdē*

Virginitatis contemptus vnde.

esse gloria volebat. Teste *Hieron. aduers. Heluidium cap. 10.* Vel denique *Manichaorum* officina, qui inquiunt *Augustino lib. 30. contra Faustum c.4. Certatim ad Virginitatis Professionem virgines incitatis, vt pene iam maior in Ecclesiis omnibus virginum apud vos, quam mulierum numerositas habeatur.*

Quid multa? nullus vnquam tam absurdus hæreticus fuit, cuius Sacra non delibarit Lutherus, atq; aliqua saltem ex parte veneratus sit. Eutyches *asserebat diuinitatem verbi natam, passam, mortuam & sepultam fuisse. Leo Epist. 97.* Repetit id *Lutherus* ac confirmat *lib. 2. de Conciliis.* Xenaias Persa primus *sanctorum imagines venerandas negabat: Nicephorus libro 16. cap. 27.* Iconomachi easdem *deiiciebant & comburebant. Sanctam crucem Pauliciani non adorabant. Euthymius in Panoplia.* Bogomili *Basilium Nazianzenum, Chrysostomum, & Patres omnes, qui Sanctorum imagines probassent, reprobos & idololatras vocabant, crucem despiciebant, eamq; fictè à dæmonibus fallendi causa fugi asserebant, vt eam homines velut dæmonum expultricem maiori cultu* afficiant. Repetit ista fermè singula ac probat *Lutherus in Postil. die exaltat. S. Crucis:* atque alibi passim. Petrobrusiani & Pseudoapostolici *Eucharistiæ consecrationem & Veritatem negabant, dies festos tollebant, Chrismatis & olei consecrationes, ignem Purgatorium, orationes pro defunctis impugnabant:*

Passio diuinitatis.

S. Crucis despectus.

Bern-

Bernhard.Hom.66.in Cantica. LOLLARDI *S. Missæ Sacrificium improbabant, hostiam consecratam Deum fictitium appellabant: Sacramẽtum Pœnitentiæ negabant: Extremã vnctionem irridebant: creaturarum omnem consecrationem nihili faciebant: Romanam Ecclesiam & omnia eius decreta contemnebant: Ieiunia irridebant: quouis tempore carnibus vescebantur: dies festos negligebant: sanctorum inuocationem & merita contemnebant.* Ioh. Trithemius in Chronico Hirsaugiensi de Anno 1315. Repetit eadem vniuersa ac probat *Lutherus*, totaq; eius religio hisce tanq̃ fulcris insigniorib. nititur. Deniq; si de WALDENSIBVS, ALBIGENSIBVS, FRATRICELLIS, BEGARDIS, FLAGELLANTIBVS, ABAILARDO, ALMARICO, WICLEVO, HVSSO, & similibus monstris quis considerationem instituat, videbit eos omnes & singulos in vno *Luthero* reuixisse: Huncque vnum hominem ex pluribus bestiis consarcinatam *Chimæram* esse, non secus atque illa apud Poëtam:

Missa, & cętera Sacramenta.

Lutherus Chimęra.

Prima Leo: postrema Draco: media ipsa
Chimæra. — Lucretius.

Aut illa altera:

Quoq; Chimæra iugo mediis in partib. hircũ
Pectus & ora Leæ, caudam serpentis habebat. — Ouid. 6. Metamor.

At denique illa tertia:

Humano capiti ceruicem pictor equinam
Iungere si velit, & varias inducere plumas — Hor. de arte Poëtica.

Vndiq; collatis membris: vt turpiter atrum
Desinat in piscē mulier formosa superne: &c.

Hunnius supr. §.10. Pergat itaq; nunc iactare *Hunnius, Lutherum* mundi solem esse, qui nouam doctrinæ CHRISTI intermortuæ lucem accenderit, qui *Sacrosanctæ Theologiæ pristinum decus restituerit, eamque ex horrendis erroribus regni Pontificii paulatim ad primæuam illam ac natiuam primitiuæ Ecclesiæ Apostolicæ faciem longè nitidissimam reuocauerit.* Immortalem DEVM! quos hic Apostolos fingit? quam lucem? quod decus? quem nitorem. Scilicet *Simon Magus*, & *Prodicus*, & *Florinus*, & *Montanus*, & *Manes*, & *Arrius*, & *Donatus*, & *Eunomius*, & *Aërius*, & *Iouinianus*, & *Heluidius*, & *Pelagius*, & *Eutyches*, *&c.* Apostoli fuerunt, quorum nitorem restituere *Lutherus*, atque ex inferis reuocatum abominabilem Spiritum Euangelij loco venerandum proponere conatus est. Apage tenebricosā lucem, sordidum decus, terribilem faciem, aterrimum nitorem, reformationem contaminatissimam. Quam si adhunc mirari Lutherani & sectari, & tanquam DEI inenarrabile beneficium prædicare pergent: sensu non tantum diuino sed & humano priuatos dicam: eorumq; classi asscribam de quibus

Esaiæ 6.9. Matt.13.14 Dominus: *Auditu* inquit *audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clau-*

clauserunt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos.

Venio ad alteram Christianæ religionis partem, bonorum nempe operum studium: quod ita per *Lutherum* in hominum mentibus emarcuit, vt ne ipsi quidem *Lutherani*, quamuis maximè velint, omni suo conatu & molimine hũc intermortuum suscitare spiritum possint. Qua de re ne quid inuidè aut calumniose fingere videamur, placet ipsorummet querelas in medium adducere adeoque hostes Ecclesiæ suis gladiis iugulare. **Bonorum operũ zel⁹ p Lutherũ extinctus.**

LVTHERVS *Tom. 3. fol. 571. pag. 1. super Psalm. 118. Et Tom. 6. fol. 324. pag. 1. De ludis Christianis erigendis*, mirificè quidem de incredibili discipulorum suorum in pietate, castimonia, atque omni virtutum genere præ Papicolis (vt loquuntur) profectu gloriatur, & vt ait ille,

Proiicit ampullas & sesquipedalia verba. **Horatij.**

Sed pro vt erat homo *Cothurno versatilior*, Postilla *domest. Ienens. Anno 59. Concion. 2. Dominic. 1. Aduent.* omnia veriori testimonio in contrarium effert. *Huiusmodi*, inquit, *de* CHRISTO *concio meritò cum summa animi lætitia suscipienda & attendenda esset, ac quilibet vitam moresque suos rectius inde informaret: sed proh dolor, contrarium*

accidit, & mundus de die in diem multo deterior euadit, quod pessimus dæmon operatur. Enim verò videmus, quod hoc tempore homines sint multo peiores, truculentiores, tenaciores, libidinosiores, quam antea vnquam in Papatu fuerunt. Quæ causa est? nulla profectò alia, quam quod huiusmodi cõcio pro nihilo habetur. Idem *Præfat. in Ecclesiasticam Postill.* Ad eundem modum & *nostrorum plerosque septiceps ille Diabolus inuasit, & deteriores effecit, quam in Papatu fuerunt.*

Lutherani quã in pei⁹ proficiant.

Dominica 26. post Trinitatẽ. *Antea cum ad Pontificis seductionem, & falsum Dei cultum cogeremur ad bene operandum, quilibet vltrò sequebatur: nunc quisque nihil aliud dicit, nihil nouit, quam iniquis exactionibus, manifestis rapinis, furtis, mendaciis, vsuris omnia ad se transferre. Tam insigniter maligni fieri coguntur homines in gratiam Euangelii, cuius virtute ex captiuitate Pontificis in gratiam asserti sunt: ita vt iam non amplius humano, sed Diabolico more omnem misericordiam exuerint, quibus non sufficit adhuc, quod de Euangelio participent, & inde saginentur, quando bona Ecclesiastica deprædantur, ac furantur.*

In serm. Conuiuial. German. folio 625. *Post reuelatum Euangelium virtus est occisa, iustitia oppressa, temperantia ligata, veritas à canibus dilacerata, fides clausa, nequitia quotidiana, deuotio pulsa, hæresis relicta.*

Deni-

Denique *Tom.2.fol.471.p.1.in admonitione ad precandum contra Turcam*, longam per omnes ſtatus atq; ordines commemorationẽ instituit, docetq; omnes à Papatu vindicationem ad licentiam ſuam & petulantiam transferre ad hæreſes liberè excitandas, ad auaritiam, furta, rapinas, iniuſtitiam, fœnus iniquum, pretia deniq; rerum duplo triploque augenda, ac tandem concludit, hodie apud ſuos *hanc Christianam ſanctitatem haberi, auaritia furtis & rapinis indulgere, ac Principibus infidelitatem exhibere.* Quibus ſimilia habet *Tom.3.fol.351.p.2.ſuper Pſalm.51.& tom.4.fol.62.pag.1.in 6.c.Matthæi.* Et *tom.6.fol.57.pag.1.in explicatione II.Præcepti: & alibi paſſim.*

PHILIPPVS MELANCHTON ad ca.6. Matth. *Loquitur res ipſa, in his regionibus omne ferè ſtudium conuiuiorum apparatibus, & ebrietati, atque immanibus illis poculis impendi. Quare manifeſtum eſt, nos à Deo variis modis puniri, vt incendio, bellis & conuulſionibus atq; confuſionibus regiminum ſeu politiarum, propter belluinam iſtam ventris ingluuiem & helluandi perpotandiq; conſuetudinem. Præterea quoties videtis temulentos homines vultu ruere in ſuas clades, & ſæpe cruento ferro inter ſe ipſos concurrere, imò & cædibus mutuis graſſari? Quomodo poteſt laxior annona ſperari in tantis profuſionibus, helluationibus, pomparum conuiuiorumq; apparatibus? adeò delectantur immũ-*

Lutheranorum crapula & cõmeſſationes.

ditia, sordibus & illuuie, vt in morem suis lutulenta quaslibet res, panem, carnem, cereuisiam, & id genus alia corrumpere & contaminare soleant. Ea barbaries est in populo, vt plerisq; persuasum sit, se, si vnum diem ieiunent, noctem cõtinuò sequentem non posse viuere.

IOANNES BRENTIVS ad c. 3. Matth. *Tanta est morum corruptio his temporibus, & tantum studium iniustitiæ, vt nullam videamur habere occasionem confidendi bonis operib. quid enim confidas his, quibus cares?*

Verũ verbum veritas.

ANDREAS MVSCVLVS Dom. 1. Aduentus: *Cum nobis Lutheranis hoc tempore ita agitur, vt si quis videre volet ingentem turbam nebulonum, hominum turbulentorum, fallacium, impostorum, fœneratorum, ciuitatem aliquam adeat, in qua Euangelium purè (Lutherane) prædicatur, cateruatim tales ibi reperiet. Nam meridiana luce clarius est, quod hominũ effrœnatorum, & indomitorum, apud quos omnis virtus & honestas penitus extincta est, & apud quos pro peccato nihil reputatur, nusquam plures, ne quidem apud Ethnicos, Turcas, & alios infideles, quam apud Euangelicos, apud quos omnia diabolo frœna laxata sunt, reperiantur.*

Amen.

ERASMVS Epist. ad Vulturium Neocomi. *Circumspice*, inquit, *populum istum Euangelicum, & obserua num minus illic indulgeatur luxui, libidini, & pecuniæ, quam faciant ii, quos detestamini: profer mihi, quem istud Euangelium ex commessatore sobrium: ex feroci,*

man-

mansuetum; ex rapaci, liberalem; ex maledico, benedicum; ex impudico, reddiderit verecundũ. Ego tibi multos ostendam, qui facti sunt seipsis deteriores.

Et alibi. *Quale est Euangelium, quod recipit tales, quales nimium multos nouimus, quod agnoscit decoctorem scortis, alea, commessationibus, ocio luxuque perditum, nihilque sibi non permittentem, modo sibi nomen equitis possit affingere, & huius tituli ius esse putat,* deludere creditorem. *Et si repetat mutuum,* pro hoste ducere. *Et quoties vrget inopia, huic aut illi, vnde spes est prædæ,* bellum indicere, publicũque latrocinium belli nomine fucare. *Principi ius non est indicere bellum, nisi consilio adhibito, & is qui pedem vbi ponat non habet, bellum indicit cuilibet. Ac talibus est locus in nouo Euangelio, quibus apud Ethnicos in ciuitate moderata locus non esset. Hoc satis est,* approbat mea dogmata. Quid refert de factis, modo adsit fides? *Fateor olim & tales recipiebat Euangelium, sed resipiscentes, sed transformatos. Nunc quidam adeo non corriguntur per Euangeliũ, vt potius videantur deteriores. Nec fit vt peccare desinant, sed vt peccent impunitius.*

De libero arb. cont. Luther.

Quales ad Euangeliũ Lutheri confluant.

HABEMVS indubitatis testimoniis fructus pœnitentiæ apud *Lutheranos*, qui quales sint, facile ostendunt: nimirum ii quales Apostolus venturos nouissimis diebus prædixit, *homines se ipsos amantes, cupidi, elati,*

2. Tim. 3. 2.3.

elati, superbi, blasphemi, parentibus nõ obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quam DEI, *habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.*

Fons istorum perditorum morum.

QVOS omnes tam acerbos ac damnabiles fructus non alii causę nisi vni huic sancto ac decantato Reformatori *Luthero* debem⁹, qui non solum tale doctrinæ genus de *solius fidei absq; operib. iustificatione* in vulgus sparsit, quo tanquam *Epicurea* tuba omnes à sanctitate ad licentiam ac profanitatem auocati conuolarunt: Verum & de ipsis operibus bonis tam contemptim ac perniciosè locutus est, vt nihil aliud nisi escam impietatis proponere hominibus voluisse videatur. Quale enim quæso illud est, quod ait *serm. de Nouo Testam.* siue *de Missa. Caueamus à peccato, sed maximè ab operibus bonis & legibus, solamq; promissionem* DEI *attendamus, & fidem: ipsa enim breuis est perfectio: nec aliqua lex requiritur, nec opus; Imò & legem proscindit, & opus.* Et Serm. de Piscatura PETRI: *Erga* DEVM *non operibus, sed nuda fide indigemus.*

Lutherus contemptissime de bonis operibus sensit ac loquitur.

Debemus enim cum solo Isaac venire, hoc est cum fide: seruos vt asinas, hoc est, opera deorsum dimittere oportet. Quanto sceleratior es, tantò citiùs DEVS *suam gratiam infundit: si ador-*

nes te vt cattus bonis operibus, vt te DEVS acceptet, nihil efficies.

Item de Captiu. Babylo. cap. de Baptismo: *Vides quàm diues sit homo Christianus, siue Baptizatus, qui etiam volens non potest perdere salutem, quantiscunq; peccatis, nisi nolit credere.* Nulla peccata eum damnare possunt, nisi sola incredulitas: *Nulla alia via potest homo cũ DEO conuenire aut agere, quam per fidem, opera ille nihil curat, nec indiget.* Cui simile est illud Dom. 8. post Trinit. *Nullum opus tam malum, quod hominem damnare queat, neque vllum tam bonum est quod saluare. Cæterum sola fides saluat, sola incredulitas damnat.* O diabolicam vocẽ.

Et ad c. 2. Epist. ad Galat. *Sola fides CHRISTI necessaria est, vt iustissimus: Cætera omnia liberrima neq; præcepta amplius, neq; prohibita, &c. Quando sic docetur: Fides iustificat quidẽ, sed simul seruare oportet mandata DEI, quia scriptum: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Ibi statim CHRISTVS negatus est, & fides abolita: quia mandatis DEI siue Legi tribuitur, quod est solius DEI.* Falsum. Subalterna non pugnant. Lex per Moysen data, gratia implendi legem per Iesũ Christum donata.

Deniq; ad Euangel. Domin. 24. post Trinitatem: *Qui in Ecclesia docent, & præcepta opera, atque statuta exigunt, impostores sunt: qui tametsi Christianum prætexant nomen, nihil tamen expediunt: eius enim specie nominis suis nos mandatis & operibus onerare degrauareq; nituntur. Ex operibus quidem, abstinens, temperans, ieiunio & precibus incumbens, peregrinus* Atqui dabit Deus vnicuiq; secũdũ sui opera. Rom. 2.

item

Quid ergo illud? Ex hoc cognoscã, quod discipuli mei sitis, si dilectionẽ mutuo habueritis. Ioan. 13. 35.

item nominari possum: sed nullo pacto Christianus. Et si enim vniuersa tua opera in vnum conuertere, imò & omnium aliorum tuis adiungere, neq; sic tamen CHRISTVM habes, nec Christianus ideò vocaris.

O sanctas sancti viri ad pietatem colendam cohortationes! quæ quos alios in hominum animis stimulos effectusq; relinquere potuerunt, quàm extremę impietatis, profanitatis, libidinis ac diabolicæ petulantiæ radicem? Quam etiamnum passim germinare ac pullulare conspicimus. Vt qui *Lutherum* adeo felici sidere rebus humanis apparuisse, tantamque fructuum copiam Christi regno attulisse gloriatur *Hunnius*, nihil aliud faciat, quam vt vel malitiosè contra consciẽtiam mentiatur, vel cum ratione manifestè insaniat. Nobis illud euidentissimis argumentis constat, *Lutherum* diuinis humanisque rebus tantum damni, tantum detrimenti hæreseon pestilentissimarum corruptelis, sceleſtissimęq; impietatis fomentis attulisse, quantum nullus vnquam vel proximæ vel longinquæ ætatis hæreticus, adeoq; nomen eius non minus atq; ipsius Luciferi, quo cũ è cœlis lapsus est, odio atq; execrationi summæ ab omnibus habendum, omniaque eius vestigia ac monimenta pedibus conculcanda, manibus diruenda, ferro confringenda, stylis expungenda, ac perpetua obliuione cum inferis sepelienda esse.

Conclusio huius loci.

XII. Æ-

XII.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

*Cosidera obsecro, reformationem * insperatam illam & insignẽ, nostris quidem hominibus optatissimam, Pontificatui autem Romano terribilem & exitiosam, quam Deus Optimus Maximus ex hac sapientiæ cœlestis arce atq; templo fieri clemẽter voluit. Quis ni eius consideratione non liquidò videat, duas ciuitates ceu duello cõmissas de Religionis summa belligerari? Quis non fateatur, Deum qui pro diuina sua sapientia deligere solet ea, quæ coram mundi oculis ignobilia sunt, abiecta sunt, stulta sunt, & pro nihilo reputantur, hanc* Wittenbergam, *etsi nec amplam, nec populosam, nec imperio superbam, nec ædium palatiorumue magnificentia conspicuam, vt nec opibus affluentem, nec florentem potentia, nec rerum anteactis seculis gestarum fama celebrem, sed paruam, sed obscuram, sed vilem prius & contemptibilem, nihilominus in illo stupendo opere destructionis regni Antichristi opponere voluisse celsissimæ potentissimæque* Romæ, *rerum olim Dominæ, post sub Papatu, quemadmodum inso-*

* Qua tanquam vericulo omnis prisca fides expurgata, ac deterrima commenta in vulgus dispersa sunt

*Non insolenter: sed verè atque ex dispositione Domini, fideque vniuersi Christiani orbis.
* Vbi? quos? quib. trophæis?
*Eueniãt vobis fata Carthaginis inuidæ.

**insolenter se iactabat, religionis & fidei magistræ? Nec opposuit tantum, sed ita suis armis instruxit, vt & pugnaret feliciter, & gloriosè vinceret, & in Dei oculis, conspectuq; beatorum Angelorum, totiusq; militantis Ecclesiæ de regno Pontificio fracto, debilitatoq; splendidissimos ageret * triumphos? Verè & ausim & possim affirmare, historiis etiam contestantibus, non inclytam Carthaginem *, Romæ olim æmulam acerrimam & Monarchiæ orbis terrarum affectatricem vehementissimam, tam pugnasse feliciter aduersus Romam sub Ethnicismo: quam contra illam VVitteberga pugnauit sub Christianismo. Tantoq; maiorem admirationem meretur hoc opus, quantò conspectior est omnium humanarum conditionum diuersitas. Sic enim visum Deo est, vt oppidulum vrbi κατ᾽ ἐξοχὴν sic dictæ, seu orbi verius, vt cathedram cathedræ, vt Lutherum inermem armato Pontifici, vt calamum Lutheri toti Antichristianæ πανοπλίᾳ ab omni genere armorum instructissimæ opponeret, haud aliter atq; fundam Dauidis olim immani hastæ gladioque Goliathi Philistæi gigantis opposuit. Fuit nequitia

quitia*regni Pontificii cunctis externis armis superior, spiritualis quippe, & in ipsis conscientiarum vibris altissimè defixa & radicata. Proinde potentissimi quique Cæsares operam luserunt omnem, quando carnalibus armis Antichristum oppugnabant, & è solio eijcere moliebantur. Spiritualibus armis opus erat, quibus olim Apostoli mundum expugnarunt, nempe verbo Dei, tanquam gladio diuini Spiritus inuicto, & in omnem æternitatem insuperabili. Nam Dei spiritu conficiendus erat Antichristus: sine manu, quod Daniel & Paulus luculentis suis vaticiniis prædixerunt. Lutherus ergo ex suo Musæolo cum precibus* ad Deū, tum salutaribus scriptis suis, in quibus Omnipotentis Dei vox è Prophetarum & Apostolorum deprompta libris atque literis sonabat aduersus illam nequitiæ sedem, ac pestilentiæ cathedram Apostaticam, stupendum in modum quasi tonabat, & fulgurabat*, & fulminabat, & vnam post aliam victoriam (successum largiente Deo, & virtutem dante tonitrui suo) reportabat gloriosissimè.


* Quæ nēquam nequitia sanctę Catholicæ Ecclesiæ? quam bene est, quod vel inuitus inuictam fateri cogare.

*Aliquandoné precatus est, ille sacrilegus precū diuinarū irrisor?

*Mendaciis, conuitiis, crepitibus fœtidis.

O CON-

CONFVTATIO.



ONDVM satisfecit Hunnius immensæ suæ erga Lutherũ cupiditati, quin eam potius nouis parium & imparium, similium & dissimilium cõparationibus explicare incipit: accersens ad hanc causam & fœdifragos *Pœnos*, & sacrũ *Dauidem*, & mirabilem *Mosen*, & illustrem *Cæsarem*, & ambitiosum *Alexandrum*, & robustum *Herculem*, & quicquid deniq; in mũdo magnum admirabileq; est, id totum cum Luthero suo balbitat. Quibus vt nos quadantenus pro instituti ratione satisfaciamus primum consideremus quam insignem *Lutheri* reformationem dicat, *suis quidem optatissimam, nostris autem terribilem & exitiosam*. Sanè fidem Christianam quam benè reformarit, & priscorum illorum hæresiarcharũ scopis perpurgarit *Lutherus*, supra vidimus, nec est quod nunc iterum *Augiæ* illud *stabulum* lustremus.

Cæremonias autem ritusque quam bellè correxerit, iam ante nos *Erasmus* exposuit. *In moribus*, inquit, *aut ritibus, si quid erat immutandum, corrigendumue: id agendum erat ex authoritate magnatum, aut certè ex consensu plurimorum, deniq; paulatim: Neque quicquam submouendum, ni prius paratum esset melius*

Cæremonias Ecclesiasticas quàm bello reformarit Lutherus.

elius aliquid, quod in illius locum succederet. Nunc quidam sic rem aggrediuntur, quasi possent repente nouum orbem derepente condere. Nihil non displicet, constitutiones, ordines Ecclesiæ, oleum, rasura, Missa, cantus, templa, imagines, vestes, scholæ, cæremoniæ, studia, literæ. Quid autem pulchri vidimus succedere? Nunquam tam benè fuit actū cum rebus humanis, nec vnquā agetur in hoc seculo, quin multa sint digna correctione. Verum ad quædam præstat conniuere, quædam condonanda sunt simplicium affectibus. Quæ ferri non possunt, aut tolerari debent, si plus habitura videtur discriminis tentata curatio, quā habet ipse morbus, aut artè sensimq; corrigenda: sic, vt non abiici, sed meliorum successione protrudi videantur. Hanc moderationem si Lutherus adhibuisset, habuisset & Principes & Episcopos, & ex Monachis ac Theologis, quos nunc habet infensissimos, optimumquenq; sibi fauentem.

Iam autem quod ait, *reformationem istam Pontificatui Romano terribilem & exitiosam fuisse*, de terrore quidem falsum est: nisi quatenus Ecclesiam benignissimam matrē horrenda hæreticorum sors, & apud inferos expectanda tortura terret, mœroreque incredibili afficit. Alioqui quem insultum, quamuis grauem *Petra Petri*, pro qua Dominus, metueret? De exitio autem, verum de iis, qui tubam noui Prophetæ ad exitium consecuti fuerunt. Petrum verò Iudæ la-

queus, aut Paulum Hymenæi & Phileti interitus quo miseriæ consortio inuoluit! Cæterum suis hominibus, iam dudum animo voluentibus illud Psaltis, *dirumpamus vincula eorum & proiiciamus à nobis iugum ipsorum*, hunc conatum fuisse optatissimum, nihil opus erat nos monere, cum ipsa coniectura & quotidianis id exemplis satis experiamur, BVCERVS etiam iam pridem disertè satis professus sit. *Maxima* inquit *eorum pars visa est id tantum ex Euangelio Christi petiisse, vt iugum qualiscunq; disciplinæ, pœnitentiæ, & religionis vniuersæ, quæ in Papatu reliqua fuit, abiicerent, proque carnis suæ arbitrio ac libidine instituerent agerentque omnia. Tum non ingratum iis fuit audire, iustificari nos fide in* CHRISTVM, *non bonis operibus, quorum nullo tenebantur studio. Nec pauci eorum qualemcunque Euangelii prædicationem, eò tantum receperũt, vt in opes inuaderent Ecclesiasticas.*

Psal. 2. 3.

Bucer. lib. 1. de regn. Christi c. 4.

Cur plerique Lutheranismum amplexati

Nihilò magis indignamur illud, *VVittenbergam* ab HVNNIO *Carthagini* comparari: illi scilicet *fraudulentæ & mendaci*, quæ nullis vnquam pactis stetit, quæ toties fidem datam rupit, vt prouerbio locum fecerit, PVNICA FIDES: qua omne promissum leue, nullo robore aut cõstantia subnixum intelligi solet. Qua laude si beari gaudent nostri Wittenbergenses:

VVittenbergæ, Noua Carthago.

Cic. contra Rullũ.

Virg. Ec. 1.

Non equidem inuideo, miror magis.

Sed

Sed forte oculus declamatori nostro in illo PLVTARCHI. *Carthaginensium*, inquit, *ingenium morosum, tetricum, Magistratibus obsequens, subditis graue, abiectissimum dum metuit, sauissimum dum irascitur, perstans in decretis, durum aduersus iocos & blanditias.*

Plutarch. lib. de præcep. Reip. gerendæ.

Quod vtrũ verè: nunc non disputo: Ipsum comparationis punctum intueor, quod in rebellione aduersus Romanos vertitur, non in victoria. Rebellio autem si cui laudem parare potest, laudatissimi certe cum *Lutheranis* erunt omnes illi priscorum hæreticorum greges, *Simoniani, Cerinthiani, Carpocratiani, Encratitæ, Montanistæ, Nouatiani, Sabelliani, Samosateniani, Manichæi, Donatistæ, Arriani, Macedoniani, Messaliani, Vigilantiani, Pelagiani, Eutychiani, Monothelitæ, Albanenses, VValdenses, Albigenses, VVicleuistæ, Hussitæ* & hodie *Caluinistæ*, atq; *Anabaptistæ*, qui omnes non minus Romanam Apostolicam sedem æmulantur, calumniantur, odiis denique omnibus & furiis prosequuntur: quàm noua Romæ æmula VVittenberga. De *Nouato* refert historia Ecclesiastica, eum communicantes hoc sibi iuramento astrinxisse: *Iura mihi per corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, te nunquam nec me deserturum, nec ad Cornelium Romanum Pontificem reuersurum.*

Rebellare Romano Pontifici, omnibus hæreticis commune

Exemplũ de Nouato

Euseb. lib. 6. c. 35. Niceph. lib. 6. cap. 3.

Qui hæretici olim Rom. Eccles. Lupanar, & Meretricem vocarint.

Alii ipsam Romanam Ecclesiam non minus quàm Lutherani *Lupanar* nominabant, quod de *Luciferianis* refert *S. Hieronymus c. 1. contra Luciferianos*. Et *Babylonicam meretricem*, quod de *Donatistis* refert *S. Augustinus contra Fulgent. Donatist*. Et *Serm. ad plebem de Actis cum Emerito*. Deniq; *cathedram pestilentiæ*; quod de *Petiliano* idem *Augustinus* testatur *lib. 2. contra literas Petiliani c. 51. Cathedra*, inquit, *tibi quid fecit Ecclesia Romana, in qua Petrus sedit, & in qua hodie ANASTASIVS sedet? vel Ecclesia Hierosolymitana, in qua Iacobus sedit, & in qua hodie Ioannes sedet? quibus nos in Catholica vnitate connectimur, & à quibus vos nefario furore separastis: Quare appellas cathedrã pestilentiæ, cathedram Apostolicam?*

Exitus rebellis Carthaginis.

Sed hoc potissimum nostra refert, quem tandem exitum æmula illa & rebellis *Carthago* habuerit. Fuerunt à principio satis ambigua tempora, fortuna nunc in hanc, nunc in illam partem iuclinante, & modo *Asdrubali, Amilcari Hannibalique*, modo *Regulo, Fabio, Marcelloque* fauente: donec *Masinissa læso*, tertio bello Punico *Scipio Æmilianus* vrbe vi capta, & sedecim dierum incendio illato, *Carthaginem* penitus deleuit ac solo æquauit. Quod si sibi fatum nolunt *VVittenbergenses* nostri, desinant cum Carthagine aduersus orbis Dominam conspirare, ac Romanis sese Scipionibus iungant,

Strabo lib. 17. Geograph.

iungant, qui quemadmodum olim Imperii Vindices, ita hodie non Antichristi, vt vulgo isti tribuni persuadent, sed fidei & religionis magistri, ouilisque Dominici Pastores sunt, & ab omnibus semper bonis omnibus seculis habiti fuerunt. Cuius rei manifesta apud Antiquitatem testimonia exant,

Irenæus lib.3.cap.3. *Ad hanc*, inquit, *Ecclesiam* (Romanam) *propter potentiorem principalitatem necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndiq; fideles.* Tertullia. de præscript. aduers. hæret. cap.36. *Si Italiæ*, inquit, *adiaces, habes Romam, vnde nobis quoq; authoritas præsto est. Statu felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt, vbi Petrus passioni Dominicæ adæquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur.*

Romanę Ecclesiæ authoritas Apostolica.

Et lib.4. aduers. Marcion. cap.5. *Videamus quid Romani de proximo sonent, quibus Euangelium & PETRVS & PAVLVS sanguine quoque suo signatum reliquerunt.*

S. CYPRIANVS lib.4. Epist.2. *Scripsisti vt exemplum earundem literarum ad Cornelium Romæ Episcopum transmitterem, vt deposita omni solicitudine, sciret te secum, id est, cum Catholica Ecclesia communicare.*

Et lib.3. Epist.11. *Nos Cornelium Episcopum sanctissimæ Catholicæ Ecclesiæ, electum à DEO Omnipotente, & Christo Domino nostro scimus.*

Nec enim ignoramus vnum DEVM esse, & vnum CHRISTVM esse Dominum, quem confessi sumus, vnum Spiritum sanctum, vnum Episcopum in Ecclesia Catholica esse debere.

S. HIERONYMVS Epist. 87. ad Damasum Papã. *Cũ successore Piscatoris & discipulo Christi loquor: ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est cathedræ Petri Communione consocior: super illam Petrã fundatam Ecclesiam scio: quicunq; extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio, quicunque non tecum colligit, spargit, hoc est, qui Christi non est, Antichristi est.*

Idem lib. 1. aduers. Ruffin. tom. 2. *Fidem suam,* inquit, *quam vocat? eamne qua Romana pallet Ecclesia? an illam, quæ in Origenis voluminibus continetur. Si Romanam responderit, ergo Catholici sumus.*

Denique S. PROSPER lib. 2. de Vocatio. Gent. cap. 6. *Roma,* inquit, *per Sacerdotii Principatum amplior facta est arte religionis, quam solio potestatis.*

Et lib: de ingratis.

Sedes Roma Petri, quæ Pastoralis honoris.
Facta caput mundo, quicquid non possidet armis,
Relligione tenet.

Iam quod *Hunnius* porro splendidã istam bracteo-

bracteolam affigit, *non solum pugnasse feliciter Carthaginem suam* aduersus *Romam* nostram, *sed & gloriosè vicisse, & in DEI oculis conspectuq; beatorum Angelorum totiusque militantis Ecclesiæ de regno Pontificio fracto debilitatoque splendidissimos egisse triumphos:* id vt ego breuissimè refutem, dico splendidissimum esse mendacium, & *Pœno* Theologo dignum. Nam si has victorias triumphosque dicit, quod aliquos stultitiæ suæ Lutherus inuenit astipulatores: profectò miser iste triumphus, ignaua victoria, qua ne illi quidē obscuri tenebriones, *Schvveckfeldius*, *Muncerus*, *Campanus*, *Kautius*: & alij nonnulli in ipsos Lutheri discipulos caruere. Vt de *Arrio* nihil dicam, *cuius venenum non iam portiunculam quandam, sed pene orbem totum contaminauit, adeò vt prope cunctis Latini sermonis Episcopis, partim vi, partim fraude deceptis, caligo quædam mentibus offunderetur, capto prius omnium Imperatore, cunctisque deinde Palatii culminibus* (quo tamen nunquam DEI gratia, nouo huic pœno Luthero pertingere licuit) *legibus nouis subiugatis.*

Quos triumphos de Catholicis egerit Lutherus.

Omnium hæreticorū asseclæ aliqui.

Vincent. in cōmit. cap. 6.

Hilar. libr. cont. Constant. August.

Hieron. in c. 22. Luc.

Quod si verò disputationum in comitijs vel Academiis successus prædicat, multo adhuc grauiore mendacio se alligat Hunnius, cum nunquam non victus turpiterque prostratus ac damnatus abierit Lutherus.

Primum enim Anno XVIII. cum se *Au-*

Lutheri hęresis quoties à Principib. Christiani orbis damnata.
Cochlæ. in Act. Luth. Anno 18. p. 9. & Anno 19. p. 17. & Anno 21. pag. 45.

gusta coram Cardinale CAIETANO, & iterum Anno XIX. LIPSIÆ in Disputatione cum D. ECKIO coram Consiliariis Ducis GEORGII, tanquam homo, qui errare posset, submisisset iudicio, & determinationi legitimæ sanctæ Ecclesiæ, & omnibus melius sentientibus, nominatim verò Doctoribus insignium Vniuersitatum Imperialium, BASILIENSIS, FRIBVRGENSIS, & LOVANIENSIS, postea etiam ERPHORDIENSIS, & inprimis PARISIENSIS, quam dicebat, *studiorum parentem, & ab antiquo semper Christianissimam ac in Theologia florentissimam*: PARISIENSES quidem paulo post XV. Aprilis Anno XXI. hanc publicam in Lutherum sententiam solenniter congregati, & Iuramento obstricti, tulerunt. *Sollicitius per nos examinata, ac maturius vniuersa doctrina Lutheriano asscripta nomini, & ad plenum discussa, execrandis illam erroribus scatere certo deprehendimus, & indicauimus, fidem potißimum contingentibus & mores. Quodque simplicis populi seductiua sit, omnibus Doctoribus iniuria, potestati Ecclesiæ, & ordini Hierarchico impiè derogatiua: apertè schismatica, sacræ scripturæ aduersa, & eius deprauatiua, atque in Spiritum sanctum blasphema: Et ideo veluti Reipublicæ Christianæ perniciosam censemus omninò exterminandam, ac palam vltricibus flammis committendam. Authorem verò ad publicam abiurationem modis omnibus Iuridicis compellendum.*

Parisiensium sententia in Lutherum.

Anno

Anno ſequenti XX. Theologi LOVANIENSES doctrinali quadam cenſura aliquot Lutheri Propoſitiones libroſque & ſermones nominatim condemnarunt. Quos ſecuti COLONIENSES, ſimilem ediderunt condemnationem. Louaniēſ. & Colon. Cochlæ. in Act. Luth. Anno 20, p. 24. & 25. & 27.

Et circa idem tempus *Papa LEO X.* publica *bulla* XLI. *articulos Lutheri* damnauit authore Romam ſub ſaluo coductu & ſumptibus itineris vocato, Quam bullam CAROLVS V. cum ab nunciis Apoſtolicis in BELGIO accepiſſet, ipſe quoque memor ſuorum titulorum, cum diceretur & eſſet *Rex Catholicus Hiſpaniarum, ac Imperator Ronorum*, religioſæ ſuæ & pietatis & obedientiæ mox certiſſima exhibuit indicia, ſeuerè præcipiendo, vt M. LVTHERI libri à Sede Apoſtolica damnati, *publice comburerentur.* Combuſti ſunt igitur per lictores & carnifices tam in BRABANTIÆ vrbibus, tum in Ciuitatibus Imperij, COLONIÆ, MOGVNTIÆ. Leonis X. Bullæ. Caroli V. Executio in Lutheri libros.

Año XXI. in *Comitiis Wormatienſibus*, cũ poſt varios ſermones & collationes vtrinq; habitas *Luther⁹* manifeſtos errores reuocare & eiurare nollet, non ſolum publicũ & ſolenne aduerſus ipſum tanquam manifeſtum & conuictum hæreticum *Edictum* cõditum eſt, quod etiamnum in fine Actorum Lutheri apud Cochlæum extat: verum etiã paulo ante (die XIX. Aprilis) ipſe Cæſar ſcriptum Edictum VVormatienſe 18. Maij Año 1521.

Auto-

Cochl. in act. p. 34. 35.

Sentenia Caroli V. in Lutherum.

Autographum lingua Burgundica in Senatum Imperij misit, hoc ordine & verborum contextu. *Vobis constat, genus me ducere à Christianissimis Imperatoribus, à Nobili natione Germanica, à Catholicis Hispaniæ Regibus, ab Archiducibus Austriæ, à Burgundiæ Ducibus: Qui omnes Ecclesiæ Romanæ filii ad mortem vsque fideles perstitere, semperq; Catholicæ fidei, sacrarum cæremoniarum, Decretorum, Ordinationum, Sanctorum morum pro honore Dei, pro fidei augmentatione, pro animarum salute, defensores extitere. Qui quidem fato functi, nobis ex instituto naturæ, iureque ipso hereditario, sanctas quas diximus, Catholicas obseruationes quasi per manus traditas, reliquere: vt eorum secuti exempla viueremus, & in iis etiam moreremur. Atq; ita nos, vtpote qui Maiorum nostrorum veri imitatores sumus, diuina fauente gratia, tenore eodem ad hunc vsq; diem viximus. Ego itaque hac de causa tueri decreui, quicquid ipsi prædecessores mei, & quicquid ego huc vsque ad præsens obseruaui: id verò præsertim, & ante omnia, quod per ipsos Prædecessores meos, tam in Concilio Constantiensi, quam etiam in aliis, decretum sancitumq; est. Quoniam verò constat, fratrem vnum tantum, sua quadam opinione deceptum hallucinari, quæ contra totius Christianismi sententiam est, tam eorum qui anteacto tempore nos supra mille annos præcessere, quàm eorum qui nunc viuunt. Ex cuius quidem opinionis ostentatione, vniuersum Chri-*

stia-

stianum nomen in errore semper versatum esse videretur. Ea propter deliberaui omnino, Regna omnia mea, Imperium, potentatus, amicos meos, corpus & sanguinem, vitamq; & animam meam exponere, ne prauum hoc inceptum deserpat vlterius, propterea quod mihi magno dedecori cederet, atque etiam vobis, qui nobilis & maximè celebrata estis Germaniæ Natio. Quibus id ad honorem, authoritatem, & prærogatiuam accessit ex priuilegio, vt præcipui Iustitiæ obseruatores, Catholicæque fidei defensores & protectores habeamur. Quod si qua nostris temporibus non solum hæresis, verum etiam hæreseos suspicio, aut vlla Christianæ religionis imminutio in cordibus hominum relinqueretur, id successorib. nostris perpetuæ vituperationi foret. Audito itaque pertinaci responso, quod hesterna die in nostro omnium conspectu LVTHERVS dedit, meam ego vobis sententiam testatam facio, pœnitere me moræ, qui contra ipsum Lutherum & falsam eius doctrinam procedere tam diu distulerim, hominemq; quicquid dicturus sit, nolle amplius audire, omnino decreui. Mandoq; vt quam primum, ex modulo mandati reducatur, caueatq; ipse conditionibus in saluo cōductu præscriptis, ne publicas conciones conuocet, neue populos falsam eam doctrinam suam vlterius doceat: ne demum operam vllam det, vt noui quicquam vsquā excitetur, aut motus fiat. Et sicut præfatus sum, cōstitui accingere me ad procedendum aduersus eum, vt aduersus notorium

torium hæreticum æquum est procedere: Simul que à vobis exigo, vt in huiusmodi causa tam quam boni Christiani decernatis, quod debetis & vt mihi facere promisistis. Scripta hæc manu mea. Die 19. Aprilis M. D. X X I.

Hērici Angliæ Regis censura in Lutherū.

Anno XXII. *Henricus Rex Angliæ*, scripta assertione septem Sacramentorum aduersus *Captiuitatem Babylonicam*, express tanquam totius Regni Iudicio Lutherum condemnauit: quanquam ipse postea infelici diuortio in transuersa quæque actus, a hoc proposito deflexit. Sic autem ait, *Præfat. lib.* ad Lectorem, *Motus quidem fidelitat ac pietate, quanquam mihi nec eloquentia si nec scientiæ copia: cogor tamen, ne ingratitudin maculer, Matrem meam, Christi sponsam, vt nam tanta facultate, quanta cum voluntate defendere. Quod licet alii præstare possint vberius ac copiosius, mei tamen officii esse duxi, vt ip quoque quantumuis tenuiter eruditus, quibu rationibus possem, Ecclesiam tuerer, meque aduersus venenata iacula hostis eam oppugnant obiicerem. Quod vt faciam, tempus ipsum & præsens rerum status efflagitat. Nam antea cum nemo oppugnaret, nemini propugnare necess erat. At quum iam hostis exortus sit, quo nul lus potuit exoriri malignior, qui dæmonis instinctu charitatem prætexens, ira atque odio stimulatus, & contra Ecclesiam, & contra Catholicam fidem, vipereum virus euomuit: Necesse e aduersus hostem communem Christianæ fide*

omn

omnis Christi seruus, omnis ætas, omnis sexus, omnis ordo consurgat: vt qui viribus non valent, officium saltem alacri testentur adfectu. Nunc itaque conuenit, vt duplici armatura muniamur: cœlesti scilicet ac terrestri. Cœlesti, vt qui ficta charitate & alios perdit, & perit ipse, vera charitate lucrifactus, alios lucrifaciat: & qui falsa doctrina depugnat, doctrina vera vincatur. Terrestri verò, vt si tam obstinatæ malitiæ sit, vt consilia Sancta spernat, & correptionem piam contemnat, meritò coërceatur supplicio, vt qui benefacere non vult, desinat malefacere, & qui nocuit verbo malitiæ, supplicii prosit exemplo.

Eodem Anno *Ferdinandus Austriæ Archidux*, & alij Principes Catholici in Misnia, Bauaria, Marchia, Nouum Testamentum Lutheri fermento infectum publicis edictis prohibuerunt. Ferdinandus Archidux, cum aliis principibus, Lutheri libros prohibent.

Anno XXIV. Cum Principes quidam *Norinbergæ* nescio quod decretum fecissent, CAROLVS V. IMPER. ex Hispaniis scripta ad eos Epistola, Iudicum suum Wormatiense renouauit. *Cum nos*, inquit, *in proximis Wormatiæ habitis Comitiis, in Principum Electorum, aliorumq; Principum, & omnium ordinum Sacri Romani Imperii, generali congregatione, vnanimi illorū consilio scitu & consensu, Lutheranā doctrinā ac hallucinationem, velut hæreticam, malignam ac venenosam, sub magnis grauibusque mulctis & pœnis, publicè denun-*

Cochlæ. in Act. Luth. p. 95.

Carolus V. suā semel in Lutherū sentētiam dictam renouat ac confirmat.

denunciari ac interdici, omnesq́; præterea scripturas, librosq́; Luthericos, posteaquam à Sanctitate Apostolica iure ac ordine Christiano legitimè reprobati ac damnati fuissent, deleri atque comburi curauimus: Vos & communes Status in nouissimis Nurenbergæ actis comitiis, solum propter iniuriosos & conuitiosos Lutheri libellos, indecorasq́; Impressiones & picturas ordinationem proposuistis atque d d stis, eam vnicuique, quantum ei obseruare possibile sit, imposuistis: Quasi nos in prioribus nostris Mandatis & Edictis aliquid noui, onerosi, aut iniqui proposuerimus ac constituerimus, & non facilius, æquiusque foret, in prioribus antiquis, laudabilibus, Catholicisq́; ritibus & ordinationibus permanere, quam ita alienos ac in auditos abusus acceptare ac tenere, &c.

Heluetii damnant Lutherũ. Coch. p. 151. & seqq.

Anno X X V I. Disputatione *Badensi* in *Ergania* apud *Heluitios*, X I I. Cantonum Iudicio non minus *Martini Lutheri*, quam *Zuinglii* & *Oecolampadii* hæresis damnata est, statutumq́; *, ne quid temerè de Sacra Missa, de Sacramentorum administratione: de sacris ritibus cæremoniarum, Ieiuniorum, Orationum, Confessionum, Feriarum, oblationum, Inuocationum, exequiarumq́; pro defunctis immutaretur.*

Eodem modo *Tigurini* Anno X L V. *Prophetæ* inquiunt & *Apostoli Dei gloriæ non priuato honori, non sua pertinacia & superbia studebant: sed peccatorum salutem quærebant vnicè.*

vnicè. Lutherus autem sua quærit, pertinax est, insolentia nimia effertur, & confestim Sathanæ tradit, quotquot illius sententiæ non illico subscribere velint: Et in omnibus correptionibus suis plurimum maligni spiritus, quam minimum verò amici & paterni ingenii, deprehenditur

Anno XLV. XLVI. XLVII. LI. LXII. LXIII. Vniuersali Concilio *Tridentino*, totius orbis Christiani Iudicio *Lutheri* & aliorum Nouatorum hæresis cognita, damnata & proscripta est. Conciliū Oecumeni cum Trid. dānat Lutherum.

Denique Anno LXXVI. cum *Tubingenses* ἀκέφαλοι clanculum *Ieremiam Constantinopolitanum Patriarcham*, pro more veterum *Pelagianorum*, literis ad consensum & comprobationem doctrinę suæ solicitarent, præter integram *Augustanæ Confessionis* confutationem, à *Socolouio*, & ipsis postea editam, hunc quoque nigrum ab eo calculum acceperunt. *Omnino tacere nobis propositum fuit ad ista vestra, nec respondere vobis quicquā: qui adeò apertè tum scripturam, tum Doctorum sanctorum interpretationes ad vestram voluntatem transferatis: Cum Paulum habeamus nos sic hortantem: Hæreticum hominem post vnam atque alteram admonitionem reiice. Verùm quia silentio nostro futurum fuisset, vt vobis assentiri videremur, tanquam fortasse rectè opinantibus, & intelligentibus, hæc ipsaque scriptura & sancti à vobis stare hac in parte: ideo ad de-*

Orientales damnant Lutherū. Aug. cont. Iulian. Pelagian.

Respōso 3. pag. 350.

ad defensionem horum nunc etiam hæc exarare voluimus: licet certa nobis ex scriptis vestris fides facta sit, vos nunquam nobiscum, vel potius cum veritate sentire posse.

Ibidem in fine 3. responsi pag. 370. *Rogamus itaque vos, ne post hac labores nobis exhibeatis: neque de iisdem scribatis, & scripta mittatis. Nam Theologos, qui Ecclesiæ lumina fuerunt, aliâs aliter tractatis: & verbis quidem honoratis eos, extollitisq́; factis vero reiicitis. armaque nostra inutilia nobis efficere vultis. Excutere scilicet de manibus nostris, verba illorum sancta & diuina; quibus nos ad scribendum, & contradicendum vobis, uti potuissemus. Quamobrem quantum ad nos attinet, liberastis nos curis. Vestram ergo viam euntes, ne amplius de dogmatibus, sed amicitia tantum causa, si volueritis scribite.*

En *Hunni*: hi sunt triumphi *Lutheri* vestri, ita passim non quadrigis ouans, sed manibus post terga reuinctis tanquam publicæ pacis & fidei perduellis, ad rogum vel furcas abductus est. Quibus iudiciis & si ipse passim tanquam furens amensq́; reluctatur, sibique iniuriam factam per superos & inferos iurat; tamen non ita stulti sumus, vt ipsius ruditib⁹ tot Sanctissimorum, Doctissimorum, Nobilissimorum denique & præstantissimorum, Pontificum, Imperatorum, Principum, Doctorum, vniuersi deniq; orbis Christiani decreta postponamus. Docet

nos

nos quotidiana experientia,atq; olim *Donatistarum* causa docuit,*omnes victos iudices suos criminari solere.* Itaq; quo responso Cauilla Donatistarum Augustinus, eodem nos boatus Lutheri repellimus: *Eat nunc pars Donati* (Lutheri) *totiens improbata, totiens calūniosa, totiens mendax, totiens confutata, totiens modis omnibus superata atque confusa: adhuc iactet iudicem à nobis fuisse corruptum: Quasi vox alia victis esse consueuerit. Prorsus Iudex corrumpendus fuit, vt quod illi bene egerant, illius infirmaret authoritas. Quid igitur adhuc miseri seducimini ab Episcopis vestris, quorum fallaces tenebræ clara luce discussæ sunt, quorum apparuit error, quorum pertinacia superata est? Quid adhuc vobis iactant vana mendacia? Quid adhuc creditis hominib. victis? Cum vobis dicunt, iudicem præmio fuisse corruptum, quid nouum faciunt? Quid aliud omnes victi facere consueuerunt, qui veritati consentire nolunt, nisi vt de Iudicis iniquietate mentiantur.*

August. ad Dona. post collat. c. 34 Ibidem c. 8.

Sequitur noua rebellionis Lutheranæ cōparatio, quam hic vanarum laudum præco similem dicit Goliathi & Dauidis Monomachiæ, perinde, (quod impium est dictu) ac si Pontifex & Imperator Romanus, Philistæi facti, *Lutherus* autem, sentina impietatis, Rex & Propheta in Israël, vir secundum cor & animum Dei. Sed rationem similitudinis audiamus.

Lutherus comparat° Dauidi, Pōtifex Goliatho.

Lutherus in Epistola Germanica, quam inscri-

inſcripſit, *Fidelis Admonitio ad omnes Chriſtianos,pro ſeditione & rebellione præcauenda: Inſpice*, inquit, *facta mea. Nonne ego Papæ, Epiſcopis, Presbyteris & Monachis, ſolo ore, abſque omni ictu gladii, plus ademi, quam illi hactenus omnes Imperatores, Regeſque & Principes, cum tota potentia ſua ademerunt? Quare? quia Daniel 8. cap. dicit, hunc regem abſque manibus conterendum eſſe. Et Paulus. Iſte deſtruetur ore Chriſti. Ego vtique certus ſum, verba mea non eſſe mea, ſed verba Chriſti. Oportet igitur & os meum illius eſſe, cuius verba loquitur. Idcirco non opus eſt, petere corporalem ſeditionem, Chriſtus ipſe iam quandam incepit ore ſuo, quæ Papæ nimis grauis erit.*

His nunc verbis tanquam veris inſiſtit Hunnius, atque inde rationem ſimilitudinis ſuæ petit. *Pontifex*, inquit, *tanquam fortis quidam & corpulentus Goliath, haſta gladioque armatus, cunctis externis hoſtibus ſuperior fuit, adeò vt potentiſſimi quique Cæſares* bella illi mouentes *operam luſerint*. At LVTHERVS (audi prodigium) tanquam paruulus DAVID, funda & baculo munitus, id eſt, calamo & ſcriptis ſuis, voce & concionibus ſuis, precibus denique ſuis & votis, cum hoc gigante congreſſus, ita aduerſus eum tonuit, fulgurauit & fulminauit, ita eum in pectoribus fidelium, atque intimis animæ fibris hærentem proſtrauit, *vt* (ſi credere fas eſt) *vnam poſt aliam victoriam,*

ſuc-

successum largiente Deo, reportarit gloriosissime.

Deum immortalem! quis tantum fulminatorem & fulguratorem, tantum victorem & triumphatorem *Lutherum* credidisset? *Ioui* olim fulgur, filiis verò *Zebedæi* Dominus asscripsit tonitru; Corrigit vtramque sententiam Hunnius, & vtrumque telum vni Luthero in manus dat. Vt omnino nunc necesse habeamus dicere: *Diuisum imperium cum Ioue Luther habet.*

Sed & magnus ille Victoriæ Genius, *non ad diem vnum spirans, aut exiguo tempore vigens, vt Macedonum: neque in terra tantum potens, vt Laconum: aut mari, vt Atheniensium, neque sero commotus, vt Persarum, neque subito sopitus, vt Colophoniorum, sed iam inde a principio adolescens, densisque Victoriis augens Rempublicam aduersus Barbaros & Græcos, vt Romanorum, qui trophæa alia super alia erexerunt, triumphos triumphis cumularunt, prioremque in armis sanguinem adhuc calidum secundo occupato eluerunt: Qui victorias non interfectorum & spoliorum multitudine numerarunt, sed captis regnis, subactis gentibus, insulisque & continentibus ad magnitudinem Imperii accedentibus*: Hic inquam tantus Genius quomodo nouum hominem *Lutherum* incessit? Numerate pugnas, recensete victorias, colligite triumphos, aceruis incredibilibus cumulatos. Heu magnus no- Plutarch. lib. de fortun. Rom.

bis Heros propositus est! Age Christiani surgite omnes, concurrite, conclamate ad tubam *Hunnii*; *Lutherus, fulminator, fulgurator, Germanicus, Gallicus, Anglicus, Belgic⁹, Polonicus, Lituanicus, Hungaricus*, & plus vltra, etiam *Calicuticus, Pius, Felix, Inclytus, Victor ac triumphator semper Augustus.*

Lutheri Imperatorius Titulus.

Futilissimi homines, *Ingentes animos, angusto in pectore versant.* Sed nolo hanc iterum mouere *Camerinam.* Paulo ante, hoc ipso capite, diximus, & infra iterum Deo volente dicemus, quantum laudis & gloriæ habeat, quantum laboris & industriæ, publicè turbas dare, sectas inducere, potestates criminari, statuta maiorum infringere, *Arcesileo* bello, *Catilinaria* factione, *Arriana* peste omnia inuoluere, supera inferis miscere, aliquo vsque grassandæ progredi, cladem etiá Christo inferre, præsepia eius coarctare, latentes hircos libidinosis pascuis agglomerare, posita disciplinæ repagula infringere, denique omnibus optata præstare, famelicis cererem, sitientibus Bachum, prurientibus Venerem subministrare: Talem gentem condere, tantæ molis non est. Nam (vt ille ait) sponte sua, sine flagris aut stimulis

Turbas dare, inglorium & facile.

Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam,
Florentem cytisum sequitur lasciua capella.

Virg. Ecl. 2.

Numquid verò non alius est, qui hanc *Lutheri* impudentiam audaciamque limitari ausit?

ausit? Diximus supra, omnibus semper hæreticis hanc aleam fuisse subeundam, vt noua dogmata disseminaturi, contra Pontificem Romanum, totamque Catholicam Ecclesiam motus susciperent, totque potentissimorum ac spectatissimorum virorum odio se se onerarent, quæ arrogantibus turbulentisq; ingeniis leuis atq; optabilis fortuna videtur. De HVSSO gloriatur itidem *Johannes Agricola Islebiensis, Præfat. vitæ eius, quod solus absque omni ope & consolatione humana, contra maximas duas potestates super terram, nempe Cæsarem & Papam, contra Sacros & Ecclesiasticos Doctores steterit; ac*(quod falsum est)*vicerit*: nisi forte vincere idem sit, quod in puluerem ac cineres redigi, debitáq; flagitiis mercedẽ asportare. Superest vna ab *Hunnio* allegata scriptura, q̃ sicco pede trãsire nolumus. Apostol⁹ *2.Thess.2.v.8.* exitum Antichristi descripturus: *Tunc*, inq̄t, *reuelabitur ille iniquus, quẽ Dominus Iesus interficiet Spiritu oris sui, &*(q̄ verba Hunni⁹ malitiosè omittit)*destruet illustratione aduentus sui.* Eodem modo *Daniel* c.8.v.23.& seqq. *Et post Regnũ eorũ consurget Rex impudẽs facie, & intelligens ꝓpositiones, & roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis: & supra quam credi potest, vniuersa vastabit, & prosperabitur & faciet. Et interficiet robustos, & populũ Sanctorũ secundũ voluntatẽ suã, & dirigetur dolus in manu eius: & cor suũ magnificabit, & in copia rerũ*

Explicatio duarũ scripturarum, de interitu Antichristi, quibus Hunn. abutitur.

omnium occidet plurimos: Et contra Principem Principum consurget, & SINE MANV CONTERETVR.

His verbis innui vult *Hunnius*, Antichristum, quem putat Pontificem Romanum, opera ministrorum Euangelicorum (sic nominari gestiunt *Lutheri* discipuli) detegendum, oppugnandum, & multis membris ad suas partes pertractis exuendum, adeoq; vires eius magnopere infringendas. Sed hanc interpretationẽ ineptã & falsam esse primũ ex eo patet, quod Antichristus non solũ debilitandus aut frangendus, sed planè interficiendus, & quemadmodum postea dicemus, cum suo armigero viuus ad inferos detrudendus dicitur: quod de nullo vnquam Pontifice vel LVTHERI vel alterius hæretici opera contigisse constat. Deinde si Prouinciarum aliquot à fide Catholica abductio, Spiritus est oris Christi, Antichristum interficientis, quam dudum ante LVTHERVM hæretici prisci Antichristum interficere cœperunt, quibus semper fuit negotium, vt ait Tertullianus, *non ethnicos conuertendi, sed nostros euertendi. Hanc magis gloriam captant, si stantibus ruinam, non si iacentibus eleuationem operentur: Quoniam & ipsum opus eorum non de suo proprio ædificio venit, sed de veritatis destructione. Nostra suffodiunt, vt sua ædificent.*

Quid sit Antichristum interfici Spiritu oris Christi.

De Præscript. c. 42

Tertio ipse Apostolus explicat, quomodo Chri-

Christus Antichristum spiritu suo interfecturus,& vt ait *Daniel,* siue manu contriturus sit:cũ subdit: *& destruet eum illustratione aduentus sui.* Quæ verba quia instituto suo parũ apta sensit *Hunnius*, callidè omisit. Sẽsus autem est: Antichristum numerosissimo exercitu contra Ecclesiam in monte Oliueti insurrecturum,ab ipso Christo,subsidio cœlitus veniente coarctatæ sponsæ suæ,interficiendum. At quomodo? non manu aut telo hostili, sed spiritu oris sui, id est: præsenti, glorioso, terrifico, & imperioso mandato, quo eum viuum cum suo armigero ad inferos detrudi, adeoque potestate sua exui,& è medio tolli iubebit:(quod sępe interficiendi verbo notari, nostri rectè annotarunt) reliquo interim exercitu prostrato, & ad direptionem auium mactato. Docet hoc expressè *S. Ioannes Apocal. 19. v. 17.* & seqq. *Et vidi vnum Angelum stantem in sole, & clamauit voce magna, dicens omnibus auibus quæ volabant per mediũ cœli, venite & congregamini ad cœnam magnam Dei: vt manducetis carnes Regũ, & carnes tribunorum, & carnes fortiũ, & carnes equorũ, & sedẽtiũ in ipsis, & carnes omniũ liberorum, & seruorũ & pusillorũ, & magnorũ. Et vidi bestiam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos, ad faciendum prælium cum illo, qui sedebat in equo, & cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia, & cum ea Pseudopropheta, qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos,*

Ribera in c.19. Apoc. n.33. 34.

Arrige aures Hunni.

qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerũt imaginẽ eius. Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure: Et cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius, & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

Luthero impurissimo & obscœnissimo scurræ, spiritum oris Christi tribuere blasphemum.

Postremò, spiritũ oris Christi impurissimo, mẽdacissimo, calumniosissimo, spurcissimo Luthero, cuius lingua non tã pretiosum Diuinorũ eloquiorũ balsamum, quam vipereũ horribiliũ calumniarum virus, & obscœna quæuis stercora, & merdas profudit, tribuere, profectò nefas est morte piandũ. Crediderim ego *Mani* potius aut *Carpocrati* aut *Arrio* hunc spiritum infuisse, quàm *Luthero*. Nam precandi studiũ quod attinet, inuenio quidem illum vespere post Cœnam distento cibis & potu ventre, aliquantulum in habitaculo per fenestram orasse. At quam seriò, docet ipse *in Cõuiuialib. pag. 149. Quod si ego tã deuotus essem ad precandum, quã cupidus mane est ad Offam Petri VVelleri canis, cito nouissimũ diem accelerarẽ.* Docuit idem iam dudum *Georgius VVicelius* libello de Oratione, Ieiunio & Eleemosyna. *Nulla,* inquit, *gens viuit super terram, quæ non oret, & orationis opus valere non sinat, siue sint Christiani, siue hæretici, siue Iudæi, Pagani, Turcæ, Insulani, &c. Sola secta Lutherana multis iam annis contra hoc opus in publicis concionibus vbique pugnauit. Quid orare, quid orare? Orando parum effi-*

Cochl. in Act. Anno 46. p. 316.

Lutheri preces qualse.

VVicelius de odio Lutheranorũ aduersus precandi studium.

cies coram Deo. Ad hoc citabant verba Christi Matth. 6. & 23. vbi Dominus reprobat Pharisæorum orationes. Et Ioan. 4. vbi Samaritarum orationem reprehendit. Hic obiiciebant ex Psalmo. Oratio eorum fiat in peccatum: hic damnabant septem horas Sacerdotum, præ quibus Deo gratius sit, vel asinum rudere, vel infantem vagire: hic reiiciebant consuetas Laicorum preces: hic nihil erat boni in cunctis libellis precatoriis, siue Latini essent siue Teuthonici: hic nulla recipienda erat oratio, præterquam Pater noster, quamuis & ea oratio cum cæteris in desuetudinem abibat: hic breuis debuit esse oratio, si omnino orandum erat, quia DEVS oris preces non curaret: hic irridebantur viduæ, velut sanctorum deuoratrices, quæ flexis genibus iacebant & orabant: hic exibilabantur eæ preces, quæ in confessione fuerant iniunctæ. Quæ ergo concio facta est, in qua oratio ieiuniumque non vellicarentur? Id autem verum esse, ex eorum plebe cognoscitur, quæ assiduis declamationibus tam longe ab hoc opere abducta, vt perpauci sint, qui vel orent, vel in hebdomada semel orare cogitent. Quanta est turba eorum, qui in toto mense vno aut altero, ne semel quidem integre dicant vnum Pater noster? *Tam rarum igitur (ne dicam contrarium) eis factum est hoc opus, perinde ac si desierint esse Christiani.* Psal. 108

Deni-

Cochl. vbi supra.p.319

Deniq; fac Lutherum ardentissimè quotidie orasse: quid orauit? *pro Deo scilicet (Turcice) & sancto eius Euangelio, vt ei prosperè succederet*, quemadmodum iam moriturum astantibus iniunxisse Ionas refert, atq; etiam vita eiusdem per Melancht. & Matth. Ritter edita. *O sanctitatem miraculosam*, inquit Cochlæus, *& apud Christianos nũquam prius auditam, quod nouus Saxoniæ Apostolus, tota die secularibus intentus negotiis, prandiiq; & cœnæ crapulà oneratus, omissis totius diei horis canonicis, paululum antequam cubitum iret, in fenestræ prospectu orasse deprehensus est: cuius hæresi ac scelere tot per omnem fere Saxoniam, Pomeraniã, Daniam, Sueciã, & Noruegiam Monasteria, & collegiatæ Ecclesiæ atq; etiam cathedrales (non solum omissis, sed etiam publica violentia prohibitis & interdictis Missis & horis Canonicis) desolantur, & à Dei laudibus obmutescunt die noctuq́;, & ab omni cultu solennitateq́; veteri cessant.*

Lutheri gloria, strenuè maledicere.

Iam quod frigidis Lutheri precibus stylum quoque eius κεραυνοβόλον adiicit Hunnius, stultè quidem, sed tamen ex sententia Præceptoris sui, qui iam dudum *tom. 5. Ienen. fol. 309. a. b.* sic scripsit. *Hæc mea gloria honorque erit, sic omnino audire volo, quod plenus conuitiorum, reprehensionum & maledictorum in Papistas sim.* Et paulo post: *cum illis nequam in sepulchrum vsq; iurgabor & rixabor, nec vllum bonum verbum ex me audient. Imo meis*

Tom. 3. VVitt. fol. 465.

tor-

tonitruis & fulgetris sepultura eorum signum dabo. Et in Conuiuialibus fol.313. *Queruntur multi, putantq́ me nimis vehementem & acrē aduersus Papatum fuisse. Ego autem queror, quod nimis lenis mitisq́ fuerim. Vellem mera me tonitrua aduersus Papatum loqui posse, ac verba singula, singula fulmina esse.*

At quæ hæc laus, obsecro, rabiosi canis instar in obuios quosq; furere, mordere, spumare, rodere, brutis fulminibus in summos & infinitos detonare, iram leoninam in pelle asinina demonstrare, famam innocentum lacerare, potestates criminari, denique speciosam causam contemptissimis præsidiis tueri, atq; vbiq; furentem Herculē vel Aiacem imitari? Non est hic spiritus mansuetudinis, non spiritus Prophetarum aut Apostolorum, quorum se Lutherus reformare Euangelium venditat. Diaboli hi dentes, vnciq; pedes, ac lingua criminatrix est, quod iamdudum præter Catholicos ipsi etiā *Caluinistæ* vero augurio annotarunt. *Edidit* (inquiunt Tigurini in confess. Germ.) *superioribus diebus Martinus Lutherus librum, &c. qui plenus est dæmoniis, plenus impudicis dicteriis, scatet iracundia & furore, adeò vt omnes, qui tantum non cum ipso insaniunt, satis admirari nequeant, hominem tam senem, tam exercitatū tantæ existimationis, non potuisse suos sensus aliter cohibere, quò minus tam excandesceret.* Lutheri maledicentia.

Similiter *Zuinglius* Respons. ad Lutheri librum

librum de Sacramento. *Hic* inquit *Dei verbum, non vesana illa conuitia, quibus nos Suermeros, dæmones, fanaticos, nequam, hæreticos, latrones, seditiosos, simulatores, hypocritas*, troß / boß / ploß / Donder / po / pu / pa / plump / ꝛc. *& quid non esse calamitas, victoriam obtinebit. Tu leges fingis, iuxta quarum præscriptum Scripturæ sanctæ intelligi debeant, quas alioquin in tuo sensu minus asserere & tueri potes. Insignem quandam laudem tibi vendicas, & multum de te gloriaris, vtpote qui tuis laboribus ac industria scripturam sub scamnis, & subselliis in tenebrarum caligine latitantem, in lucem produxeris. Te iræ affectu correptum, furere & insanire, non equidem negare poteris, si modò librum tuum quem tute scripsisti, probè perlegeris. Tanta enim conuiciorum copia & peruersarum opinionum multitudo, & charitatis fonte, ex diligenti animi consideratione, ex præmeditato studio proficisci non potest.*

S. Hieron. Epist. 85. ad Euagrium

Quæ cum ita sint, nobis tubâ Euangelicâ clangat, non follis conuitiorum & mendaciorum *Lutherus*, sed *filius tonitrui, quem* IESVS *amauit plurimum, qui è pectore Saluatoris doctrinarum fluenta potauit.*

XIII. Æ.

XIII.
ÆGIDIVS HVNNIVS.

*Contemptim Luthero * nostro Papicolæ solent obuertere, nullis eum claruisse miraculis: In sua verò Ecclesia (Pontificia) edi signa & prodigia. Valeant illi cum suis prodigiis, quæ à * Pseudoprophetis & Pseudochristis editum iri, per cooperationem Satanæ, Christus olim discipulis suis prædixit, & Paulus ex Spiritu sancto pronunciauit. Lutherum quod attinet, satis est * miraculi, quod vnus ipse prope totius mundi sustinuit impetum, quod solo verbo sine vllo armorum strepitu contra omnem humanam potentiam & resistentiam diuinum illud saluificæ religionis opus, Deo excelso fretus, instaurauit, doctrinamque Christianam, non ab errore vno vel altero vindicauit, sed ab erroribus ad vnum omnibus in solidum * repurgauit.*

CON-

*Miser Lutherus à Dei & hominum vocatione nudus, curris antequam mittarur, nec vel claudum canè sanare potest.

*An tantū ab illis? Nulla à veris ac bonis Christianis? vbi ergo illud Ioan. 14. & Marc. vlt. de quo infra. Valeas ergo tu cū prodigiosa malitia tua.

* Magnum scilicet miraculum, exposita esca ingentem muscarum & formicarum & gurgulionum copiam cogere.

* Non secus scilicet ac prisci illi repurgatores, Manes, Eutyches, Arrius, Mahometes, vt vix vestigium priscæ fidei reperias.

librum de Sacramento. *Hic* inquit *Dei verbum, non vesana illa conuitia, quibus nos Suermeros, dæmones, fanaticos, nequam, hæreticos, latrones, seditiosos, simulatores, hypocritas*, troꝧ / boꝧ / ploꝧ / Donder / po / pu / pa / plump / ꝛc. *& quid non esse calamitas, victoriam obtinebit. Tu leges fingis, iuxta quarum præscriptum Scripturæ sanctæ intelligi debeant, quas alioquin in tuo sensu minus asserere & tueri potes. Insignem quandam laudem tibi vendicas, & multum de te gloriaris, vtpote qui tuis laboribus ac industria scripturam sub scamnis, & subselliis in tenebrarum caligine latitantem, in lucem produxeris. Te iræ affectu correptum, furere & insanire, non equidem negare poteris, si modo librum tuum quem tute scripsisti, probè perlegeris. Tanta enim conuiciorum copia & peruersarum opinionum multitudo, & charitatis fonte, ex diligenti animi consideratione, ex præmeditato studio proficisci non potest.*

S. Hieron. Epist. 85. ad Euagrium

Quæ cum ita sint, nobis tubâ Euangelicâ clangat, non follis conuitiorum & mendaciorum *Lutherus*, sed *filius tonitrui, quem* IESVS *amauit plurimum, qui è pectore Saluatoris doctrinarum fluenta potauit.*

XIII.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

Contemptim Luthero * *nostro Papicolæ solent obuertere, nullis eum claruisse miraculis: In sua verò Ecclesia (Pontificia) edi signa & prodigia. Valeant illi cum suis prodigiis, quæ à* * *Pseudoprophetis & Pseudochristis editum iri, per cooperationem Satanæ, Christus olim discipulis suis prædixit, & Paulus ex Spiritu sancto pronunciauit. Lutherum quod attinet, satis est* * *miraculi, quod vnus ipse prope totius mundi sustinuit impetum, quod solo verbo sine vllo armorum strepitu contra omnem humanam potentiam & resistentiam diuinum illud saluificæ religionis opus, Deo excelso fretus, instaurauit, doctrinamque Christianam, non ab errore vno vel altero vindicauit, sed ab erroribus ad vnum omnibus in solidum* * *repurgauit.*

CON-

*Miser Lutherus à Dei & hominum vocatione nudus, curris antequam mittatur, nec vel claudum canẽ sanare potest.

*An tantũ ab illis? Nulla à veris ac bonis Christianis? vbi ergo illud Ioan. 14. & Marc. vlt. de quo infra. Valeas ergo tu cũ prodigiosa malitia tua.

* Magnum scilicet miraculum, exposita esca ingentem muscarum & formicarum & gurgulionum copiam cogere.

* Non secus scilicet ac prisci illi repurgatores, Manes, Eutyches, Arrius, Mahometes, vt vix vestigium priscæ fidei reperias.

CONFVTATIO.

Lib. 5. c. 13. ABIVS QVINTILIANVS Oratoriæ Institutionis Magister, dum causidicos suos ruinosarum, plerumq; causarum Patronos callidis ad victoriam strategematibus instruit, etiã hoc inter alia præceptum illis dat, vt difficilores aduersæ partis rationes aut firmamenta, quibus iudicis animus in transuersum adigi, victoriaq; anceps reddi posset, non tam copiosè & neruosè refutare, quàm tenuiter & scopticè eleuare, aut omnino silentio præterire, eque medio conspectu summouere nitãtur. *Quædam enim sunt*, inquit, *quæ neq; negari, neq; defendi, neq; transferri possunt. Quare illud stultissimè præcipitur, quod defendi non possit, silentio dissimulandum, siquidem est id, de quo Iudex pronunciaturus est. At si extra causam sit adductum, & tamen coniunctum, malim quidem dicere, nihil ad quæstionem, nec esse in his morandum, & minus esse, quam aduersarius dicit: tamen velut huic simulationi obliuionis ignoscã. Debet enim aduocatus pro rei salute breuem negligentiæ reprehensionem non pertimescere.* Isto artificio causidicus noster HVNNIVS: id est ruinosissimæ partis Lutheranæ Patronus, hoc loco nobis imponere, grauissimamque Catholicorum exceptionem de Luthero hæresiarcha temerè, petulanter, impiè, sine vlla

vlla vel diuinæ vel humanæ vocationis authoritate ad publicum docendi reformandique munus sese intrudẽte, quasi glaucomate ob oculos obiecto tegere, & futili excusatione è medio subtrahere conatur. Astuto quidem, sed frustraneo conatu. Sunt enim & nobis per DEI gratiam *Rhinocerotes*: Sunt Aquilæ, tectoria fraudum, nebulasq; luminis acie penetrantes, quę è latibulis hanc vulpeculam extrahere, publicoq; conspectui reddere queãt. Age igitur Hunni, quid grunnis? *Contemptim*, inquis, *Papicolæ Luthero nostro obuertere solent, nullis eum claruisse miraculis, quæ in sua Ecclesia edantur.* Itane vero contẽptim ista Catholici? quis eos tã rudes ac bardos existimasset? *O Phormio*, alius *latet anguis in herba.* Non tam ista nos contemptim, quã tum contemptim nostra profers. Fortiores Ecclesia lacertos habet, nec tam frigidè arietes suos impellit. Veni ergo, vide quid Luthero tuo obuertamus.

SINE VOCATIONE LEGITIMA DOCENTIBVS NON PRÆBENDAS AVRES.

Scis *Hunni* DEVM OPT. MAX. pacis & ordinis amatorem, bifariam Ecclesiæ suæ (vel ipso *Luthero* teste) Pastores prouidere solere: Vel ordinaria per homines vocatione, cum ab Apostolis aut Apostolicis viris consecrati Episcopi, alios deinceps ad finem mundi

Tom. 6. Germ. fol. 349. Epist. ad Lauren. Cast.

Vocatio duplex ordinaria.

mundi eodem ordine muneribus Ecclesiasticis consecrant ac destinant Pastores, vt vera maneat vox illa Apostoli: *Dedit quosdam Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores & Doctores, ad consummationem Sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem coporis CHRISTI: donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filii DEI, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis CHRISTI*, quemadmodum *Lutherus* ipse *Comment. 1. cap. ad Gal.* Et *Iacobus Andreæ Colloquio Badensi ad 2.3.5.& 6.artic.* rectè hanc ordinariam vocãdi rationem admiserunt. Vel extraordinaria à se ipso missione, cum sine hominũ suffragiis, in extrema mundi corruptela aliquos mittit, quorũ opera tanquã violento pharmaco, reliquis locum nõ inuenientibus hominum malitiam & religionis corruptelam corrigat: quemadmodum alius quidã Sectarius, hanc alteram vocationis speciẽ describit, qui & hoc præsenti causæ vtilissimũ addit: DEVM *quotiescunq; tales dederit, semper eos singularibus donis & testimoniis Spiritus sancti ornasse: & Prophetis quidem dedisse vim miraculorum aliquando: frequenter facultatem futura prædicendi: quibus CHRISTVS adiecerit in missione Apostolorum dona Spiritus S. peritiam linguarum, sanationum, veram scripturæ interpretationem.*

Ephes. 4. 11. & seqq.

Extraordinaria.

Benedict. Aretius Problem. 63. de Ministerio.

Porro scis *Hunni*, Anno abhinc fermè nonage-

nagesimo *Lutherum* vestrum, *Augustiniana* prius familiæ Monachum pristina fide & regula deserta, nouas in Ecclesia religiones spargere, receptos cultus & ceremonias abrogare, Catholicā salutis rationem damnare, inauditas deniq; & insolitas in cœlum v as struere cœpisse, vosq; ipsos adhuc eius statutis tanquam Apostolicis decretis stare & gloriari. Scis itidem, quam graue in religione momentum habeat, nouis Doctoribus facilè aures præbere, recipere eos, qui nullo vocante currunt, nullo mittente docent, nullo inspirante vaticinātur: quàm grauiter in eos Dominus, quàm acerbè ipse Lutherus inuehatur. Qui præterquam quod eos passim fures, nebulones, subreptitios vocat, hęc etiam durissima aduersus eos spicula eiaculatur.

Lutheri z lus aduersus prædicatores non vocatos.

Tom. 5. Ienens. fol. 491. *Primum* inquit *hac ratione optimè & facilimè deprehenduntur, cū de vocatione sua interrogati, quis eos arrepere, aut venire, atq; in angulo concionari iusserit, neq; respondere possunt, nec mandatum vllum allegare. Atq; ego dico profectò, huiusmodi subreptitios si nihil in se maculæ præterea tenerent, meriq; sancti essent, hæc tamen vna ratio, quod iniussi & non vocati subrepserunt, Diaboli ipsos nuncios & Doctores efficaciter conuincere potest.*

Eodem modo *tom. 2. Ien. fol. 455. 456* Admonitione ad Senatum Mulhusinum. *Senatus* inquit *prædicatorem illum haud vocatum*

ſiſtat coram ſe, & ſi fieri poteſt, coram tota concione, eumq́ interroget, quis ipſum ad prædicandum miſerit aut vocauerit? neque enim Senatus fecit. Si igitur dicat, DEVM eiuſque Spiritum ad modum Apoſtolorum ſe miſiſſe, facite confirmet hoc ſignis & miraculis aut illi prædicatione interdicite: QVANDO ENIM DEVS
NB. ORDINARIVM MODVM VVLT MVTARE, SEMPER ADIVNGIT MIRACVLA.

Item tom. 5. Ienenſ. fol. 497. *Monitus ſit Magiſtratus Eccleſiaſticus, monitus Magiſtratus ciuilis, moniti ſint omnes Chriſtiani & ſubditi, vt ſibi ab eis caueant, neq́ eos audiant: Scientes quotquot ipſos tulerint, aut audiuerint, eos ipſum Diabolum corporaliter audire, non ſecus ac ſi ex obſeſſo homine loqueretur.*

Item *tom. 5. Ienenſ. fol. 157.* ſuper Pſalm. 82. Adeò hanc vocationis neceſſitatem vrget, vt ne ſuos quidem, quantumcunque pios aut ſinceros, in loco Papiſtico, aut hæretico, clam, inſcio aut inuito ordinario loci paſtore concionari velit: *Etiamſi*, inquit, *purum Euangelium docere vellent: merique Angeli & Gabrieles è cœlis eſſent.* Quomodo & comment. in 1. cap. ad Galat. ait. *Si maximè quis etiam pio zelo & bona intentione velit ſana doctrina liberare ſeductos (irruendo in alienam meſſem quo non eſt vocatus) tamen exemplum malum orireitur.*

Quamobrem quod aliâs, libro quē *Fundamentum rationum vocat*, *quod Christianus omnem doctrinam iudicandi potestatem habeat*, ostendere conatur Lutherus: *Christianum in medio cœtu etiam sine vocatione ad docendum surgere debere, quando ordinarium loci pastorem errare senserit*, falsum est & his ipsiusmet assertionibus abunde confutatum. *Si enim malè docet quis* (inquit tom. 5. fol. 496.) *quid ad te? neque enim tibi de illo reddenda ratio.*

Et ibidem fol. 444. pœnā huiusmodi cursoribus decernit, *vt carnifici*, quem *Magistrum Ioannem* vocant, *tradantur*, *vtpote qui sine dubio seditionem, aut peiora in populo conentur excitare. Si enim à DEO essent & sinceri* (addit aliquanto post fol. 491.) *primò Pastorem conuenirent, cumq́ illo tractarent, vocationem suam demonstrarent, fidem exponerent, & tandem veniam docendi expeterent. Quam si is neget, excusatos eos coram DEO fore, pulueremq́ à pedibus suis excutere posse.*

Eodem modo auditores instruit eodē folio, vt hæc quærant ex subreptitiis Doctoribus: *Vnde venis? quis te misit? quis mandatum tibi dedit prædicandi? vbi habes sigilla & literas, quod ab hominibus missus sis? vbi miracula tua, quod à DEO sis ablegatus? Cur non conuenis nostrum Pastorem? cur ita clanculum ad me irrepis, & te condis in angulo? quare non publicè te sistis? Si filius lucis es cur lucem fugis?*

Deniq; *tom. 5. Ienens. fol. 156.* super Psalm. 28. *Tenetur* inquit *ciuis venientibus subreptitiis, priusquam eos audiat, aut docere sinat, Magistratui ipsos indicare, atq; etiam Pastori, cuius ouis est, si hoc non facit, sciat se tanquam inobedientem suo Magistratui, contra iuramentum suum delinquere, & tanquam contemptorem Pastoris sui, cui honorem debet, contra* DEVM *agere, atq; ipsummet reum esse, cumq; illo subreptore furem & nequam.*

LVTHERVM NVLLA DIVINA VOCATIONE EXTRAORDINARIA SVBNIXVM FVISSE.

Hæc cum ita sint *Hunni,* vel ipso *Luthero* teste & iudice: & verò eius ministerium totius orbis Christiani, omniumq; seculorum consensui aduersissimum, non minus nobis suspectum sit atq; esse debeat, atq; ipsi fuerunt ii, contra quos superiores leges posuit: æquũ est vt iisdem se legibus iudicari, eadem lance ponderari sinat. Seruato igitur cõmuni iure ac formula, non cõtemptim sed seriò & grauiter ex eo sciscitamur: *Vnde venis Martine Luthere? quis te misit? quis tibi mandatum dedit concionandi? vbi habes sigilla & literas, quod ab hominibus missus sis? vbi sunt miracula tua quod te* DEVS *miserit?* Nam iura quidem Cæsarea sanciunt, neminem quantacunque mandata Imperatoria, qualicunque dignitate prætendentem, admittendum esse

Tom. 5. Ienens. fol. 491. a. b. Sic Iodocus Clichtouæus in propugnaculo Ecclesiæ contra lib. Luth. de Formul. Missæ.

esse, nisi Imperatoris literas in testimonia exhibeat, *l. vnica, C. de mandat. Princip. &* *l. prohibitum est. C. de iure fisci, lib. 10.* Ipse verò scribis DEVM *quotiescunque ordinarium mutare modum velit, semper miracula adiicere solere.* Scribit Achates tuus *Philippus: Nunquam in magnis tenebris DEVM nouos vocare Doctores, quin semper eis addat testimonium miraculorum, vt certò sciamus à DEO missos esse.* Denique ipse fassus es olim, Anno 23. (*Concione Ascensionis Domini*, quæ tamen posteà miserè interpolata est) *flagitante necessitate atque hostibus Euangelii vrgentibus, tibi omnino periculum faciendum, ac signa edenda, potius quam Euangelium premi ac contemni sinas.* Age ergo, fac nunc signa, vt te à DEO missum sentiamus: En flagitat necessitas, vrgent hostes, postulat CHRISTI gloria, & multorum hominum salus, qui de vocatione tua dubii Euangelium tuum fraudes & imposturas meras esse sentiunt. Iuua hos, ostende te, quem iactas D. N. IESV CHRISTI Euangelistam. *Tom. 6. VVittenberg. fol. 165.* Euangelistam Wittebergensem. *Tom. 9. VVittenb. fol. 169. b. to. 2. Ienens. fol. 119. a.* Prophetam. *Tom. 7. Ienens. fol. 446.* Apostolum. *Sympos. fol. 296. tom. 2. Ienens. fol. 92. b.* Sanctū Domini DEI. *Tom. 2. Ienens. fol. 92. tom. Ienens. fol. 353.* Angelum. *Tom. 2. Ienens. fol. 49. a.*

Tom. 2. Ienens. fol. 458.

Philip. in cap. 3. Mat.

Lutheri tituli assertitii.

Denique Os CHRISTI *Ibidem fol. 68.a.* Et Eliam Thesbiten. *Sympos. fol. 492.* De quo sane prædictum est, quod aduersus Antichristum venturus, *igni prodituro ex ore suo, deuoraturus sit inimicos suos, potestatemq; habiturus claudendi cœlum, ne pluat diebus Prophetiæ suæ, & aquas conuertendi in sanguinem, & percutiendi terram omni plaga quotiescunq; voluerit.* En habes virtutem *Eliæ*, cuius locum si tueri voles *Luthere*, necesse est elumbes istos ac segnes digitos abiicias.

Apoc. 11.

Atque hæc est causa *Hunni*, iustissima vt puto & æquissima, ob quam *Lutherum* tuum miracula poscimus, quæ nisi impostor esset, nunquam illi excelsa DEI manus fuisset negatura. Nunquam enim, vt supra *Melanchton* vester dicebat, *in magnis tenebris, DEVS nouos vocat Doctores, quin semper eis addat testimonium miraculorum, vt certo sciamus à DEO esse missos.* Idq; videmus primum in missione MOYSIS, qui cum extraordinariè à Domino ad populum mitteretur, ne de eius fide dubium vllum esset, virtute miraculorum instructus, virgamque in colubrum, colubrum in virgam mutare, manum sanam, leprosam; leprosam, sanam efficere doctus est, dicente Domino. *Si non crediderint tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis. Quod si nec duobus quidem his signis crediderint, neq; audierint vocem tuam, sume aquam flumi-*

In c.3. Mat.

Moses nō sine miraculis missus.

Exod. 4. 1. & seqq.

fluminis & effunde eam super aridam, & quicquid hauseris de fluuio, vertaur in sanguinem.

Idem apparet in missione Apostolorum Matth.10. *Euntes prædicate, dicentes: appropinquauit regnum cœlorum, infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, Dæmones eijcite.* Quo illi tam euidenti testimonio instructi, *alacriter profecti prædicauerunt, vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis*: Denique ipse Dominus, quia à cōsueta docendi ratione nonnihil deflectere videbatur, hoc violento argumento fidem sibi inter Iudæos quærere coactus est: quemadmodum *Johanni* in vinculis respondens, *cæci*, inquit, *vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.* Et Iohan.10. 25. *Opera quæ ego facio, in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me.* Et v.35. *Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis & credatis, quia pater in me, & ego in Patre.* Denique Iohan. 15. & 24. *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt & oderunt & me, & Patrem meum.* Atque hæc ipsa virtus nondum in Catholica Ecclesia emarcuit, quemadmodum ipsi *Centuriatores Magdeburgenses* in singulis centuriis *cap.13.* memorabiliora singulo-

Apostolorum missio cum virtute miraculorum cōiuncta.

Marci vlt.

Christ' doctrinā suā miraculis confirmauit.

Matth.11.5.

Miracula Ecclesiæ.

Vide Bellarm. lib. 4. de Notis Eccles. c. 14 Et Iodoc. Coccium Tõ. 1. Thesaur. Cath. pag. 1131. & seq.

gulorum seculorum miracula annotant, & historiæ certissimæ GREGORII THAVMATVRGI, *Antonii*, *Hilarionis*, *Martini*, *Nicolai*, *Cuthberti*, *Tharasii*, *Romualdi*, *Bernhardi*, *Francisci*, *Dominici*, denique nostro seculo *Francisci de Paula*, *Francisci Xauerii in Indiis*, & aliorum Sanctorum indubitate docent, de quorum admirandis operibus optimè cum *Richardo de Sancto Victore* dicere queamus: *Domine si error est, quod credimus, a te decepti sumus. Ista enim in nobis iis signis & prodigiis confirmata sunt, quæ non nisi a te fieri potuerunt*.

Libr. 1. de Trinit. c. 2.

Exceptio Hunnii.

Iam quod contra ista *Hunnius* noster excipit, nullam istis miraculis fidem, nullum pondus tribuendum esse, more maiorum suorum, id est hæreticorum facit, qui omni semper conatu tanquam bellum Soli indicentes, hanc Ecclesiæ gloriam impugnare non veriti sunt. *Celsum* testatur *Origenes* ipsius CHRISTI miraculis struxisse calumniam, *quasi ea Ægyptiis artibus fecerit*. Arrianos risisse miracula Sanctorum, GERVASII & PROTASII, S. AMBROSIVS author est. Vigilantius Gallus signa & virtutes, quæ in Basilicis Martyrum fiunt, dicebat incredulis, non autem credentibus prodesse. Sic VVALDENSES nulla vera in Ecclesia miracula fieri dixerunt, (Guido de VValdens. cap. 15.) & VVicleuus Dialogo maio-

Lib. 1. contra Celsum

Sermon. 9.

Hierony. contra Vigilant.

tis mendacij cap.16. vocauit eadem, *illusiones Diaboli somniatas.*

Sed videamus qua id ratione inductus asserat *Hunnius* noster. *Quia* inquit CHRISTVS, *&* APOSTOLI *Pseudoprophetas quoque & Antichristum per cooperationem Satanæ miracula edituros prædixerunt.* Profectò bella ratiocinatio: Antichristus edet signa & prodigia: Ergo quotquot miraculis coruscant, Antichristi sunt. Numquid verò solus Antichrist⁹ miracula facturus dicitur, nulla CHRISTVS & CHRISTI Ecclesia? Quid ergo illud est: *Amen Amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad Patrem vado.* Quid illud? *Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur, in nomine meo Dæmonia eiicient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt.*

Miracula Ecclesiæ quoq; promissa.

Ioh.14.12.

Marc.16.17.

En *Hunni*, miracula vera Ecclesiæ quoque veræ promissa, non falsa solum de Antichristo & Pseudoprophetis prædicta. Quorum signa, eo ipso quod cooperationi Satanæ asscribuntur, falsa & mendacia futura significantur. Quod vel inde patet, quod in *Apocalypsi* pro maximo Antichristi miraculo refertur, quod *ignem cælitus labi, & imaginem bestiæ loqui facturus sit,* hominibus quidem admirabili, sed tamen

Apocal. 13.

sibi

ſibi facili & non miraculoſa ratione, quæ nec minimam cum illis tremendis ſanctorum noſtrorum operationibus, cæcorum illuminationibus, mortuorum reſuſcitationibus, deſperatorum ſanationibus, comparationem habere poſſunt.

Iudæi cur videātur habuiſſe ſuſpecta Chriſti miracula.

Quapropter perindeq; facis *Hunni*, ac blaſphemi illi Scribæ ac Phariſæi, qui ſtupenda Domini miracula Principi Dæmoniorum *Beelzebuli* aſſcribebant, mentemq; liuore tabidam, magis ad Pſeudoprophetarum metum, quàm ad Meſſiæ venerationem intendebant: Propterea fortè, quod MOYSES præcepiſſet: *ſi ſurrexerit in medio tui Prophetes, aut qui ſomnium ſe vidiſſe dicat, & prædixerit ſignum, atque portentum, & euenerit quod locutus eſt, &c. non audies verba Prophetæ illius, aut ſomniatoris, quia tentat vos Dominus DEVS veſter.* Nihil cogitantes quod cōtra *Eſaias* prædixiſſet: *DEVS ipſe veniet, & ſaluabit vos: tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum, quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine. Et quæ erat arida, erit in ſtagnum, & ſitiens in fontes aquarum.* Hic quid blaſphemis iſtis Scribis ac Phariſæis pro Domino tuo reſponſurus fuiſſes *Hunni*? nonne id quod prudentes cenſent, ita ſiniſtro oculo Pſeudoprophetarum præſtigias cauendas, vt dextrum oculum non omnino à DEI potentia

Deut. 13. 1. &

Eſaiæ 61. 5.

In veris falſiſq; miraculis diſcernēdis, quæ prudentia adhibēda.

tentia & veritate auertamus. Fecit enim mendacia Diabolus, & faciet. Fecit mirabilia Dominus,& facturus est. Eodem modo tu in hac causa ita Antichristi ludibria time, vt non omnino mirificam CHRISTI manum elanguisse atque emarcuisse putes. Non minus enim in Ecclesia tuenda mirabilis Dominus, quàm in eadem oppugnanda fallax Diabolus futurus est.

At suppetunt alia causæ nostræ patrocinia. Quænam illa? *Lutheri* ipsius ad miracula patranda conatus, infelix successus, turpissima iactura, qui si solius Antichristi miracula duxisset propria, qua fronte eorum gloriam affectare ausus fuisset? At non solum *VVilhelmum Nesenum* Poëtam ac Pædotribam Francofurd. postea VVitteberg. in Albi submersum, vanis immurmurationib. ad vitam reuocare conatus est, quemadmodum COCHLÆVS *in Actis Lutheri Anno 23. pag. 76.* LAVRENTIVS SVRIVS *comment. rerum in orbe gestarum, Anno 1546. pag. 415.* VVILHELMVS LINDANVS *Dialogo 3. cap. 1.* DVBITANTII. TILMANNVS BREDENBACHIVS *libr. 7. collat. sacrarum cap. 5.* referunt. Verum etiam altero exorcismi frustraneo conatu vanitatem Euangelij sui euidenter omnibus prodidit: quemadmodum illi ipsi authores locis iam commemoratis testantur. Sed placet hanc historiam oculati potius testis authoritate firmare, clarissimi

Lutherus ipse conatus est miracula edere, sed frustra.

Nesenus.

rissimi

rissimi nempe viri, FRIDERICI STAPHYLI, qui in *absoluta Responsione contra Iacobum Schmidelinum pagin. 404.* hunc in modum scribit. *Possum ego redigere mihi in memoriam Anno 1545. dæmoniacam quandam puellam è Misnia ditione adductam Wittebergam ad Lutherum, ea spe, quod Lutherus ceu tertius Elias, puellam istam à malo Dæmone liberaturus esset. Quamuis autē Lutherus ad hoc admirandum & magni momenti opus initio non parum difficilem se ostenderet, at tandem tamen iussit puellam duci in Parochianæ Ecclesiæ Wittebergensis Sacrarium, illicque coram aliis plerisque doctoribus & eruditis viris (inter quos ego tum quoque iuuenis Magister aderam) dæmonem cœpit adiurare & exorcizare, sed id tamen more suo, non eo qui apud Catholicos receptus & vsitatus est. Cum autem diu multumque ille coniurasset dæmonem, cedere ille noluit, sed eas in angustias, sit venia verbo, Lutheri caligas redegit, vt is quamprimum è Sacrario se proripere vellet. At quid accidit? Malignus ille dæmon vsque adeò fores Sacrarii obstruxerat, vt neque forinsecus, neque intrinsecus aperiri possent. Quæ res Lutherum in maiores etiam angustias adduxit, ita vt iam ad fenestram properaret, sperans per eam se posse effugere, & exilire. Verum obstabant illi Cancelli ferrei: sicque compulsus est vna nobiscum tantisper inclusus hærere, donec per cancellos ferreos ab adituo nobis esset ob-* lata

Lutherus in Exorcismo quas angustias passus.

lata securis, mihique ceu Iuueni viro tradita, vt ea fores effringerem: quod equidem tum conatus sum, & ad effectum perduxi: Interea verò visu admirandum erat, vt Lutherus angoribus correptus sursum deorsumque cursitaret, atque instar ouis parturientis huc illucque se se inuerteret. Non dissimilia his duo exempla, alia de Lutheri quoque discipulis commemorat TILMANNVS BREDENBACHIVS, *collation. sacrarum libro septimo, cap. 42. & 43.* quæ in lectoris gratiam & nouorum Prophetarum opprobrium asscribere liberet, nisi nimis longa essent: Nos contenti iis, quæ attulimus, dicamus cum IRENÆO. *Hæretici neque cæcis possunt donare visum, neque surdis auditum, neque omnes Dæmones effugare, præter eos, qui ab ipsis immittuntur: Si tamen & hoc faciunt: neque debiles aut claudos, aut Paralyticos curare, vel alia quadam parte corporis vexatos, tantum absunt vt mortuum excitent.* Lib. 2. c. 58.

Quanquam negare non possumus, aliquando LVTHERANORVM conatus suos quoque habuisse effectus. Quos verò? illos nempe, quos iamdudum TERTVLLIANVS in *Præscriptionibus* agnouit, & GREGORIVS TVRONENSIS in *historia Francorum* exemplo *Cirolæ* Arrianorum Episcopi: Libro vero *de gloria Confessorum capite 12. & 13.* alterius cuiusdam Episcopi hæretici exemplo com-

Lutherani ex viuis mortuos faciunt. Lib. 2. c. 3.

comprobauit: quorum vterque adornata fraude homines illuminare volens, diuina vltione eosdem excæcauit. Nostro tempore præter infœlicem illam *Brulei Ostunensis* à *Caluino* tentatam in speciem resuscitationē memorabilis est Poloni cuiusdam Prędicantis fraus, de qua doctissimus vir *Franciscus Turrianus lib.1.dogm.charact.verbi DEI*, in hæc verba. *Concionator*, inquit, *sui Euangelii gratia confirmandi quendam* Matthæum *certo conduxit stipendio, qui sese mortuum simularet, atq; ad clamantis vocem ceu mortuus resurgeret. Illum feretro inclusum ad templum deduxit vxor, artificii nefarii conscia, funus fletu & eiulatu prosequitur. Ille vbi satis de suo nouo Euangelio tonasset. Surge*, inquit, *Mattheo in nomine* CHRISTI, *cuius Euangelium prędico. Cum* Matthæus *non surgeret, ille inclamat altius, vt somnium forte excuteret. Vbi nec ita exsurgeret* Matthæus, *itur ad feretrum, detegitur velata facies, & reuera deprehenditur mortuus, qui sese tanto aliorum periculo mortuum, atque à mortuis inuitam reuocatum simulare voluerat. Mox vxor, quæ lamenta & lachrymas nuper finxerat, nunc verè lachrymis, vocibus, ac tantum non pugnis in concionatorem illum, non Pastorem, sed impostorem inuecta, suo malo isti nouo fidem habuit Euangelio.* Numquid rectè hic TERTVLLIANVS? *Agnosco*, inquit, *maximam virtutem hæreticorum, qua Apostolos in peruersum æmulantur. Illi*

Hier. Bolsec. in Vita Calu. c.13.

Tilmann. Bredenb. collation. Sacra lib.7 cap.3.

Exemplū Poloni Prędicantis.

Illi enim de mortuis viuos suscitabant, isti de viuis mortuos faciunt.

Sed libenter hoc gradu cedit *Hunnius* noster: ita tamen, vt interim alia Prophetæ suo miracula non minus grandia scilicet asscribat. Quænam illa? vtrum quod eo authore Moniales è claustris profugerent, seque incestis nuptiis polluerent: quemadmodum hic Mirabiliarius ipse olim de profuga *Moniali Islebiensi Florentina* peculiari libro iactauit, *maximum miraculum fuisse, ad Euangelium confirmandum ac promouendum idoneum, quod illa tam mirabiliter claustrum & fauces* (vt ait) *Diaboli, euasisset! Ridiculè.* Neque hoc pudor declamatorem nostrum proferre sinet, qui tamen haud longe abit ad similes fermè pueriles nugas. Ingens enim hoc iudice miraculum est, quod vnus Lutherus *prope totius mundi*, vt inquit, *impetum sustinuit, quod solo verbo, sine vllo armorum strepitu contra omnem humanam potentiam & resistentiam, diuinum illud Saluificæ Religionis opus, DEO excelso fretus instaurauit, doctrinamque Christianam, non ab errore vno vel altero vindicauit, sed ab erroribus ad vnum omnibus in solidum depurgauit.* id est: vt nostris verbis dicam, quod vnus Monachus Apostata, incesto Monachæ concubitu toties pollutus, tot iam olim ante mille annos damnatarum hæresum instaurator; tot flagitiis coopertus, homo importunissimus,

Moniales è claustris profugere, Luthero miraculū.

Lutheri miraculū, Hunnio Iudice.

Laurent. Surius in Chron. p. 412.

audaciſſimus, maledicentiſſimus, qui nulli omnino parceret, omnia ſurſum deorſum miſceret, tantam ſibi apud cæcos quoſdam & miſeros mortales exiſtimationem conciliauit, vt derelicta ſacroſancta Catholica fide ad illius ſtultiſſimam & impijſſimam perfidiam tranſirent, eumque non alio quam Prophetæ, Danielis, Apoſtoli, Germanici Euangeliſtæ loco haberent, quemadmodum olim Anno XXVI. inclytus *Saxoniæ Dux* GREGORIVS *Epiſtola ad Lutherum* ſcripſit.

Germanorum turpis lapſus in Lutheri fœdiſſima hæreſi amplectenda.

Sane ſi verum fateri volumus, repetendum eſt iterum, quod ſupra diximus, nobiliſſimam Germanicam nationem tot laudibus claram, tot rebus feliciter conſtanterque geſtis ad aſtra gloriâ illuſtrem, nũquam nec fœdius, nec turpius, nec ſtultius lapſam eſſe aut labi potuiſſe, quam huic tam ſacrilego Apoſtatæ, nullis nec natalibus decorato, neque eruditione inſtructo, nec ſanctitate prædito, quibus alii aliis ætatibus hæretici incautis offendicula poſuerunt, ſed tot maculis, tot vitiis turpiſſimis, vt diximus, præter ſummam & craſſiſſimam imperitiam, delibuto, aures præbendo, manus dando, ſacramenta conteſſerando. O nobilis Natio, terror antea gentium, propugnaculum Eccleſiæ, exemplar fidei & conſtantiæ, cui te infamiæ dedidiſti? ſordes tibi, ſordes exteris, ſordes DEO atque vniuerſo ſan-

Sanctorum choro: Posteris verò tuis quem stuporem, quem dolorem, quam admirationem inconsideratissimæ leuitatis tuæ mouebis? Reuoca gressum, redi ad desertam Stationem, elue maculam quam tibi inussisti, consule famæ & honori, consule perpetuæ saluti tuæ, quam in lamentabile discrimen adduxisti.

Neque hinc tamen sibi tanquam graui clade edita corollam nectere LVTHERVM, aut miraculum fingere, volo, qui ipse verè alicubi testatus est: *id prærogatiuæ Diabolum habere, vt nullam Doctrinam, nullum somnium tam ineptum, futile aut blasphemum excitare possit, quin eius continuo reperiat discipulos, & quanto ineptius, tanto citius.* Idque omnium seculorum experientia confirmat. Nomina enim vel vnum hęreticorum HVNNII, falsissima, monstrosissima, impiissima atque ab omni humano diuinoque sensu alienissima quæque in vulgus spargentem, qui non confestim suos magna copia astipulatores inuenerit, atque execrabilem stultitiam suam, emendatioris fidei nomine tinctam, atque aliquot scripturarum verbulis comptam, pro meris certissimisque oraculis vendiderit? Numquid applausus defuit SIMONI MAGO, hæreticorum Patriarchæ, stultissimè se summam virtutem, id est DEVM, asserenti? Numquid applausus defuit ridiculis *Ophitis*, serpen-

Luth. libr. quod verba adhuc firmiter stent cōt. Suerm. Et in conuiual. fol. 248.a. 359.b

Nulla hæresis tam monstrosa, quin sectatores inuenerit.

pentem CHRISTO præferentibus? aut *Cainæis*, Abelem Caino poſtponentibus, Iudamque ob Domini ſui proditionem laudantibus? Aut *Cerdoni, Marcioni, Lucano*, duo principia ſtatuentibus, Prophetas & legem repudiantibus, DEO creatori renunciantibus? Numquid, vt alios complures taceam (*Carpocratianos*, qui vnumquemque ad omnia ſcelerum genera perpetranda teneri dicebant, *Gnoſticos*, qui ſcortationes & luxuriam frequentandam docebant, abſque tamen conceptu, quem ſi vſpiam ſecutum viderent, extrahebant de vtero prægnantis, & contuſum in mortario, ac melle pipereque conditum deuorabant, magnum ſe hoc pacto Paſcha celebrare dicentes: *Montaniſtas*, qui ex ſanguine anniculi infantis, incredibili crudelitate æreis aciculis compuncti, Sacrificium efficiebant: *Manichæos*, qui pari loco habebant hominis necem, atque arboris alicuius putationem, qui vinum fel Diabolorum nuncupabant, qui diuinæ eſſentiæ partes à principibus tenebrarum captiuas teneri delirabant: *Donatiſtas*, qui peruerſo Martyrii amore ſeipſos de montibus præcipitabant, vel aquis ſuffocabant, vel in igné coniiciebant.) Hos inquam & alios ſexcentos vt nunc non attingam, nunquid applauſus defuit impiæ illi furiæ ac bellonæ, *Arrio*, qui in ipſum DEI filium IESVM CHRISTVM

Epiphan. hæreſ. 27.

Epiphan. hæreſ. 26.

Auguſtin. hæreſ. 46.

Auguſt. hæreſ. 46.

Auguſt. Epiſt. 50.

Serua-

Seruatorem noſtrum impiam ſtringere linguam auſus eſt? An fortè hac tanta tamque horrenda impietate minus ſectatorum inuenit? Imò verò *venenum hoc non iam portiunculam aliquam*, vt iam ſupra diximus, *ſed pene totum orbem contaminauit, adeò vt prope cunctis latini ſermonis Epiſcopis, partim vi, partim fraude deceptis, caligo quædam mentibus offunderetur, quid iam potiſſimum in tanta rerum confuſione ſequendum foret.*

Vincent. Lirinenſ. in commonit. c. 6.

Sed & vna *Mahumetis* blaſphemia abundè docere nos poteſt, ſi quis fortè dubitat, ab vno homine nihili tantum vnquam periculi naſci poſſe, quemadmodum olim *Henricus VIII. Angliæ Rex Epiſtola ad Saxoniæ Duces* ſcriptum reliquit. *Turcica enim illa rabies, quæ nunc tot per terras & maria ſe diffundens, maximam ac pulcherrimam totius mundi partem occupauit, nonne à duobus olim nebulonibus ſumpſit initium? vt interim taceam factionem Bohemicam, quæ & ipſa quis neſcit, quam exiguo vermiculo in quam immanem Draconem, haud abſque magno Germaniæ malo, quam propere adoleuit? Ita procliue eſt, malam ſegetem, nullo demetente, creſcere. Nec vllus vnquam ſocio caruit ad nocendum, neque tam imbecillus eſt quiſquam, quin ſecuro poſſit ac tanquam luſurum ſpectanti, lethale vulnus infligere.*

Hic igitur verius miraculum finxerit HVNNIVS, ſi miraculum eſt, quod con-

tendit, LVTHERVM Catholicam vnitatem ſcidiſſe, magnamque hominum multitudinem à priſtina fide dimotam nouis religionibus imbuiſſe. Quanquam nec illud prætermittendum, habuiſſe LVTHERI hæreſin fatali quadam calamitate, illecebroſiſſima quędam lenocinia, quibus tanquam eſca capti hominum animi plena cohorte è luce in tenebras, à fide in errores, ex Eccleſia in caſtra Idumæorum profugerunt. Quis enim hominum, pręſertim crudorum, & ad ventris cupiditates pronorum, non facilè amplectatur tale Euangelium, quod ardua ſalutis via deſtructa, mollem lenemque ad cœlos etiam viam ſternit, ſolius fidei miniſterio, ſine omni laborioſorum operum concurſu, ſine ieiuniis, ſine vigilijs, ſine lachrymis, ſine abſtineutia, caſtimonia, atque omni carnis maceratione?

Illecebræ Lutheraniſmi.

Poſtremò ſolatiũ illud magnum firmumque ſupereſt, non omnes nationes, nec potiores aut nobiliores in hãc LVTHERI ſtultitiam conſenſiſſe. Noſtra adhuc per DEI gratiam eſt *Italia*, noſtra eſt *Hiſpania*, noſtrę ſunt præcipuæ in *Gallia, Germania, Polonia, Hungaria, Græcia, Syria, Æthiopia, Ægypto* atque alibi præcipuæ Prouinciæ. Denique noſter eſt *nouus orbis*, ad Orientem *India*, ad Occidentem *America*, ad Septentrionem *Iaponia*, ad Meridiem *Braſilia*, & exteriores partes *Africa*, vbi Lutheri, aut Augu-

Lutheraniſmi termini anguſti.

ſtanæ

ſtanæ Confeſſionis nomen ac fama nunquam vel fando innotuit. Vt valde impudentiam Lutheranorum mirer, qui in *Præfatione libri Concordiæ* gloriari audent, *Confeſſionem Auguſtanam in toto terrarum orbe percrebuiſſe, & in ore ac ſermone omnium eſſe cœpiſſe. At* (rectè reſpōdet BELLARMINVS noſter) *ex tribus partibus orbis terræ, duæ maiores, Aſia & Africa, nec nomen huius Confeſſionis audierunt: In Europa multæ Prouinciæ, vt in tota Græcia, Italia, Hiſpania, vel neſciunt quid ſit confeſſio Auguſtana, vel execrantur; Gallia, Heluetia & Britannia, non recipiunt; niſi nomine tenus; imo rara eſt ciuitas, quæ ab vna aliqua ſecta hæretica tota poſſideatur: & quamuis videantur hæretici hoc tempore magnam partem Septentrionis obtinere, tamen non tenentur omnia illa loca ab vna ſecta, ſed à plurimis, quæ inter ſe non minus pugnant, quam nobiſcum.* Libr. 4. de notis Eccleſ. c. 7. Agnoſcit hoc argumentum Luth. in cōuiuial. pag. 457.

Apage ſis igitur HVNNI, cum Impoſtore tuo LVTHERO, faceſſat vana miraculi gloria, quod in ſeductione eius nullum eſt: aut ſi quod eſt, certè illud eſt de quo Apoſtolus: *Sermo hæreticorum ſerpit vt cancer*: ſeu de quo apud *Ciceronem* in Paradoxis: *Nihil eſt tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum, tam incultum, quod non ſplendeſcat oratione, & tāquam excolatur.*

Vnica reſtat exceptio, qua Pſeudoeuangeliſtæ illi frequenter ludere, ac miracula

Lutheranos iniquè tergiuersari, de edendis miraculis.

poſcentes Catholicos eludere ſolent: Non indigere ſcilicet doctrinam ſuam nouorum miraculorum ac ſignorum argumēto, quod non noua, ſed priſca illa CHRISTI doctrina ſit, Prophetarum & Apoſtolorum voce tradita, & tot eorundem ſignis ac prodigijs confirmata. O acumen! quæ vis ingenij tam ſolers argumentum adinuenit? ſtant viri Euangelici, atque *vna manu hircum mulgent, altera cribrum ſupponunt*: id eſt, vt in ſcholis loquimur, *principium vanè petunt*. Docete ô boni hoc ipſum, quod tam audacter vobis ſumitis: Oſtendite, in quo omnis controuerſiæ cardo vertitur, veſtrā eſſe quæ CHRISTI, veſtram quæ PETRI, veſtram quæ PAVLI fuit: Vos miraculorum onere libenter ſubleuabimus. At non dicere hoc ſufficit, probandum eſt, quod nos negamus: Eaque probatio non alio, quàm violento miraculorum argumento inſtitui perficique poteſt: Quemadmodum ipſe ſupra *Lutherus* veſter teſtatus eſt, cum arroganti primæuæ ſinceritatis venditatione non contentus, (& rectè,) à nouis iſtis ſubreptitijs Doctoribus, qui ſine vocatione ad plebes erudiendas ſe ſe obtrudunt, miracula tanquam ſigilla diuinæ miſſionis flagitauit, & flagitare iuſſit.

Tom. 2. Ienenſ. f. 455. 456. &c.

Chriſtus & Apoſtoli nō ſine miraculis ſibi credi poſtularunt.

Alioqui ſi quibus vnquam hoc effugium vſui eſſe potuiſſet, CHRISTO & Apoſtolis potuiſſet, qui non nouam, ſed veterem *Moyſis & Prophetarum* doctrinam

pro-

profitentes, nulli tamen istius rei fidem sine miraculorum argumẽto obtrudebant: quin potius, vt veros se *Mosis* interpretes, veros cleri reformatores à DEO missos ostenderẽt, vocationi suæ fidem cœlestibus prodigiis acquirebant. Eodem modo vos *Lutherani* signis DEO propriis docete, DEVM vos ad retegendas Antichristi fraudes, & primæuam Euangelii sinceritatem, vindicandam misisse; alioqui subscribemus *Diatribæ Erasmi*, quæ sic in primipilum vestrum Lutherum: *Non credebatur* (inquit) *Apostolis, nisi miracula fidem adstruxissent doctrinæ. Nunc quilibet sibi postulat credi, quod affirmet se habere spiritum Euangelicum. Apostoli quoniam excutiebant viperas, sanabant ægrotos, excitabant mortuos, imposita manu dabant donum linguarum: ita demum creditum est, & vix creditum est illis Paradoxa docentibus. Nunc quum iuxta communem opinionẽ adferant pene Paradoxotera, nullus eorum adhuc extitit, vel equum claudũ sanare potuerit.*

LVTHERVM ORDINARIA QVOQVE VOCATIONE DESTITVTVM, EX SE IPSO TEMERE CVCVRRISSE.

Atque hæc hactenus de extraordinaria *Lutheri* vocatione, quam nulla ipsi ratione competere prolixè ostendimus. Iam quia in hac area ambulamus, de ordinaria quoque videamus, vt vtraque exutum ho-

minem toti mundo ludibrium & propudiũ, quod eſt, oſtendamus.

Ordinaria vocatio qualis.

Ordinariam vocationem hoc modo ipſe deſcribit, *Commentario in 1. c. ad Gal. Vocatio* inquit, *quæ à DEO & bona eſt, bifariam fit, primum per media, deinde ſine mediis. Nunc n. noſtris temporibus Dominus DEVS ad miniſterium nos vocat per media, nimirum per homines. Apoſtoli autem immediatè ab ipſo* CHRISTO *vocati ſunt, quemadmodum Prophetæ in Veteri Teſtamento immediatè ab ipſo DEO. Poſtea Apoſtoli diſcipulos ſuos vocarunt, quẽadmodum S. PAVLVS TIMOTHEVM ſuum & TITVM, qui porro Epiſcopos vocarunt: ſicut ad TITVM 1. ſcribitur. Epiſcopi autem ita deinceps continuè vſque ad noſtra tempora ſuos ſucceſſores vocarunt,* * *eaque ratio ad finem mundi manebit, & ſeruabitur. Atq; hæc eſt vocatio mediata, quæ tamen nihilominus diuina vocatio eſt.*

* NB.

His ita poſitis & conceſſis, quæro ex te Luthere, cum, vt ſupra fuſe demonſtrauim[a], extraordinaria & immediata DEI voluntate gloriari non poſſis, vtrum forte hac mediata & ordinaria ad reformandũ veneris, vt honos miniſterio tuo conſtet, neq; à nobis Impoſtor, Falſarius, Pſeudopropheta, qui vt apud Prophetam eſt, cucurrerit antequam vocaretur, habeare. Quod ſi hic præſidium tuum figere ſtatueris, dic nobis, quo Epiſcopo, quo loco, quo tempore ad prædicandum

dum missus sis, sigilla & literas tuas exhibe, quemadmodum hoc ipse supra à nouis subreptitiis Doctoribus summo iure flagitandū docuisti.

Tom. 5. Ienen. fo. 491

At tibi iterum hic aqua hæret, sat scio: neque si verbis tuis constare velis, vllam in Episcopis repones spē vocationis tuæ. Quorsum enim alioqui scripsisses, *Ordinationem Papisticā* (extra quā sanè æuo tuo nulla erat) *merum esse mendaciū & irrisionē DEI?* Item, *per ordines Papisticos nō fieri Sacerdotes* CHRISTI, *sed Sathanæ. Itaque conscientiam fidei nos admonere, vt sub pœna maledictionis diuinæ ordinationem Papisticam fugiamus. Neque huiusmodi hominem à Papa ordinatum, & nomen characteremque bestiæ afferentem, ad concionandi munus recipiendum esse.* Quorsum scripsisses, *pastorem Lutheranum apud nos ad differentiā Missæ angularis, & vocationis Lutheranæ, vnctos digitos lixiuio, sale & smegmate adterere, Antichristiq; characterem eluere debere?*

Lutherus à nullo Episcopo ad reformandum ordinatus.

Tom. 2. latin. Ienens. fol. 547. 548.

Tom. 6. Germ. Ienens. in lib de Missa angular. fol. 98.

Quo eodem loco etiam in hæc impia verba erumpis. *Ego non dicam, quod Papistæ dicunt, nullum Angelorum, imò ne* MARIAM *quidem consecrare posse: sed è contrario dico, si diabolus ipse veniret, & ego postea resciscerem, diabolū sic irrepsisse in officiū Pastoris Ecclesiæ in specie hominis vocatū ad prædicandū, & publice in Ecclesia docuisse & baptizasse, celebrasse Missā, & absoluisse à peccatis, & tali munere fūctum,*

Ne ipsius quidē diaboli ministerium aspernari vult Lutherus.

ctum, iuxta institutionem CHRISTI, tunc cogeremur fateri, Sacramenta ideò non esse inefficacia: sed verum Baptismum, verum Euangelium, verum Sacramentum corporis & sanguinis CHRISTI nos accepisse.

Simile est illud tom. 6. Germ. fol. 91. *Certum est sub Papatu nullum vnquam clericum ad pastoris aut concionatoris manus consecratū esse. Egoq; ipse* (addit tom. 5. fol. 84.) *non nisi ad sacrificandum consecratus sum.* Et to. 2. Germ. fol. 233. *Nullus in orbe Episcopus vel Ecclesiasticus est, qui concionatorem consecrare possit.*

Alios plures ordin. vocationis modos confingit Lutherus. Tom. 2. lat. Ienens. fol. 545.

Sed nondum constrinximus hanc anguillā, in alias partes elabitur, ac tanquam *Proteus* nouo vultu suscepto, nouos ordinariæ vocationis modos confinxit: *libr. de instituend. ministris Ecclesiæ*, vbi contendit concionatorem vel ab Ecclesiasticis, vel à Magistratu politico, vel ab Ecclesia, vel denique à schola per Doctores vocari & deputari posse. Sed hos omnes modos falsò & frustra commentus est homo vanissimus. A primo eum iam deiecimus, cum nullius Episcopi manu consecratum ad hoc nefarium munus ostendimus: A secundo, ipsemet se deiicit, *Epistol. ad capitulum VVitteberg.* vbi si ait. *Causantur canonici se ex mandato Principis impietatem istā* (Papisticorum scilicet abusuum) *exercere. Sed quid ad eos in hoc casu mandatum Principis? Princeps est politicus Magistratus, cuius est gladium, non ministerium curare. Ego verò à*

Tom. 2. Germ. fol. 250.

Penes Principes nullum vocationis ius.

vobis ad concionandi munus vocatus sum, vt Ecclesiam DEI hoc loco verbo Domini pascam. Et alibi lib. de Magistratu Ciuili. *Non est regum aut Principum, etiam veram doctrinam confirmare, sed ei subiici & seruire.* Tom. 1. lat. fol. 259.

Ac sanè inauditum est, curam regendæ Ecclesiæ, aut instituendorum Ministrorum Principibus aut Imperatoribus demandari, quemadmodum *Brentius* insanit in *Prolegomenis*, & *Philippus* in *locis cap. de Magistratu*, cum sciamus hanc Prouinciam à Domino non *Augusto* vel *Tiberio Imper.* sed Apostolis eorumque successoribus concreditam esse; dicente Domino S. PETRO. *Tibi dabo claues regni cœlorum*: Item, *Simon Ioannis, pasce oues meas.* Dicente itidem PAVLO suo TITO. *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt, corrigas, & constituas per ciuitates Presbyteros, sicut & ego disposui tibi.* Hinc NICOLAVS Papa Epist. ad MICHAELEM Imperat. Constantinopolitanum. *Imperium vestrum suis publicæ rei quotidianis administrationibus debet esse contentum, non vsurpare, quæ Sacerdotibus Domini solum conueniunt.* Et GELASIVS Epist. ad ANASTASIVM Imperator. *Nosti fili clementissime, quod licet præsideas humano generi dignitate rerum terrenarum, tamen præsulibus diuinarum deuotius colla submittis, atq; ab eis causas tuæ salutis expectas, inq; sumendis cœlestibus Sacramentis, eisq; vt competit disponendis, subdi te debere cognoscis religionis ordine potius, quam* Matth. 16. 19. Ioan. 21. 15. 16. 17. Tit. 1. 5. Can. 5. dist. 10.

quam præesse. Nosti itaq; inter hæc ex illorum te pendere iudicio non illos ad tuam redigi posse voluntatem.

Deniq; S. CHRYSOSTOMVS Homil. 83. in Matt. alloquens Diaconos: *Si Dux quispiam, si consul ipse, si is, qui diademate ornatur, indigne adeat, cohibe, & coërce, maiorem tu illo habes potestatem.*

Plebem VVitteb. Lutherũ nec vocasse, nec vocare debuisse.

Iam tertio loco, neq; ab Ecclesia, i. populo aut Senatu *VVittenberg.* Lutherum institutũ esse, aut saltẽ institui potuisse ac debuisse (quamuis ipse hoc nomine nõ semel glorietur, *Tom. 2. Ien. fol. 259. & tom. 2. f. 70. & 73.*) haud difficile est probatu. Nam primum nihil eiusmodi Acta ipsius commemorãt, quæ docent potius, inconsulta eũ temeritate, leuitate, ambitione atq; odio aduersus familiã *Dominicanorũ*, q̃ iussu alicui⁹, aut officii cõmissi ratione ad indulgentias oppugnandas venisse: quemadmodũ infra plurib. demonstrabitur. Deinde si vel maxime tale quid *VVittenberga* ausa fuisset, q, ius, quæ lex, quę ratio belluã multorũ capitũ in hanc messem intrudere potuit? Quis. n. vnquam fando audiuit, penes populũ vel eligendorũ, vel ordinandorũ vel mittendorũ Ecclesiæ ministrorũ authoritatem stare? *Ordinatio* sacra cæremonia est, qua per manus impositionem futurus minister consecratur, quæ facultas adeò nullorum est nisi Episcoporũ, vt apud ipsos Sectarios, qui ritus Ecclesiasticos pene omnes

omnes sustulerunt nulli ordinent, id est, per χειροτονίαν pastores seu ministros creent, nisi qui & ipsi Pastorũ Episcoporũq; loco habentur. Si secus fiat irrita habetur ordinatio.

Vocatio seu *missio* non magis populo competere, quam Magistratui potest. At supra nullum Magistratus Politici in hac re ius esse euicimus. Et est hæc iurisdictio non Auditorum sed Pastorum, *quos constituit Dominus regere Ecclesiam suam: Quibus & claues dedit regni cœlorum*: & facultatem denique *constituendorum Presbyterorum*. Vnde ipsi *Centuriatores Magdeburgenses* fatentur, primos Episcopos post Apostolos, non nisi ab Apostolis constitutos esse.

Actor. 20. Ioan. 21.

Tit. 1.

Cent. 1. lib. 2. c. 2.

Denique electio, in qua aliquid aliquando populus potuit, primum quidem testimonium dando, post votum faciendo, & tãdem suffragium ferendo, nihil omnino etiã *Lutherũ* iuuare potest: quia vt hic mos paulatim in Ecclesiam ad demulcendum populum irrepsit, ita postmodum multarum seditionum * author in desuetudinem iterum venit, idque merito, cum à principio non fuisset sic. Neque enim *Aaron* cum populi suffragio à *Mose* electus fuit, sed à *Mose* solum. Neque *Apostoli* in consilium adhibuerunt plebem, quotiescunq; Ecclesiis sæpe absentibus Episcopos elegerunt & destinarunt: sed sua authoritate & arbitrio singula moderati sunt.

Tertul. in Apol. c. 39.

S. Leo Epi. 87. vel 89.

Chrys. lib. 3. de Sacerdotio.

*Aug. Epi. 110. & 225.

Ruffin. lib. 11. histor. c. 11.

Vnde

Vnde *Concilium Nicenum* 2. Can. 3. *Omnẽ* inquit *electionem quæ fit à Magistratibus, Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi irritam manere. Oportet enim eum qui est promouendus ad Episcopatum, ab Episcopis eligi.*

Item *Concilium 4. Constantinopol.* Can. 28. *Sancta* inquit *& vniuersalis Synodus definit, neminem laicorum Principum, vel Potentum semet inferre electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitani, aut cuiuslibet Episcopi, præsertim cum nullam in talibus potestatem, quemlibet potentium, vel cæterorum laicorum habere conueniat, sed potius silere, ac attendere sibi, vsq; quo regulariter à collegio Ecclesiæ suscipiat finem electio futuri Pontificis.*

Doctoratũ Lutheri nullam innouationis authoritatẽ præstare potuisse.

Iam postremò hisce omnibus tanquam vanis præsidiis deiectus *Lutherus*, refugium suum vnicè habet, ad scholasticam Lauream *Doctoratus*, de quo sæpè magnifica quæque prædicat, vt *tom. 2. VVittenb. fol. 246. lib. aduers. angulares*, vt vocat *prædicantes*, vbi se nõ semel aut bis, verum sæpissime dixisse refert, *omnibus omnino, quæ in mundo habentur amplissima, suum sibi Doctoratum longe chariorẽ, vtpote quo vno solus totum Euangelii pondus ac dignitatem sustineat.* Eodem modo *Comment. in Psalm. 82. in Conuiuialibus cap. de Ministris, cap. de Antichristo, cap. de Diabolis*, hoc vno Achille se contra eos, qui à se defecissent, nouos hæreticos, contra molestissimos & assiduos conscientiæ morsus, contra omnes deniq;

Ex Orat. quadam R. P. N. S. Domini mei & amici singularis.

deniq; inferorum acies victoriam obtinuisse gloriatur. Et vt clarius appareat, quantum momenti ipse in Doctoratu suo reposuerit, libet duo basilica hominis facinora ex ipsius eiusq; præconum monumentis commemorare. *Georgius Princeps Anhaltinus*, homo natura minime malus, in errorē ab illo deduct⁹ erat. Is *Merseburgi* Episco. ordinari volebat: Episcopum vetere cæremonia consecratum aliquē libēter habuisset, adeò vt Brandeburgicum *Matthiam Iagauium* sollicitaret. Sed cum præter opinionem omnem, hunc ab opere illo mors abstraxisset, aliusq; nullus, qui manus imponere vellet, inueniretur, ecce tibi derepente nouus è machina Deus, nouus inquam è schola Episc. D. *Mar. Lutherus*, qui quemadmodum *anno 46.* paulo ante obitum *Islebii* duos presbyteros, ipse neq; Missam celebrans, neq; aliis tunc communicans, nouo ritu à se friuolè excogitato ordinauit & consecrauit: ita hic ipse in Episcopū nunquā electus aut ordinatus, Episcopo tamen manus imponit: Episcopū facit publice, maximo in templo, frequentissimo populo, Episcopalē potestatē impertit. Hoc vnū, audite alterum. Erat Naumburgi Antistes, homo cū doctiss. tum sanctiss. *Iulius* Pflug / quē cum ob insignem eius doctrinā & zelū *Lutherani* eiecissent, Pontificem aliū creare oportuit. Quis creauit? quis? *D. Martin. Luther, D. Nicolaus Smiedler, Magister artium, Georgius Spalati-*

Doctoratum suum Lutherus quanti fecerit.

Narrat ipsemet Anhaltinus præfat in Con. de falsis Prophe. f. ff. 11.

Lutherus consecrat presbyteros & Episcopos.

Iustus Ionas in histor. de exitu & funere Luth.

nus: Magister idem artium, VVolfgangus Lapis, vt in eo libro ipsemet Lutherus narrat, cui, vt hoc etiam rideatis, inscriptio, EXEMPLAR VERVM CHRISTIANVM EPISCOPVM CONSE-
c. 41. Præs. CRANDI. O Tertulliane, quàm verè ante annos plus mille & trecentos scripsisti, *hæreticorum ordinationes, temerarias, leues, inconstantes esse*? Quid enim hisce Lutheri ausis magis temerarium? *S. Epiphanius, scriptor*
Epist. ad Quodvult d. — vt solis Augusti. verbis vtar, *in doctrina Catholicæ fidei laudabiliter diffamatus*, cum *Aërii*
Hær. 75. — hæresin, quæ presbyteris imponendarum manuum ius largiebatur, descripturus esset, *plenissimum furoris & insaniæ dogma hoc esse aiebat*. Quid si nostrum iam Aposcopum Doctorem apostatam videret? Cui eum monstro, cui furiæ compararet? Apud D.
Apolog. 2 Athanasium *Colluthus* quidā Arianus, quod presbyter tantum cum esset, quæ Episcoporum sunt, sibi asciisceret, *Imaginarius Episcopus dicitur*. Quàm fictus igitur & personatus
Ibidem & in Epist. Syno. Hie. — *Lutherus*? Apud eundem *Ischyras* quidam, calumniator improbissimus, grauissime sæpenumero accusatur, quod pro presbytero se, cum non esset, gereret, licet ei à *Collutho* illo manus impositæ fuissent. Qualis igitur cum Doctoratu Episcopus *Lutherus*? qui ne per ludum quidem, aut somnium Episcopalem ab vllo dignitatem accepit, multò sanè minus Episcopus, quàm vel pueriles illi

S. Ni-

S.Nicolai feriis Epiſcopi. Nunquã in Eccleſia Chriſtiana factũ, nunquam auditum, vt à non Epiſcopo Epiſcopus fieret: aut qui antea Epiſcopus non fuiſſet, ex ſeipſo, ſine Epiſcopi vllius manu, Epiſcopus naſceretur. Cum *Timotheum* moneret Apoſtolus, ne q̃ per impoſitionem manuum accepiſſet, gratiam amitteret: *Non loquitur Paulus de Preſbyteris* (inquit S.Chryſoſto.) *ſed de Epiſcopis. neque enim ipſum profectò Presbyteri ordinarunt.* Equidem Academiarum honores hi, aliud nihil ſunt, quàm publica quædam teſtimonia & inſignia doctrinæ quam quiſque conſecutus ſit: nihil aliud, quã è multis vna quędam ad maiores functiones & dignitates diſpoſitio. Sed nunquid ſi quis ad Iudicis, Conſiliarii, Cancellarii, Principis aut Imperatoris munus obeundum peritus aptusque ſatis iudicaretur, is eo ſtatim Iudex, Conſiliarius, Cancellarius, Princeps aut Imperator eſt? Nunquid ad huiuſmodi in vnica ſola requiritur cognitio? nunquid materiei ad formam præparatio ipſamet forma eſt? Qui Epiſcopus fit, is vt apud *Irenæum, Hieronymũ & Cyprianum* eſt, *Apoſtolorum locũ tenet: Eccleſiæ paſtor eſt: Iudex, legislator, Princeps, Dux, Rex:* & vt in Apoſtolorũ conſtitutionib. additur, *Deus quidã poſt Deum terrenus*, de quo magnus ille & Apoſtolicus Martyr, ſecund⁹ à D.Petro Antiochenus Epiſc. *Ignatius*: *Boni ſunt* ait *Sacerd. & ſermonis adminiſtri, melior*

1.Tim. 4.

Tituli Doctoratus quis in Acad. vſus.

Iren. l. 3. c. 3. Hier. epiſt. 54. 1. Tim. 5 lib. 2. c. 26.

Epiſt. ad Phila.

Epist. 11. ad Smyr. Euseb. lib. 3. c. 30.

autem est Pontifex, cui credita sunt sancta Sanctorum, cui soli commissa sunt Secreta Dei. Et alibi, *Laici Diaconis subiiciantur, Diaconi Presbyteris, Presbyteri Episcopo, Episcopus Christo, & ipse Patri.* Vbi simile vllũ Doctoratus Eulogium? Qui Episcopus fit, ad celsissimũ Sacerdotii apicẽ peruenit, vngitur, cõsecratur, throno imponitur, mitra, pedo, aliisque Pontificũ insignibus donatur. Cur in Doctoratu horum nihil? Fuit, fuit olim maxima & excellentissima rerũ diuinarum in summis quibusq; viris cognitio, scientia: & tamẽ eorũ nemo vnquã tam vel ambitiosus, vel audax & impudens fuit, vt Pontificiã ideo sibi potestatẽ arrogaret. Quantus & quã admirabili doctrina fuit *Origenes*, & tamen cum tanti ad eum, doctrinæ causa, concursus fierent, priuatimq; nullũ diuinas literas explicandi laborẽ defugeret: *nunquam*, vti refert Nicephorus, *nisi Episcoporũ permissu, adeoque rogatu publicè in Ecclesia docere voluit. Protogenes* verò ille, qui ab Ariano Imperat. Catholicę fidei causa, tantam exilii durissimi acerbitatem, cum *Eulogio Edesseno* Episcopo pertulit: Egregiè doctus, diuinisq; literis instructus erat. Literarũ apud Barbaros ludum aperuit, horum filios quã plurimos docendo conuertit: tandemque ipsos etiam parentes, miracula quædam magna, & inusitata faciendo. Sed eò ventum cum esset, vt illi baptizandi, confirmandi, aliaue vlla Episcopali bene-

Ne doctissimi quidẽ sine vocatione publicè docere ausi.

lib. 5. c. 14.

idem lib. 11. c. 23.

benedictione afficiendi essent, id verò ipse iam non vsurpabat, sed ad *Eulogiũ* eos Episcopũ deducebat. Quid *Euelpium* Larandis, *Paulinũ* Iconii, *Theodorũ* Synade, *Chrysostomũ* Antiochiæ, *Augustinũ* Hipone referam? De hoc certe vltimo, cui⁹ orbi vniuerso ingenium & eruditio notissima, eius familiaris *Possidonius* testatur, ipsum, antequã presbyter suo ab Antistite ordinatus esset, nõ dico alia Episcoporũ Officia nunquã attigisse, sed ne vocem quidem vllam in Ecclesia vnquã misisse. Posteaquã verò Presbyter iam fuit, non nisi Episcopi iussu & authoritate. *Tum S. Valerius ordinator eius* (ipsissima *Possidii* verba retineo) *vt erat vir piissimus, & Deum timens, exultabat & Deo gratias agebat, suas exauditas à Domino preces, quas se frequentissimè fudisse narrabat, scilicet vt sibi diuinitus homo concederetur talis, qui posset verbo Dei & doctrina salubri Ecclesiã Dei ædificare. Cui rei se homo natura Græc⁹, minusq́; latina lingua & literis instructus minus vtilem prouidebat.* Et eidem (Aug.) presbytero potestatem dedit coram se in Ecclesia Euangelium prædicandi, ac frequentissime tractandi, id est, vti iam loquimur, concionandi. Sit igitur quantalibet in quocunque doctrina, sint de eo & testimonia & tabulæ quantumuis multæ, certæ, & solemnes, vocatio tamen alia nisi accedat, nisi Sacerdotium, nisi Episcopalis ordinatio & iurisdictio, frustra est quisquis sibi

c. 4. & 5. vitæ.

quæ ante dixi, fas existimat. Quanti in omnibus Israëlis tribubus, & quam sacrorum Bibliorum intelligentes *Rabbini* fuerunt? testes duo illi & septuaginta interpretes, qui è singulis tribubus seni ad *Ptolomæum* Ægyptii Regem ab *Eleasaro* Pontifice Maximo Legati fuerunt. Testis est *D. Paulus*, qui è tribu Beniamin ad *Gamalielis* pedes diuina omnia mysteria perfectissimè condidicerat. & tamen nonne in sola tribu Leui, in sola Aaronis stirpe Sacerdotium? Neq; verò in Doctorali renunciatione quidlibet, vbilibet, quomodolibet differendi aut docendi potestas concedit, sed vti fidei professio & ipsa renunciationis formula ostendit; cautiones adhibentur plurimæ: Certi quidam limites & cancelli circumscribuntur, extra quos immoderato audacique nimium impetu, præceps exilit, quisquis, quia Doctor, Germanum sese religionum Antistitem, Ecclesiarum Ecclesiasten opinatur. Multa sunt & magna ea valde, cum vtilia tum honorifica, quæ summæ Christianæ reipublicæ moderatores concesserunt Doctoribus Priuilegia: multi & splendidissimi tituli, multa & perillustria insignia: multæ & prænobiles prærogatiuæ, in iisq; omnibus, nullo vel inuidente, vel ægrè ferente primas semper & vbiq; Theologi obtinent: in nullo tamē Pōtificiarum aut ciuilium legum volumine legimus: eos quib. Theologiæ Doctoratus tribuitur,

Apud re-Aptam.

Act. 22. 26.

Priuilegia Doctorū limitata.

Vide Bologn. super authen. Habitæ c. ne filius pro Patre. Pet. Leusnaderum & de Doct.

buitur, ſimul etiam ſacris operandi, peccata ſoluendi aut ligandi, oues dominicas dirigendi & gubernandi poteſtatem accipere. Quamobrẽ te ô Islebiane, Cumane inquã ô aſine (ſimilitudo rei vt in vocibus errarem fecit) moneo, leoninam iſtam vt exuas,

—Te mihi crede, memento
Intra pelliculam, Cerdo, tenere tuam: Martial.

Aut ſi grauius quid mauis, puta te, Doctor tantum cum ſis, Epiſcopali aliena veſte inſignitum, ſub *D. Benedicti* oculos venire, eumque tibi quod laruato illi *Totilæ* quondã inclamare: *Depone fili, depone, quod geris: Nam tuũ non eſt.* Quam modeſtiſſimam ſaluberrimamq; vocẽ ſi nondũ audis, patere quæſo, vt quemadmodum aliena pecunia interuerſa, Doctorales impenſas feceris, referam; vel potius, longior ne ſim, breuiter ad iſta mihi tria reſponde. Primum an ſacroſanctæ religionis ſartæ tectæ tuendæ vlla conditione tuus tibi Doctoratus datus ſit? Et ſi non ſit, vt reuera non eſt, cur conditionibus poſitis non ſteteris, pręſtitumq; ſolemne Iuſiurandum violaris? Deinde cur quorum in Doctoratus adeptionem autoritatem facis plurimi, eoſdem in adeptione nihil facias & aſperneris. Te ſiquidẽ cum nefarium ſacroſanctæ religioni bellũ indixiſſes, omnibus omnino Doctorũ præmiis, titulis, honorib. & Priuilegiis *Leo X. Pontifex Max.* & *Carol. V. Imp. Max,* ſumma qua valebant poteſtate

D. Greg. l. 2. Dial.

Lutherus Doctoratu ſuo iterum exutus.

priuarunt, vt si quis antea tibi fuisset Doctoratus, iam nullus omnino esset. Idq; adeò tibi ignotum esse non potuit, vt etiam pro ea, qua gnauiter valebas impudentia, honori id tibi commodoq; duceres: *Anno 23. libr. contra falsò nominatum clerum.* Videris enim tibi hac amissione omnẽ bestię characterem deposuisse, tantumq; de ea doles, quantũ asin' de abiecta sarcina; *quod hæ (vt inquis) larua summo tibi apud Deũ dedecori fuerint.* Quomodo ergo, perfricta frõs, multis post annis, *An.* videlicet *30. & 31. in fine glossæ super edictũ Cæsareum,* iterum ad hanc turpitudinem tuã Doctoralem refugis, in eaq; omne vocationis tuæ præsidium ponis?

Tom. 2. Germ. fol. 106.

Tertium & postremum: si Doctorum virtus & facultas tanta, quantã ipse tibi sumsisti, *cur Andreæ Carolstadii* autoritatem nullã esse voluisti? Cur eum nequaquam ritè, sed improbè & sacrilegè sacra tractare scripsisti? dixisti? cur miserum, afflictum, rebusque omnibus & fortunis euersum tota è Saxonia proscripsisti, exegisti, exterminasti? An Theologiæ Doctor non fuit? At teipsum *VVittenbergæ An. 1512.* Doctoratu insignierat? At vero Doctor quidẽ fuit, sed errauit, lapsus est, falsa, noua, inaudita docuit? At tua iam ipsius vineta cædis: idq; tandem fateris, quod etsi verissimũ, tibi tamen aduersissimũ, nõ esse Doctoratũ certã legitimæ vocationis

Luth. Domin. 2. cõr. Carolstad. Prophe.

Carolstadii Exemplo Lutherus confutatur.

Cochl. l de Act. Luth.

notam

notam, non Episcopatus insigne, non quælibet dogmata inuehendi potestatem, non instituta prisca omnia euellendi & labefactandi Ius. Verum quænam ei tantum ad commentum hoc, ad glorificationem adeo ineptam ac stolidam causæ fuerunt? Dicam hoc vltimo & paucis: Nam eæ quidem rectæ si videantur, iam quidquid tandem disceptandum fuit, clarissimè apparet. Fuerunt verò illæ potissimum quatuor. *Prima* quod mirificè inani gloria efferebatur, adeoque libenter Doctor audiebat, vt eum ab ipso etiam Dæmone, vti quidem ipsemet memoriæ prodidit; nuncupatione ista, nocte quadam salutaretur, attentissimas omnibus quæ ille contra fidem expromebat aures præberet, omnibus assentiretur. *Altera* quod cum eius missionis aliquam ab eo tesseram Catholici peterent, eamque nullam omnino haberet, falso Doctoratus Encomio suam illam inopiam tegere, maximasq; potestatis opes ostentare voluit. *Tertia* propter Anabaptistas, aliosque nonnullos, qui eius libris ac sermonibus excitati, diuina & ipsi oracula fundere, propriasque dogmatum familias, quæ ab ipso etiam *Luthero* dissiderent, instituere voluissent. Cum enim quæ de suo afflatu diuino, suique Euangelii luce iactaret, eadem etiam illi omnia de seipsis, lingua minime titubante affirmarent, quid ageret *Lutherus*? suam ab ijs quos genuisset

Lutherus cur toties Doctoratum suum prędicarit.

Tom. 7. fo. 479. lib. de miss. Ang.

autoritatem ſperni ſineret? ſibi ſuos pullos recalcitrare pateretur? eos ſibi æquari? nequaquam: Iacto ego quidem Dei ſpiritum: & vos iactatis: à Deo priſcarum abuſionum perpurgatorem miſſum me aſſero, & vos aſſeritis: verbum ego Dei purum putum loquitor, & vos loquitamini, ſed tamen veri Euangelij præcones non eſtis, vt ego. Publicè Chriſtianas Eccleſias erudire, paſtores conſtituere, manus imponere, præſules efformare non poteſtis, vt ego. Theologiæ Doctor ſum: vos non eſtis. *Hic Rhedus, hic ſaltus, Quarta* demum & poſtrema cauſa eſt, quod cum Chriſtianos omnes iam inde baptiſmo veros Dei Sacerdotes, ipſaſque etiam mulierculas nulla, ne minima quidem Sacræ poteſtatis particula, viris vllis inferiores affirmaſſet, in multorum, vti par erat, animis dubitatio iuſtiſſima exiſtebat, cur tam bene ac LVTHERVS ipſe non poſſet vel quilibet ex infima plebe tabernarius & baiulus myſteria ſacra cõficere, ad populum dicere, paſtores ponere, archiflamines inaugurare. Sed videlicet Doctoratus ad omnia vtilis eſt. Omnia, qui Doctor eſt, efficere poteſt, cæteri non ita. O quanto ineptiis illis melius, qui ſcholis deſertis piſtor factus erat MELANCHTON? quanto melius eius ſocius CAROLSTADIVS, qui Doctoratu contempto, burim & ſtiuam totus iam ruſticus tenere cœperat.

Vide Coch. in act. Lutheri Ann. 25. p. 106.

Etſi

Etsi enim labebantur isti flagitiosè : nemini tamen eorum hypocrysis nocebat: in alienos alienarum functionum fines non inuadebat.

Demonstrauimus Lutherum nulla nec diuina nec humana, neque ordinaria neque extraordinaria vocatione ad turbandam Ecclesiam accessisse, adeoque non ELIAM aut ENOCHVM, sed Pseudoprophetam, Pseudoapostolum, Pseudoeuangelistam adeoque impostorem, seductorem, hæreticum, suo ipsius Iudicio ad carnificem ablegandum esse. Quæ propterea tam prolixè disputauimus, vt causas demonstraremus HVNNIO, ob quas Catholici LVTHERVM ad miracula prouocare coacti sint. Non leuiter scilicet aut frustraneæ sed diuinis humanisque legibus ipsius Lutheri placidis & decretis suffragantibus postulantibusque. Quibus si nondum acquiescit HVNNIVS, propositos nodos age dissoluat, & continuo sibi alios paratos sentiet. Cōclusio.

XIV. Æ-

XIV.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

EO QVE *sublimius meritò censetur opus, quod de illo iam olim Deus non vno modo vaticinari dignatus est. Quod etsi videre possit supra debuisse commemorari: tamen ordine non ita seruato scrupulosè, hoc loco referre lubet.*

Miramur & meritò quidem, cum legimus, Abrahamo prædictam posterorum seruitutem in Ægypto, & ex eadem liberationem, tacite designato Mose, cuius opera Dominus eam liberationem procuraturus erat. Miramur oraculum Mosis de Helia Propheta multis ante seculis editum, quàm ille lucem hanc aspiceret, quando tribum Gad *ait absconditum habere Prophetam, hoc est incomparabilem vindicem, ac repurgatorem diuini cultus, qui suo tempore ad hoc arduum opus expiandum prodituru esset. Miramur* Iosiam *Regem Vaticinio illustri nominatum expreßè, qui aliquando (post centum videlicet annos, eoque amplius) regnaturus, & ossa Sacerdotum Baal super Idololatrico altari Bethel exusturus esset: similiter quod Esaias Monarcham,*

cuius

cuius auspicijs atque iussu captiuitas Babylonia soluenda foret, nomine designat.

Num verò putabimus, de eo, quod nunc celebramus, opere, tam insigni, tamque memorabili, Deum fuisse mutum, * *vt de eo nihil vel in scriptura proderet, vel per homines* θεοπνεύστους *praenunciaret? absurdum hoc & consuetudini Dei ab vltimis seculis vsurpata contrarium, qui in huiusmodi magnis rebus, quae totius Ecclesiae statum complexae sunt, non facit quicquam, nisi reuelauerit arcanum suum seruis suis Prophetis, vt Pastoralis ille Propheta testatur.* Amos, cap. 3. *Itaque praeter illa quae supra paucis attigi, & haec accepite. In Apologia Confessionis Augustanae sub titulo de votis legitur, quod* Iohannes Hiltenius, *Monachus laudatae Vitae ac Sanctimoniae, à suo sodalitio ob reprehensos quosdam manifestos abusus in carcerem coniectus, dixerit,* se has iniurias aequo animo propter Christum tolerare, cum quidem nihil scripserit aut docuerit, quod labefactare statum Monachorum posset, tātum notos quosdam abusus reprehenderit: sed alius quidam, inquit, veniet,

*Minimè mutus fuit Deus: sed passim vocalis. Matt. 7. Cauete vobis à pseudoprophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, &c. Matth. 24. Multi venięt in nomine meo, & dicent, Ecce hic aut illic Christus, &c.

Hiltenii phantasia.

niet, Anno 1516. qui destruet vos, nec poteritis ei resistere. *Hæc in Apologia Confeß. August.*

Ioh. Huss.

Iam de Vaticinio gloriosißimi Martyris Iohannes Hussi: *Anno Dom. Millesimo quadringentesimo decimo quinto quid dicam? Certè Lutherus ipse rebus durißimis, dira moliente Papa, dira minitante Cæsare, non mediocriter illo se solatus est. Itaque in sua glossa super edictum Cæsareum, quod tamen non Cæsari, * sed alij cuidam artifici tribuendum cense, scribit his verbis:* Sanctus Iohannes Hussus * de me vaticinatus est, cum scriberet ex carcere ad Bohemos: Hodie assabunt anserem (nam Hus anserem significat) post centum verò annos audient canentem cygnum: hunc ferant necesse erit: *Et adijcit Lutherus :* **Da sol es auch bey bleiben ob Gott will.**


*Imò Cæsari, vt infra denuo habebimus.

* Falsũ nihil huiusmodi extat in Hussi Epistolis.

Idem vero Hussus ad sanguinariæ illius meretricis Babylonicæ prælatos, hostes suos, dicebat in die Martyrij: post centum annos respondebitis Deo & mihi. *Quæ verba Bohemi post in moneta quadã ad effigiẽ Ioh. Hussi curarunt procudi & exprimi.*

CON-

CONFVTATIO.


MANT alterna Camœnæ. Cœperat supra *Hunnius* nescio quibus Apocryphorum Prophetarum vaticinijs *Luthero* suo fucum quærere. Quorum diligentior consideratio ne auditori vanitatem ostenderet, digressus inde comparationibus interea splendidis animum eius oblectauit, & nunc Lutherum *Dauidi* funditori, nunc Pœnis illis *Hannibali*, *Asdrubali*, *Amilcari*, formidabilibus nominibus, æquiparauit: Iam ab hoc excessu redit ad propositum, & Propheticam telam pertexere incipit, nouos æquè authenticos vates pro Luthero in medium adducens, *Hiltenium* scilicet Monachum, *Iohannem Hussum* Bohemum, & tandem si dijs placet *S. Iohannem Euangelistam*, tanquam olorem inter anseres obtorto collo modulantem. Cui commemorationi vt plus fidei authoritatisque conciliet, præludium theatricum facit, de consuetudine Dei, res magnas & insolitas opera prius Prophetarum longe ante prænunciandi, Ecclesiamque ad officium commonefaciendi. Quæ vt nos tanquam vera suo loco non reijcimus. ita si hoc vrget Lutheranæ hæreseos vaticinia, vel si malis Prognostica ab antiquis temporibus non defuisse, luce meridiana clarius ostendemus. Isq; locus est, ad quem supra lectorem differre voluimus.

Primum

Primùm igitur vt ὕϛερον πρότερον à nouissimis ordiamur, *Anno* circiter XXIII. cum paulo ante nouus ille Germaniæ Apostolus, deserto Monasterio suo, & abiecta turpiter cuculla, inauditum prius Euangeliũ passim disseminaret, Dominus piis consulturus, terrifico eos vaccæ partu monuit, vt ab hoc sibi monstroso Apostata cauerent. In propinquis enim *Wittenbergæ* finibus, vacca quædam vitulum peperit, caluo capite, Monastico quasi cucullo circundatum, vt portenderet eum, qui non ita pridem deserta statione cucullam suam abiecerat. Hinc *Iohannis Cochlei* liber aduersus *cucullatum Minotaurum VVittebergensem*, cuius initium sic habet:

Vitulus cucullatus.

Cochl. in Act. p. 76.

Monstra bouemque cano, Boreæ qui primus ab oris,
Teuthonicas terras profugus conspurcat, & omnem,
Sub specie Monachi violat pacemq; fidemq;.
Vi Sathanæ, sæuis furiis agitatus, & æstro
Diræ Thesiphones, vltrici Anathemate pœnas
Exposcente, furit, mugitu vastus inani,
Semiuiri lacero sub semibouisq; cucullo.

Eandem rem paulo post Poloni sic luserunt.

Cochl. in Act. Anno 25. p. 120.

Vacca cucullatum produxit Saxica fœtum,
Designans monstrum, terra quod illa fouet.
Saxe miser vigila, monstrũq; hoc confice, semper
Exitium terris monstra tulere suis,

Iterum

Iterum quinquennio circiter ante, laudatissimus Imp. MAXIMILIANVS I. luculentissimum nobis LVTHERANÆ hæreseos oraculum dedit, idque signo nimis euidenti corroboratum. Cum enim *Anno* M. D. XVIII. *Augustæ Vindelicorum Imperialia comitia, eaque vltima suæ Maiestatis instituisset, ac patentibus valuis, vti moris est, pranderet, ingressus est cum multis aliis triclinium prandentis Imperatoris Martinus Lutherus. Maximilianus Imperator visum Lutherum cum exactius paulò & diutius intueretur, tandem Baronem ex familia* Schenck de Erpach *M. suæ aulicum & pincernam, alloquitur his verbis: Vade & aspicias Monachum à vertice capitis, vsque ad plantam pedis, & à planta pedis vsque ad verticem capitis, diligentissimè: & quod videris, referto.* Baro *Imperatori Interroganti respondit, se Monachum cucullа vestitum vidisse, quid verò pectori & animo eius insedisset, videre non potuisse. Imperator rursus iisdem quibus antea verbis, mandat Baroni, Monachum denuo collustrare. Baro etiamsi iterata vice adiret, refert se nihilo plus quam antea, videre posse. Imperator, phrasi sibi familiari regerebat, amore boni Dei, fac quæ iubeo. Baro obtemperans, vadensque & rediens, eundem sermonem Imperatori (vti supra dictum) interroganti, repetiit. Subiungit protinus Imperator: Si tu nihil vidisti nec vides, dicã tibi quid ego videam:* video cacodęmonem forma cor-

Maximil. Imp. videt cacodæmonē humeris Lutheri insidētem.

porea humeris iſtius Monachi incubantem, & te quidem ſuperſtite, nec verò defuncto, iſte Monachus, turbas, calamitates & miſerias grauiſſimas in Imperio concitabit. *Hæc verba ex ore D. Maximiliani audiuit quidam præcipuus Germaniæ Princeps ſecularis, cuius nomẽ cõſultò præterimus, qui eo ipſo tẽpore menſæ Imperatoris cum aliis Principibus, Comitibus, Baronibus, & Nobilibus adſtitit. Iſte verò Princeps hæc veraciter contigiſſe, filio ſuo retulit. Qui fili⁹ Princeps & hæres hæc omnia & ſingula duobus Principum, Electorum, Conſiliariis, Primariis, fide dignè recenſuit, quem vtrumq; probè nouimus, alter verò illorum adhuc ſuperſtes, hæc & voce & ſcripto nobis communicauit.*

Maximil. Imp. Vaticinium veriſſimũ de Luthero.

Hæc verbotenus *Tilmannus Bredẽbachius lib. 7. collat. ſacrarum. cap. 41.*

Quibus ſimilia olim in *Berengario* accidiſſe, *Wilhelmus Bibliothecarius lib. 3. de Geſtis Angelorũ* refert. Cum .n. in extremis poſitũ Epiſcopum *Carnotẽſem Fulbertum* multi viſitarent & ędium capacitas vix cõfluentib. ſufficeret, ille inter oppoſitas cateruas oculo longè cõſpicatus *Berengarium*, niſu, quo valuit, expellendum indicauit, proteſtatus. *immanem dæmonem propè ipſum conſiſtere, multosq; ad eum ſequendum blandiente manu, & illice anhelitu corrumprre.*

Berẽgario aſtare viſus dæmõ.

Tertio *Anno* M. CCCC. LXXXVIII. Calend. Aprilis *Iohan. Lichtenbergius* ſpiritu, quo valebat, fatidico, ita vaticinatus eſt. *Monachus,*

Vide Paul. Scalig. explan. Imag. pag. 147.

nachus, inquit, *in cucula, & Diabol' in scapulis eius, retro, habens loripium longum ad terram, cum amplis etiã brachiis, habens discipulũ secũ stantem. Hic Propheta erit diis & Dæmonibus terribilis, signa multa, & prodigia faciet, eius quoq; aduentũ praui Dæmonũ Spiritus fugient, præclarum habebit ingenium, multarumq; rerum scientiam & sapientiam in hypocrisi, tamen mendacium sæpius loquetur, & cauterizatã habebit conscientiam. Erit quoq; multi sanguinis effusionis causa. Quanquam ita signa multa & prodigia dederit, iuxta tamen salutiferam Christi doctrinam minimè ei adhærendum erit: Imò de illis esse videbitur, quos Christus futuros annunciauit, quemadmodum sacris literis à Saluatore nostro proditum reperitur. Matth. 24. Si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus,* aut illic, nolite credere. Surgẽt enim Pseudochristi, & Pseudopropheta, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem ducantur, si fieri possit, etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si igitur dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus est, nolite credere, &c.*

Ioh. Lichtenbergii vaticiniũ.

* Hoc Lutherus fecit, partim in dogmate vbiquitatis, partim in nomine Ecclesię, sibi soli arrogando.

Hoc vaticinium cui sub sole melius conueniat, q̃ *Martino Luthero*, non video. Fuit enim is Monachus sub instituto *Eremitarum B. August.* Diabolũ sibi familiarissimũ, diuq; ac noctu ferme parastaten habuit, vt supra diximus. Discipulum sibi seruiliter subiectum, & quasi pedibus in oẽs suas sententias abeuntẽ, habuit *Melanchtonẽ*, quẽ, vt audio,

Applicatio vaticinii ad Lutherum.

priuarunt, vt si quis antea tibi fuisset Doctoratus, iam nullus omnino esset. Idq? adeò tibi ignotum esse non potuit, vt etiam pro ea, qua gnauiter valebas impudentia, honori id tibi commodoq; duceres: *Anno 23. libr. contra falsò nominatum clerum.* Videris enim tibi hac amissione omnē bestię characterem deposuisse, tantumq; de ea doles, quantū asin⁹ de abiecta sarcina; *quod hæ* (vt inquis) *larua summo tibi apud Deū dedecori fuerint.* Quomodo ergo, perfricta frōs, multis post annis, *An.* videlicet *30. & 31. in fine glossa super edictū Cæsareum,* iterum ad hanc turpitudinem tuā Doctoralem refugis, in eaq; omne vocationis tuæ præsidium ponis?

Tom. 2. Germ. fol. 106.

Tertium & postremum: si Doctorum virtus & facultas tanta, quantā ipse tibi sumsisti, *cur Andreæ Carolstadii* autoritatem nullā esse voluisti? Cur eum nequaquam ritè, sed improbè & sacrilegè sacra tractare scripsisti? dixisti? cur miserum, afflictum, rebusque omnibus & fortunis euersum tota è Saxonia proscripsisti, exegisti, exterminasti? An Theologiæ Doctor non fuit? At teipsum *VVittenbergæ An. 1512.* Doctoratu insignierat? At vero Doctor quidē fuit, sed errauit, lapsus est, falsa, noua, inaudita docuit? At tua iam ipsius vineta cædis: idq; tandem fateris, quod etsi verissimū, tibi tamen aduersissimū, nō esse Doctoratū certā legitimæ vocationis notam

Luth. Domin. 2. cōr. Carolstad. Prophe.

Carolstadii Exemplo Lutherus confutatur.

Cochl. l de Act. Luth.

notam, non Episcopatus insigne, non quælibet dogmata inuehendi potestatem, non instituta prisca omnia euellendi & labefactandi Ius. Verum quænam ei tantum ad commentum hoc, ad glorificationem adeo ineptam ac stolidam causæ fuerunt? Dicam hoc vltimo & paucis: Nam eæ quidem recta si videantur, iam quidquid tandem disceptandum fuit, clarissimè apparet. Fuerunt verò illæ potissimum quatuor. *Prima* quod mirificè inani gloria efferebatur, adeoque libenter Doctor audiebat, vt eum ab ipso etiam Dæmone, vti quidem ipsemet memoriæ prodidit; nuncupatione ista, nocte quadam salutaretur, attentissimas omnibus quæ ille contra fidem expromebat aures præberet, omnibus assentiretur. *Altera* quod cum eius missionis aliquam ab eo tesseram Catholici peterent, eamque nullam omnino haberet, falso Doctoratus Encomio suam illam inopiam tegere, maximasq; potestatis opes ostentare voluit. *Tertia* propter Anabaptistas, aliosque nonnullos, qui eius libris ac sermonibus excitati, diuina & ipsi oracula fundere, propriasque dogmatum familias, quæ ab ipso etiam *Luthero* dissiderent, instituere voluissent. Cum enim quæ de suo afflatu diuino, suique Euangelii luce iactaret, eadem etiam illi omnia de seipsis, lingua minime titubante affirmarent, quid ageret *Lutherus*? suam ab ijs quos genuisset

Lutherus cur toties Doctoratum suum prędicarit.

Tom. 7. fo. 479. lib. de miss. Ang.

autoritatem ſperni ſineret? ſibi ſuos pullos recalcitrare pateretur? eos ſibi æquari? nequaquam: Iacto ego quidem Dei ſpiritum: & vos iactatis: à Deo priſcarum abuſionum perpurgatorem miſſum me aſſero, & vos aſſeritis: verbum ego Dei purum putum loquitor, & vos loquitamini, ſed tamen veri Euangelij præcones non eſtis, vt ego. Publicè Chriſtianas Eccleſias erudire, paſtores conſtituere, manus imponere, præſules efformare non poteſtis, vt ego. Theologiæ Doctor ſum: vos non eſtis. *Hic Rhedus, hic ſaltus,* Quarta demum & poſtrema cauſa eſt, quod cum Chriſtianos omnes iam inde baptiſmo veros Dei Sacerdotes, ipſaſque etiam mulierculas nulla, ne minima quidem Sacræ poteſtatis particula, viris vllis inferiores affirmaſſet, in multorum, vti par erat, animis dubitatio iuſtiſſima exiſtebat, cur tam bene ac LVTHERVS ipſe non poſſet vel quilibet ex infima plebe tabernarius & baiulus myſteria ſacra cõficere, ad populum dicere, paſtores ponere, archiflamines inaugurare. Sed videlicet Doctoratus ad omnia vtilis eſt. Omnia, qui Doctor eſt, efficere poteſt, cæteri non ita. O quanto ineptiis illis melius, qui ſcholis deſertis piſtor factus erat MELANCHTON? quanto melius eius ſocius CAROLSTADIVS, qui Doctoratu contempto, burim & ſtiuam totus iam ruſticus tenere cœperat.

Vide Coch. in act. Lutheri Ann. 25. p. 106.

Etſi

Etſi enim labebantur iſti flagitioſè : nemini tamen eorum hypocryſis nocebat: in alienos alienarum functionum fines non inuadebat.

Demonſtrauimus Lutherum nulla nec diuina nec humana, neque ordinaria neque extraordinaria vocatione ad turbandam Eccleſiam acceſſiſſe, adeoque non ELIAM aut ENOCHVM, ſed Pſeudoprophetam, Pſeudoapoſtolum, Pſeudoeuangeliſtam adeoque impoſtorem, ſeductorem, hæreticum, ſuo ipſius Iudicio ad carnificem ablegandum eſſe. Quæ propterea tam prolixè diſputauimus, vt cauſas demonſtraremus HVNNIO, ob quas Catholici LVTHERVM ad miracula prouocare coacti ſint. Non leuiter ſcilicet aut fruſtraneæ ſed diuinis humaniſque legibus ipſius Lutheri placidis & decretis ſuffragantibus poſtulantibuſque. Quibus ſi nondum acquieſcit HVNNIVS, propoſitos nodos age diſſoluat, & continuo ſibi alios paratos ſentiet. Cõcluſio.

XIV. Æ-

X I V.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

EO QVE sublimius meritò censetur opus, quod de illo iam olim Deus non vno modo vaticinari dignatus est. Quod etsi videre possit supra debuisse commemorari: tamen ordine non ita seruato scrupulosè, hoc loco referre lubet.

Miramur & meritò quidem, cum legimus, Abrahamo prædictam posterorum seruitutem in Ægypto, & ex eadem liberationem, tacite designato Mose, cuius opera Dominus eam liberationem procuraturus erat. Miramur oraculum Mosis de Helia Propheta multis ante seculis editum, quàm ille lucem hanc aspiceret, quando tribum Gad ait absconditum habere Prophetam, hoc est incomparabilem vindicem, ac repurgatorem diuini cultus, qui suo tempore ad hoc arduum opus expiandum proditurus esset. Miramur Iosiam Regem Vaticinio illustri nominatum expressè, qui aliquando (post centum videlicet annos, eoque amplius) regnaturus, & ossa Sacerdotum Baal super Idololatrico altari Bethel exusturus esset: similiter quod Esaias Monarcham,

cuius

cuius auspicijs atque iussu captiuitas Babylonia soluenda foret, nomine designat.

Num verò putabimus, de eo, quod nunc celebramus, opere, tam insigni, tamque memorabili, Deum fuisse mutum, * *vt de eo nihil vel in scriptura proderet, vel per homines* θεοπνεύστους *prænunciaret? absurdum hoc & consuetudini Dei ab vltimis seculis vsurpata contrarium, qui in huiusmodi magnis rebus, quæ totius Ecclesiæ statum complexæ sunt, non facit quicquam, nisi reuelauerit arcanum suum seruis suis Prophetis, vt Pastoralis ille Propheta testatur.* Amos, cap. 3. *Itaque præter illa quæ supra paucis attigi, & hæc accepite. In Apologia Confessionis Augustanæ sub titulo de votis legitur, quod* Iohannes Hiltenius, *Monachus laudatæ Vitæ ac Sanctimoniæ, à suo sodalitio ob reprehensos quosdam manifestos abusus in carcerem coniectus, dixerit,* se has iniurias æquo animo propter Christum tolerare, cum quidem nihil scripserit aut docuerit, quod labefactare statum Monachorum posset, tãtum notos quosdam abusus reprehenderit: sed alius quidam, inquit, veniet,

*Minimè mutus fuit Deus: sed passim vocalis. Matt. 7. Cauete vobis à pseudoprophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, &c. Matth. 24. Multi venient in nomine meo, & dicent, Ecce hic aut illic Christus, &c.

Hiltenii phantasia.

niet, Anno 1516. qui destruet vos, nec poteritis ei resistere. *Hæc in Apologia Confess. August.*

Ioh. Huss. *Iam de Vaticinio gloriosissimi Martyris* Iohannes Hussi: *Anno Dom. Millesimo quadringentesimo decimo quinto quid dicam? Certè Lutherus ipse rebus durissimis, dira moliente Papa, dira minitante Cæsare, non mediocriter illo se solatus est. Itaque in sua glossa super edictum Cæsareum, quod tamen non Cæsari,* * *sed alij cuidam artifici tribuendum cense, scribit his verbis:* Sanctus Iohannes Hussus * de me vaticinatus est, cum scriberet ex carcere ad Bohemos: Hodie assabunt anserem (nam Hus anserem significat) post centum verò annos audient canentem cygnum: hunc ferant necesse erit: *Et adijcit Lutherus:* **Da sol es auch bey bleiben ob Gott will.**


*Imò Cæsari, vt infra denuo habebimus.

* Falsū nihil huiusmodi extat in Hussi Epistolis.

Idem vero Hussus ad sanguinariæ illius meretricis Babylonicæ prælatos, hostes suos, dicebat in die Martyrij: post centum annos respondebitis Deo & mihi. *Quæ verba Bohemi post in moneta quadā ad effigiē Ioh. Hussi curarunt procudi & exprimi.*

CON-

CONFVTATIO.



AMANT alterna Camœnæ. Cœperat supra *Hunnius* nescio quibus Apocryphorum Prophetarum vaticinijs *Luthero* suo fucum quærere. Quorum diligentior consideratio ne auditori vanitatem ostenderet, digressus inde comparationibus interea splendidis animum eius oblectauit, & nunc Lutherum *Dauidi* funditori, nunc Pœnis illis *Hannibali*, *Asdrubali*, *Amilcari*, formidabilibus nominibus, æquiparauit: Iam ab hoc excessu redit ad propositum, & Propheticam telam pertexere incipit, nouos æquè authenticos vates pro Luthero in medium adducens, *Hiltenium* scilicet Monachum, *Iohannem Hussum* Bohemum, & tandem si dijs placet *S. Iohannem Euangelistam*, tanquam olorem inter anseres obtorto collo modulantem. Cui commemorationi vt plus fidei authoritatisque conciliet, præludium theatricum facit, de consuetudine Dei, res magnas & insolitas opera prius Prophetarum longe ante prænunciandi, Ecclesiamque ad officium commonefaciendi. Quæ vt nos tanquam vera suo loco non reijcimus. ita si hoc vrget Lutheranæ hæreseos vaticinia, vel si malis Prognostica ab antiquis temporibus non defuisse, luce meridiana clarius ostendemus. Isq; locus est, ad quem supra lectorem differre voluimus.

Primum

Primùm igitur vt ὕστερον πρότερον à nouissimis ordiamur, *Anno* circiter XXIII. cum paulo ante nouus ille Germaniæ Apostolus, deserto Monasterio suo, & abiecta turpiter cuculla, inauditum prius Euangeliũ passim disseminaret, Dominus piis consulturus, terrifico eos vaccæ partu monuit, vt ab hoc sibi monstroso Apostata cauerent. In propinquis enim *Wittenbergæ* finibus, vacca quædam vitulum peperit, caluo capite, Monastico quasi cucullo circundatum, vt portenderet eum, qui non ita pridem deserta statione cucullam suam abiecerat. Hinc *Iohannis Cochlæi* liber aduersus *cucullatum Minotaurum VVittebergensem*, cuius initium sic habet:

Vitulus cucullatus.

Cochl. in Act. p. 76.

Monstra bouemque cano, Boreæ qui primus ab oris,
Teuthonicas terras profugus conspurcat, & omnem,
Sub specie Monachi violat, pacemq; fidemq;.
Vi Sathanæ, sæuis furiis agitatus, & æstro
Diræ Thesiphones, vltrici Anathemate pœnas
Exposcente, furit, mugitu vastus inani,
Semiuiri lacero sub semibouisq; cucullo.

Eandem rem paulo post Poloni sic luserunt.

Cochl. in Act. Anno 25. p. 120.

Vacca cucullatum produxit Saxica fœtum,
Designans monstrum, terra quod illa fouet.
Saxe miser vigila, monstrũq; hoc confice, semper
Exitium terris monstra tulere suis,

Iterum

Iterum quinquennio circiter ante, laudatissimus Imp. MAXIMILIANVS I. luculentissimum nobis LVTHERANÆ hæreseos oraculum dedit, idque signo nimis euidenti corroboratum. Cum enim *Anno* M. D. XVIII. *Augustæ Vindelicorum Imperialia comitia, eaque vltima suæ Maiestatis instituisset, ac patentibus valuis, uti moris est, pranderet, ingressus est cum multis aliis triclinium prandentis Imperatoris Martinus Lutherus. Maximilianus Imperator visum Lutherum cum exactius paulò & diutius intueretur, tandem Baronem ex familia* Schenck de Erpach *M. suæ aulicum & pincernam, alloquitur his verbis: Vade & aspicias Monachum à vertice capitis, vsque ad plantam pedis, & à planta pedis vsque ad verticem capitis, diligentissimè: & quod videris, referto.* Baro *Imperatori Interroganti respondit, se Monachum cuculla vestitum vidisse, quid verò pectori & animo eius insedisset, videre non potuisse. Imperator rursus iisdem quibus antea verbis, mandat Baroni, Monachum denuo collustrare. Baro etiamsi iterata vice adiret, refert se nihilo plus quam antea, videre posse. Imperator, phrasi sibi familiari regerebat, amore boni Dei, fac quæ iubeo. Baro obtemperans, vadensque & rediens, eundem sermonem Imperatori (vti supra dictum) interroganti, repetiit. Subiungit protinus Imperator: Si tu nihil vidisti nec vides, dicā tibi quid ego videam:* video cacodęmonem forma cor-

Maximil. Imp. videt cacodæmonē humeris Lutheri insidētem.

nachus, inquit, *in cucculla, & Diabol⁹ in scapulis eius, retro, habens loripium longum ad terram, cum amplis etiã brachiis, habens discipulũ secũ stantem. Hic Propheta erit diis & Dæmonibus terribilis, signa multa, & prodigia faciet, eius quoq; aduentũ praui Dæmonũ Spiritus fugient, præclarum habebit ingenium, multarumq; rerum scientiam & sapientiam in hypocrisi, tamen mendacium sæpius loquetur, & cauterizatã habebit conscientiam. Erit quoq; multi sanguinis effusionis causa. Quanquam ita signa multa & prodigia dederit, iuxta tamen salutiferam Christi doctrinam minimè ei adhærendum erit: Imò de illis esse videbitur, quos Christus futuros annunciauit, quemadmodum sacris literis à Saluatore nostro proditum reperitur. Matth. 24. Si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus, * aut illic, nolite credere. Surgẽt enim Pseudochristi, & Pseudopropheta, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem ducantur, si fieri possit, etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si igitur dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus est, nolite credere, &c.*

Ioh. Lichtenbergii vaticiniũ.

* Hoc Lutherus fecit, partim in dogmate vbiquitatis, partim in nomine Ecclesię, sibi soli arrogando.

Hoc vaticinium cui sub sole melius conueniat, q̃ *Martino Luthero*, non video. Fuit enim is Monachus sub instituto *Eremitarum B. August.* Diabolũ sibi familiarissimũ, diuq; ac noctu ferme parastaten habuit, vt supra diximus. Discipulum sibi seruiliter subiectum, & quasi pedibus in oẽs suas sententias abeuntẽ, habuit *Melanchtonẽ*, quẽ, vt audio,

Applicatio vaticinii ad Lutherum.

ſemper pro magiſtrali authoritate tuiſſauit. Dijs Dæmonibuſq; ſe terribilem finxit, cum ſuo ait Euangelio ſpectra & lemures infeſtarum domuũ fugatos. Signa & prodigia nulla quidem fecit, ſed tamen facere attentauit, vt ſuperius oſtendimus. Ingenio ſtudioque multis coæqualium antecelluit, vt *Cochlæus* initio *Actorum* commemorat: quamuis cum aliis collatus, non omnino etiam ſumus fuerit. Hypocriſin eius, inſanam mentiendi libidinẽ, perpetuos conſcientiæ morſus, cruentas ſeditiones & turbas, multorũ ſanguine expiatas, bella Gallica, Belgica, Ruſticorum in Germania miſeræ lauienæ abundè demonſtrarunt. Noſtrum igitur eſt, ab hoc cucullato Propheta cauere, & horribilẽ genium ſcapulis ipſius inſidentem, prouido ſemper oculo contemplari.

Denique vt ad remotiſſima veniamus *Anno* M. C. LXXVIII. IOACHIM *Abbas Calaber, Monachus Ordinis S. Benedicti*, qui tempore *Vrbani* 3. vixit, & multa ſcripſit, omnibuſque ferme libris prognoſtica admiſcuit, ſuper *Eſaiam part. 1. De oneribus ſexti tempor.* tale Vaticinium reliquit. *Futurum eſt*, inquit, *vt Eccleſiam Romanam in partibus occiduis conſtitutam, Teuthonicorum potentia conculcet. Nam ſicut peccati radix Antiochus finẽ Iudaicis dedit hiſtoriis: Sic Imperio perditionis filius, prælijs Germanorum. Nullus enim populorũ legitur ad tantã amaritudinem perdu-*

Vide Paul. Scalig. ex plan. Imag. p. 146.

Ioachimi Abbatis Vaticiniũ de Luthero, Aquilonari Apoſtata.

perduxisse Romanam Ecclesiam, sicut domesticus Alemannus: ab Aquilone Germaniæ illa pãdetur hæresis & afflictio, quæ non solum inuoluet reprobos, sed & electos afficiet, temporib. præfinitis. Huius Aquilonis mater est Saxonia : *filiæ verò*, Magdeburgũ, Brandeburgum, Misnia, Mechelburgum, Islebium, &c. *leuantes contra Dominum Spiritum pestilentem.* Arrige aures Hunni.

En quid clariꝰ dici potest? *Lutherus Islebij* natꝰ, *Magdeburgi, Isenaci, & Erphordiæ* eruditus, *VVittenbergæ* Dialecticen Physicenque Aristotelis, post etiã suam hæresin Professus, Saxoniam, Misniã, & vicinos Ducatus à via regia miserè seduxit. Nonne hoc est acu rem tangere, & non à lõgè flatum venti futurum conjectare, sed locum, tempora, momenta singula & puncta quasi in re præsenti digito monstrare? Eat igitur *Hunnius* & ad vaticinationes Catholicos prouocet, tam apertis, tam euidentibus, & ad amussim quadrantib. instructos. Vt non grauius *Lutherus*, quã his ipsis oraculis accusari damnariue queat Cochlæ. in Act. p. 1. Surius in cõment. An. 17. p. 90.

Sed nunc tempus, ex aduerso nobis oppositos vates examinandi: *Hiltenium* scilicet, *Hussumq;* par hominum tam bene ad oracula edenda compositum, q̃ πρὸς αὐλὸν ὄνος. Miser enim vterque in vinculis constitutus, & vindictam sui Iudicis vnicè anhelans, non secus ac illa apud Nasonem: Examen testium Hunnij.

Quæ tibi factorum pœnas instare tuorum
Vaticinor moriens: 8. Metam.

Casu verbum aliquod biliosum eiaculatur, quod *Lutherus* aliunde testimonium frustra aucupatus, tanq̃ sibi dictũ auidissimè arripit, indeq; miras tragœdias excitat. Quid enim? *Ego* inq̃t *Hiltenius has iniurias propter* CHRISTVM *æquo animo tolerabo.* Scilicet. Quid tũ? vtrum propterea Propheta *Lutherus?* Nempe id sequitur, dum pergit. *Sed alius quidam veniet Anno 1516. qui destruet vos, nec poteritis ei resistere.* Hoc punctum, ad quod collimamus.

Plaut. in Milite glorios.

Bonus vates poteras esse, cum quæ sunt futura videas.

Iam *Hussius Constantiæ* vstuland⁹ quid? vaticinatur bis, si *Hunnio* credimus Ac primũ: *Hodie, inquit, assabunt anserem* : quod facilè erat dicere, cum iam rogum suum Hus, qui Bohemicè anserem significat, fermè ob oculos videret. *Post centum verò annos audiẽt canentem Cygnum, hunc ferant necesse est.* Hoc grauius: sed ægri liuidiq; animi votum potius, quàm certæ scientiæ oraculum: qua de re infra. Nunc secundò pergit *Hussius. Post centum annos respondebitis* DEO *& mihi.*

Hæc scilicet illa diuina oracula sunt, quibus, *Hunnio* teste, opus tam insigne tamque memorabile Lutheranæ reformationis superioribus DEVS seculis Ecclesiæ suæ prænunciauit. Quibus futilissimis nugis quis non graui cum stomacho regerat illud Flacci:

Partu-

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Quid enim? fac ista omnia vera esse, nonne æquè *Hussus* & *Lutherus* hæretici, Catholici autem vera orthodoxaq; Christiana Ecclesia manebunt? Nam & malos de malis, & bonos de bonis, & malos de bonis, & bonos deniq; de malis vaticinia edidisse, cõperimus. Malos de malis vaticinatos, testantur *Abaris, Albigerius Carthaginiẽsis, Apollonius Thyanaeus, Aruns, Carmenta, Cassandra*, deniq; *Dodona* tota & *Delphi*, & plurima gentium oracula. Bonos de bonis vaticinantes legim⁹ quotidie, cum sacrarium illud Diuinorum Prophetarum, CHRISTVM ipsiusque regnum & gloriam longissimis, sed certissimis vocibus prænunciantium, ingredimur. Malos vero de bonis oracula reddidisse, chorus ille *Sibyllinus*, & *Balaam* filius *Beor*, habitans super flumen terræ filiorum *Ammon*, abunde confirmant. Denique bonos quoq; malis suam prẹnunciasse fortunam, nemo ignorat, nisi qui sacros Prophetas nostros, *Esaiã, Ieremiam, Ezechielem, Danielem*, &c. de *Babyloniis, Assyriis, Medis, Idumeis, Persis, Æthopibus, Græcis, Latinis* vaticinantes non legerunt.

Vaticinatur boni & mali.

Num. 22. 5.

Age igitur, vaticinẽtur hic *Hussus* & *Hiltenius* de *Luthero*, quid aliud faciunt, nisi ꝙ mali de malo, Schismatici de Schismatico, hæretici de hæretico verba frustranea iactant? Nec dum enim oraculorum vim istis

Lernis tribuere constituimus, cum ne quidẽ adhuc certum, vtrũ eiusmodi aliquid, quod disputamus, vnquam Hussus & Hilteni⁹ vel dixerint, vel cogitarint. Nusquã enim *Hussi* Epistolæ tale *Bohemis* oraculum canunt: nec de *Hiltenio* quisquam, præter Apolegetam Augustanum, suspectissimæ fidei hominem, memoriæ quicquam prodidit.

Sed ne id ipsum scrupulosius vrgeamus: Illud secum æquus Lector reputet, vtrũ magis huismodi voces vatum, quam hominum iracundorũ, & vindictę cupiditate aduersus Iudicem suum flagrantium, habendæ sint.

Casus similis. Cogita *Arium* Niceæ Oecumenico Christiani orbis Cõcilio damnatũ, ac vel pudore confusum, vel iracundia turbidũ, trecentorũ octodecim Patrum consessui ita respondere. *Ego quidem ista in me seneriter statuta propter* CHRISTVM *æquo animo feram. At post centum annos veniet alius, qui vos destruet, cui non poteritis resistere.* Aut paulo aliter ad Hussi stylum: *Nunc quidem fluuium exsiccabunt,* (Arius enim fluuius est, Plinio teste, Ariam regionem inter Parthos & Indos irrigans.) *At proximo seculo hunc fluuium sequetur mare, quod exsiccare non poterunt.* Quis hic ita cæcus est, quin furere ARIVM ira, ac biliosas minas suas vanè temereque, omnis euentus securum, euomere videat? Et tamen proximo circiter seculo exorti sunt hæretici PELAGIANI, qui à mari, vt appa-

Plin. lib. 6. natur. hist. cap. 23.

apparet, nomen cum autore traxerunt. Qui si cum Lutheranis stultescere eodem se fuco simplicibus commendare voluissent, S. scil. *Arium* de se vaticinatum esse, quod & nomina fluuii marisq; , & tempora determinata vnius circiter seculi bellè responderent: quis non largo hîc cachinno difflueret? Eqnidem nullus puto *Corydon* aut *Thersites* ita crassus est, quin hac lege vatis sibi nomen arrogare queat. Nemo enim ita rustice simplex est, quin cum sciat, nouos semper in religione motus existere solere, facile verbum aliquod huiusmodi anceps vel fortuitum emittat: Cui si aliqua complementi species respōdeat, pro vaticinio habeatur: Sin min⁹, tanquam non dictum, aut consuetum animi πάθος negligatur. Nec in temporis ratione tanta difficultas est, cum ad præstitutam horam & casus ipse, si respondeat, & casus semina, si moretur, & complementum casus, si anteuertat, referri possit. Multum etiam effugii in eo latet, Dominum vel malitia hominum pœnam accelerasse, vel pœnitentia distulisse, aut omnino sustulisse. Quibus ita prospectis latebris, futili isti vatum generi difficile non est, sua somnia ac coniecturas, siue maturius, siue serius, siue in tempore contingant, aut non contingant, plausibili ratione palliare.

Coniectare vtcunque euentus futuros facile.

Sed neque si maximè vera genuinaque Hussi & Hiltenii vaticinia esse fateamur,

In Lutherum non quadrant Hussi & Hiltenii voces.

quicquam tamen inde *Luthero* emolumenti vel ſubſidii excreſcet: Cum non magis illi, quàm *Pumilioni Herculis Cothurni* conuenirant. Is enim etſi plagas ſatis virulentas religioſorum ſtatui inflixit, tàntum tamẽ abeſt, vt eum planè deſtruxerit, quod ſermovatum vult, vt nunquam Eccleſia, quemadmodum ſupra quoq; monuimus, florentior aut amplior, quam hoc ipſo ſeculo *Indis* ad fidem conuerſis, fuerit. *Lutherus* autem cum ſuis arietibus tanquam obtuſa acie hebeſcit, atq; inſtar inflati follis exſpirat, vt non tam Monachi noſtri, quã miſeri Lutherani cum internecione conflictentur, hinc Catholicis tanquã legitimis hęredibus, iſthinc *Caluiniſtis*, plurimos ad ſuas partes recipientibus.

Lutherus nõ Cygn', ſed aſinus, aut canis.

Itaque quod adhuc Cygni nomen *Luthero* vindicat *Hunnius*, non alia ratione fieri exiſtimo, quã quod is ſibi ſuiſq; extrema breui fata occenturus ſit: ſecundũ illud *Martialis*.

Lib. 13. Epigrammat.

Dulcia defectâ modulatur carmina linguâ
Cantator Cygnus funeris ipſe ſui.

Alioqui Monchos iſtos *Lutheri*, Latratus caninos, petulantes hinnitus, ructus ebrios, furioſa verborum fulmina, & quos ſæpè

Ouidius 1. Faſtor.

Vt rudens rauco Sileni vector aſellus
Intempeſtiuos edidit ore ſonos,

Cygneas voces appellare, certè neq; humani iudicii eſt, nec diuinæ religionis. **Vnd da ſoll es ja bey bleiben / mein lieber Luther / ob Gott wil.**

Iam

Iam illud quid ominis habet, quod *Hußſus* Patrib. Conſtantienſibus (quos hîc *Hunnius* pro ſua modeſtia *ſanguinaria meretricis Babylonicæ Prælatos* vocat, nec Pontificis rationem habens, nec Imperatoris) dixiſſe, Bohemiaq; in moneta ad effigiem Huſſi procudiſſe fertur: *Poſt centum annos reſpondebitis Deo & mihi.* Quid hoc eſt, reſpondere DEO & Huſſo? DEO reſpondere pro ſumpto ab hæreſiarcha ſupplicio, facile ac promptum eſt, cum propterea *gladium gerat Magiſtratus*, vt quemadmodum ait Apoſtolus, *vindex ſit in iram ei, qui malum agit*: id eſt, vt ſcabioſas oues à caulis repellat, & immedicabilia vulnera reſecet, *ne pars ſincera trahatur.* Rom. 13. 4.

Huſſo autem reſpondere quis tenetur, qui tanquam infamis ſententiáque paſſus hæreticus, ne locum quidem ſtandi in iudicio habet, minuſque quam merebatur, pro flagitiis ſuis accepit? Viderit ipſe, quomodo DEO & legitimo Magiſtratui, reſponſurus ſit, cum die illo terribili, ſuæ perfidiæ & calamitatum orbi inuectarũ, coram vniuerſo ſanctorum Angelorum & hominum cœtum, rationem poſtulabitur. Sed forte *Hunnius* hoc animo eſt, vt *Huſſo* reſpondere idem putet, quod Lutheri hæreſibus conficiendis occupari, quod ſane ſuperiori ſeculo maioribus noſtris contigit. Cuius rei præſcium fuiſſe *Huſſum*, tam credibile eſt, quam

quam probabile, eum me cum *Hunnio* hac de re litigaturum præuidiſſe.

Differentia Huſſitarum & Lutheranorũ maxima.

Poſtremò vt hunc locum concludam, id ante omnia veritatem inſtituti noſtri cõfirmat, quod tanta inter *Huſſi Lutheriq́;* hæreſin diſtantia eſt, vt vtrique ſe mutuo hæreticos pronuncient: nec propterea credibile, *Huſſum* de homine tot in partibus ſibi contrario, ſuaq; à profeſſione tam longè deflectente, oraculum Propheticum, ſi maxime potuiſſet, reddere voluiſſe. Idq; adeò obſcurum non eſt, vt ipſi ſectarii huius differentiæ abundantiſſimi ſint teſtes.

DAVID CHYTRÆVS *Oratione de ſta u Eccleſiarum* hoc tempore in Græcia, Aſia, Bohemia: *In Bohemia* inquit, *quam bis in hoc itinere peragraui, Eccleſia duabus hoc tempore appellationib. præcipuis notari ſolent. Alia enim, Pontificia omnia ſine vlla exceptione retinentes,* SVB VNA: *Alia Ioannis Huſſi doctrinam ſecuta & Baſilienſis Synodi tempore Pontificiis rurſum coniuncta & permiſſu Pontificis in cœna ſacra populo quoq́; calicem diſtribuentes, verum in doctrina & ritibus cæteris ferè omnibus, Pontificiis conformes,* SVB VTRAQVE *nominantur.*

LVTHERVS quo olim loco, & prioribus & poſterioribus temporibus, Bohemos, VValdenſes, Piccardos, Huſſitas habuerit, ex ſequentibus manifeſtum fiet.

Anno XIX. cum in diſputatione *Lipſica*

psica inter diputandum suspectus fieret tanquam fautor & Patronus *Bohemorum* Schismaticorum, quemadmodum *D. Eckius* palā ei obiiciebat: Ipse mox interstrependo Teuthonice iratus dixit, *hoc falsum esse*. Deinde maturius respondendo, idipsum velut graué contumeliam à se reiiciens sic dixit. *Nunquam mihi placuit, nec in æternum placebit, quodcunq; schisma inique faciunt Bohemi: quod se authoritate propria separant à nostra vnitate, etiamsi ius diuinum pro eis staret, cum supremum ius diuinum sit, charitas & vnitas spiritus.*

Lutherus Bohemos vt hæreticos dānat.

Idem in assertionibus artic. 30. *Non rectè faciunt, qui me Hussitum vocant. Nō enim mecum ille sentit, sed si ille fuit hæreticus, ego plus decies sum hæreticus: cum ille longè minora & pauciora dixerit, velut inchoans lucem veritatis aperire. Non videtur repugnare Hussius, quo minus sit monarchia Papæ: hoc tantum agit, impium Pontificem non esse membrum Ecclesiæ, ferendum tamen sicut alium quemuis tyrannū. Ego verò etiamsi S. PETRVS hodie præsideret Romæ, negabo Romanum Episcopum esse Papam. Papa enim res ficta est in mundo, neque fuit, neq; est, neq; erit, sed fingitur esse. Quare ipsā sedem bestiæ nego, nihil moratus, sit ne bonus an malus, qui in ea sedet. Deinde Decretales Papæ non dico Apocryphas, sicut VViclenus & Hussius dicere iactantur, sed impias. Fortassis etiam in hoc peccauit Ioannes Huß, quod duodecim*

Tom. 9. fol. 120. & 192.

consilia

consilia Euangelica fecit, cum non sit nisi vnicũ Virginitatis, *siue cœlibatus. In qua tamen re deceptus est, per impiam Thomæ ac Thomistarum Theologiam: Ita boni isti viri ea, quæ in Husso optima sunt, damnauerunt; quæ vero non bona, probarunt. Verum ego omnia Ioan. Hussi ab illis probata non admitto.*

Iterum in commentar. in Epist. ad Galat. c. 6. editis Anno 1523. nam in sequentibus editionibus hoc omissum est. *Consequens est, quod Bohemorum dissidium à Romana Ecclesia nulla possit ratione defendi, quin sit impium, & CHRISTI omnibus legibus contrarium: quia contra charitatem, in qua omnes leges consummantur, perstat. Nam hoc, quod vnice allegant, sese timore DEI & conscientiæ defecisse, & quod inter malos Sacerdotes & Pontifices viuerent, hoc eos maximè omnium accusat.*

Similia passim multa habet *In Resolut. conclus. 15. De decem Præceptis cap. 1. In Conuiual. cap. de Sacramen. Altaris, de Suermeris, de Antichristo, de Missa.* Itaque quod non solum hic, sed & alibi *Lutherus Hussum* sanctum vocat: *Imò verè sanctum filium & Martyrem DEI*: quod in lib. de *Captiuitate Babylonica* non Bohemos, nec Græcos, qui Euangeliis nitantur, sed Romanos hæreticos & impios schismaticos nominandos contendit, quod denique eodem ferme tempore duos ad Bohemos libros vnum ad

Lib. aduers. nouum Idolũ Misnæ exaltandum.

VValdenses,

VValdenses, alterum ad Senatum *Pragensem*, tanquam ad præcipuos Hussitas, sui cum illis consensus testificandi gratia scripsit, id totum pristinis eius institutis è Diametro repugnare sentiendum est.

Sed nec sic tamen impius *Syncretismus* coaluit: quin tanta dogmatum vtrinque diuersitas remansit, vt quos articulos *Hussius* & in Ecclesia Constantiensi ante degradationem sui, & foris in campo circa supplicii sui locum publicè coram omnibus negasse fertur, *Lutherus* vel maxime affirmet & tueatur. Itaq; IOANNES COCHLÆVS ad annum XXXVIII. ex aliquot sermonibus *Hussi* LXX. articulos excerpsit, quibus totidem ex vno *Lutheri* sermone articulos pugnantes opposuit. Vt qui *Lutherum Husso* agglutinare adhuc hodie volunt, ferreos & fictiles *Danielis* pedes coagmentare nitantur. Dan. 2. 33. Nos exempli causa paucas quasdam contrarietates è multis delibemus.

Exempla dissidentiũ dogmatũ Hussi & Lutheri.

I. *Hussius* docet, Deiparam Virginẽ MARIAM omni peccato caruisse, aliis sanctiorem fuisse, in cœlo nobis patrocinari, & rectè inuocari. *In fidei suæ elucidatione*. Et *quæst. de credere*. Et *de corpore CHRISTI in Sacramento altaris*. Et ad *cap. 1 prioris Ioannis*. Et *in Replica contra prædicatorem Plznensem*.

Cultus B. Mariæ Virginis.

At *Lutherus* sermone *de Natiuitate* MARIÆ, & in *Postilla* Domini. 1. ab Epiphania. Item

Item *ad VValdenses:* Et *Tom.4. Germ fol. 132.* Id totum negat. *Sumus* inquit *pares Matri CHRISTI, & aquè sancti ac illa. Si credis aquè in te ac in Maria DEVM habitare, non minus tibi, quam illi procliue est, vt me adiuues. Non possum igitur vos* (VValdenses) *habere pro hareticis, quod DEI Matrem non inuocatis.*

Inuocatio Sanctorũ.

II. *Hussus* aliorum quoque Sanctorum merita, patrocinia, intercessiones, & inuocationes admittit, *Epist. 22. & 30. & 35.* At *Lutherus* Serm. de Mammona. *Pro meritis* inquit *Petri ne vnum quidem obulum darem, vt me adiuuaret. Seipsum enim iuuare non potest.*

Et ad VValdenses de Adoratione Sacramenti: *Non possum vos pro hareticis habere, quod neq; Dei Matrem, neq; quenquam Sanctorum inuocatis. Nam de Sanctorum mortuorum intercessione & inuocatione nihil in scripturis extat.*

Reliquiæ Sanctorũ.

III. *Hussus* Sanctorum reliquias venerandas docet. Ad *Psal. 115.* sicut & *VVicleuus tractatu de Eucharistia cap. 9.* At *Lutherus* in Postill. de exaltat. S. Crucis. *Omnes* inquit *Sanctorũ reliquiæ nihil aliud sunt, quàm fraudes & seductiones fidelium. Quare omnino infra terram defodiantur.*

Authoritas S. Patrũ & Concil.

IV. *Hussus* Sanctorum Patrum scripta & Concilia recipienda docet. *Serm de fidei sua elucidatione.* At *Lutherus* de seruo arbitrio:

Deponite

Deponite inquit, *quicquid armaturæ suppeditat authoritas Conciliorum, & Pontificum: nos nihil recipimus, præter scripturas. Patrum authoritas susq; deq; ferenda est.*

V. *Hussius* Primatum D. Petri agnoscit. *De Ecclesia c. 9. Lutherus* negat. *In assertio. ar. 25.* Sic D. Petrum Romæ fuisse, fatetur *Hussius de Ecclesia c. 7.* At Lutherus ad rauim negat. *In Colloqui. Conuiuial. fol. 306.* Item Primatum Romani Pontificis agnoscit *Hussius quæstio. de credere fol. 170. De Ecclesia cap. 7.* At *Lutherus* lib. aduersus regem Angliæ: *Papatus* inquit *est Principis Satanæ pestilentissima abominatio, quæ vnquam sub cœlo fuit, aut futura est, &c. Viuus Papæ hostis ero, exustus bis hostis ero.* Item in Resolutionibus. *Potestas Papæ est larua, tartarus, seminarium libidinũ, pomparum, cædium, reliquarumq; abominationu in Ecclesia.* Primatus D. Petri.

VI. *Hussius* sacras Indulgentias probat, *To. 1. fol. 9. b.* Falsè sum delatus, quod docuerim, quod indulgentiæ nihil sunt. Item *quæstione de credere fol. 170.* Papa, qui est immediatus Vicarius Christi, habet authoritatem Indulgentias dandi, & alia, quæ ad claues pertinent supremè faciendi. At *Lutherus* in Assertione articuli 18. *Indulgentiæ* inquit, *sunt meræ fraudes fidelium, & remissiones bonorum operum, & sunt de numero eorum, quæ licet; & non sunt de numero eorum, quæ expediunt, &c. Dico eas esse de numero eorum* Indulgentiæ.

quæ fallunt & perdunt, cum sint nihil, nisi fraudes sceleratorum sanguisugarum populi Dei.

Cœlibatus VII. *Hussius* cœlibatum Sacerdotum probat *Epistol. 1. & 28. Sermone de pace.* Et *Sermone habito in Synodo ad Clerum Pragensem.* Denique *ad cap. 7. 1. Corinth.* Septimum inquit Matrimonii impedimentum est ordo: quia Clericus in maioribus Ordinibus non debet Matrimonium contrahere; quia votum fecit. At *Lutherus* in Captiu. Babylon. cap. de Matrimon. *Impedimentum* inquit *ordinis merum est hominum commentum, præsertim cum garriant, eo dirimi etiam contractum, semper suas traditiones super Dei mandata exaltantes. Pereant istæ maledictæ hominum traditiones. Est inter Sacerdotem & vxorem verum & inseparabile Matrimoniū, mandatis diuinis probatum.*

Vota. Sic Monachorum & Monialium vota seruari vult *Hussius ad cap. prioris ad Corinth.* At *Lutherus* Epistol. ad Wolfgangum Reisenbusch. *Deus ex æquo iubet vxorem ducere, ac sumere cibum ac potum. Caste & integre viuere, tam est in nostra potestate, quam omnia Dei miracula. Et ideo votum continentiæ impossibile est, & minime seruandum.*

Virginitas Denique *Hussius* virginitatem Matrimonio præferendam concedit. *ad cap. 7. 1. Corinth.* At *Lutherus.* De vita coniugali: *Crescite & multiplicamini, non est præceptum, sed plus*

plus quam præceptum, quod nos non possumus impedire, vel prætermittere: & perinde est necessarium, vt edere, bibere. Et in Serm. Conuiuial. fol. 329. *Castitatem vouere: nihil aliud est, quam sanctum coniugium damnare, & diris deuouere.*

VIII. *Hussus* liberum hominis arbitrium tuetur. *Ad c. 1. prioris ad Corinth.* Et *ad cap. 4. prioris Epist. D. Petri.* At *Lutherus* in Assert. art. 36. *Liberum arbitrium post peccatum res est de solo titulo. Liberum arbitrium figmentum est in rebus, seu titulus sine re.* Liberum arbitriũ.

IX. *Hussus* Bona opera ad salutem necessaria docet, solamque fidem sufficere negat. *Ad c. 2. Epist. Iacob. De Eccles. c. 8. in Epist. Iudæ.* Æt *Lutherus* ad cap. 2. Epistol. ad Galat. *Sola fides Christi necessaria est, vt iusti simus, cætera omnia liberrima, neq; præcepta amplius, neq; prohibita. Quando sic docetur: Fides iustificat quidem, sed simul seruare oportet mandata Dei, quia scriptum: Si vis ad vitã ingredi, serua mandata, ibi statim Christus negatus est, & fides abolita: quia mandatis Dei, siue legi tribuitur, quod est solius Dei.* Iustificatio.

X. *Hussus* Mandata Dei per Gratiam diuinam seruari posse asserit. *Tractatu* Constantiæ in carcere conscripto *de mand. Domini.* Et *ad Psal. 118.* At *Lutherus* in confutatione rationis Latomianæ. *Tot inquit scriptura testimonia probant, mandatum Dei esse impossibile nobis, vt nihil sit manifestius.* Impletio legis.

Ieiunia.

XI. *Hussius* quadragesimam,& indicta ab Ecclesia Ieiunia seruanda docet, *lib. de pœnitentia.* At *Lutherus* Responsio. ad Ambrosium Catharinum: *Hodie sic ieiunatur, vt non caro mortificetur, sed vt bonum opus sit, hoc die ieiunasse. Quid autem hoc aliud est, quam impia facies Antichristi?* De doctrinis hominum vitandis: *Erroneum est & plenum mendaciis, quòd certis temporibus anni, item in Vigiliis Apostolorum, & aliorum Sanctorum, ieiunii necessitatem imponunt, sub graui peccato, tanquã Ecclesiæ decreto & mandato. Nã ieiunia, quod ad dies & cibos attinet, libera & adiaphora in perpetuum esse debent.*

Consilia Euangelica.

XII. *Hussius* consilia Euangelica,& opera supererogationis probat. *de Eccles. cap. 17.* Et *Tom. 2. fol. 243. b.* At *Lutherus* in Assertionib. art. 30. *Fortassis etiam in hoc peccauit Ioannes Huss, quod duodecim consilia Euangelica fecit, cum non sit nisi vnicum virginitatis, siue cœlibatus. In qua re deceptus est per impiam Thomæ & Thomistarum Theologiam.* Idem repetit in *Colloquiis Latin. Tom. 2. cap. de Sanctis.*

Septem Sacramenta.

XIII. *Hussius* septem Sacramenta Ecclesiæ agnoscit. *ad cap. 5. Epist. Iacob.* agens de extrema vnctione. Item *VValdenses* in confess. ad Vngariæ Regem missa 1508. Sacramenta inquiunt septenario inclusa numero Christi vtilia pandimus, quibus populo incredulo promissa Dei impleta esse significatur.

tur. At *Lutherus* in Capt. Babyl. *Principio neganda mihi sunt septem Sacramenta, & tantum tria pro tempore ponenda: Baptismus, Pœnitentia, Panis. Quanquam si vsu scripturæ loqui velim, non nisi vnum habeam Sacramentum, & tria signa Sacramentalia.*

XIV. *Hussus* Transsubstantiationem in Eucharistiæ Sacramento asserit. *lib. de Cœna Domini. cap. 2.* Quicquid Christus Iesus per se Apostolis, & per ipsos, & per alios sanctos Doctores tradidit, & quicquid tenet sancta sua Romana Ecclesia de hoc Sacramento venerabili, hoc firmiter est credendum, &c. Ex potestate & institutione Christi, veri Dei & veri hominis, per ministerium Sacerdotum est in Sacramento venerabili verum corpus suum, quod conceptum est & natum ex Maria Virgine castissima, potestate Spiritus sancti, quod passum est in Cruce, quod iacuit in sepulchro per triduum, quod ascédit in cœlum, & sedet ad dexteram Dei Patris. Illud, & non aliud, sine noua sui substantiali inceptione, est in ipso Sacramento venerabili. Similiter sanguis, qui effusus est in Cruce in remissionem peccatorum, de eodem corpore. Item. credendum est, quod tá bonus, quam malus Sacerdos, habens fidem rectam circa Sacramentum venerabile, & habens intentionem sic facere, vt præcepit Christus, & dicens verba in Missa secundum institutionem Ecclesiæ, conficit, i. virtute

Transsubstantio.

verborum ſacramentaliter facit miniſterialiter eſſe ſub ſpecie panis verũ Corpus Chriſti: Similiter ſub ſpecie vini miniſterialiter eſſe verum ſanguinem Chriſti. Et dico, *facit miniſterialiter*, quia tanquam miniſter Chriſti, qui poteſtate & verbis Chriſti facit, quod facit Chriſtus poteſtate propria, & verbis propriis transſubſtantians panem in Corp⁹ Chriſti, & vinum in ſanguinem ſuum. Vnde canit Eccleſia: dogma datur Chriſtianis, ꝙ in carnem tranſit panis, & vinum in ſanguinẽ. Et iterum: Verbum caro panem verum verbo carnem efficit, fitq; ſanguis Chriſti merum, etſi ſenſus deficit, ad firmandũ cor ſincerum ſola fides ſufficit. Similia habet ibidẽ *cap. ſeq.*

At *Lutherus* aduerſus 32. articulos Theologorum Louanienſium: *Transſubſtantiatio panis & vini in Sacramento à magiſtrollis Louanienſibus ſine omni fundamẽto, ſine vllo verbo, ex mera inſcitia traditur.*

Miſſa. XV. *Huſſus* Sanctum Miſſæ Sacrificium defendit. *Serm. in exequiis habito Pragæ ad populum.* Item *tractatu de Corpore Chriſti.* Et *de Cœna Domini*: quemadmodum & *VVicleph⁹ de Apoſtaſia cap. 18.* At *Lutherus* libro de abominatione Miſſæ: *Meum facturus officium omnes moneo, vt hanc profanationem Miſſæ non ſecus ac ipſum Diabolum fugiant & deteſtentur. Magiſtratum hortor, vt eam funditus ab Eccleſia pellant, & aboleant, &c.*

XVI.

XVI. *Hussius* Vbiquitatē Corporis Christi negat, *tractatu de sang. Christi.* At *Lutherus* ad c. 9. Ecclesiastis & alibi astruit. Vbiquitas

XVII. Denique præter alias plurimas diuersitates, de quibus *Cochlæus* lib. supra memorato, & *Iodocus Coccius tom. 1. Thesauri Catholici p. 1016. & seqq.* Hussius Purgatorium & preces pro animabus defunctorum firmiter asseruit, *In fidei suæ elucidatione*: Et *Serm. de exequiis & suffragiis defunctorum*: Item *ad cap. 3. primæ Ioannis.* At *Lutherus* etsi olim idem rectè asseruerat, tamen longius serpente pestifero hæreseos Cancro negauit, *libro ad VValdenses: Quod negatis Purgatorium, damnatis Vigilias & Missas, per omnia probo.* Item de abroganda Missa priuata. *Missa*, inquit *pro defunctis nihil valet: tutius est totum Purgatorium negare, quam Gregorio in Dialogis credere.* Purgatorium.

Ex hac breui contrarietatum Synopsi facile est Lectori industrio iudicare, quantus inter *Hussum* & *Lutherum* doctrinę consensus sit, quamq; bene & consultè Lutherani Bohemos gloriosissimos Dei Martyres, imo filios & amicos Dei nuncupent. Deniq; (qui horum omnium scopus est) quàm verò consentaneum, Hussum in extremis constitutum, de hoc tanto tamq; infesto non minus suæ, quàm Catholicæ doctrinæ hoste, oracula reddere voluisse, quod tamen hic Tiresias Hunnius toti scilicet mundo persuadere conatur. Conclusio Antitheses.

IN GLOSSA SVPER EDICTVM CÆSAREVM, QVOD TAMEN NON CÆSARI, SED ALII CVIDAM ARTIFICI TRIBVENDVM CENSE.] Anno XXX. in Comitiis *Augustanis*, cum de sarciẽda religionis concordia, auditis *Lutheranorum* & *Zuinglianorum* confessionibus, variè sed frustra laboratum esset, ad XIX. diem Nouembris, antequam comitia plane soluerentur, in generali, vt vocant, recessu Imperator cum aliis Electoribus, Statibus, & Principibus firmiter conclusit, permanendum esse in antiqua fide ac religione maiorum, nihilq; ante Generalis Concilii determinationẽ innouandum aut mutandum: sed *Luthe.* ægrè ferens, non (vt sperabat) à suis partib. iudicatũ esse, duos ferocissimos libros edidit, vnum *Glossam* (vt vocat) *in prætensũ Edict. Imperiale:* Alterum *præmonitionẽ ad Germ. suos dilectos.* In Glossa vult omnib. persuasũ esse, confictũ fuisse sub nomine Cæs. recessum Augustensem, quem edictũ vocat. Idq; mendaciũ Præceptoris sui hoc loco *Hunnius* repetit, imperito Lectori turpiter fucum facturus. Sed olim laboriosissimus & religiosissimus vir D. IOANNES COCHLÆVS, ita Lutherum criminis falsi publicè conuicit & coarguit, vt contra Hunnium non sit noua nobis quærenda defensio.

Recessus Augustanus.

Recessum illum verè Cæsaris esse.

Quis es tu inquit, *infamis, intestabilisq; ac damnate hæretice, vt ausis, publicũ ac legitime*

consti-

constitutum, atque vnanimiter conclusum recessum totius Roman. Imperii, hoc est, Generale decretum Imperiale, dicere pratensum vel putatiuum Edictum Cæsareum? cum manifestum sit, & negari non possit, quod illi Recessui & decreto, non solum propriis manibus subscripserunt Cæsar ipse, Electores item aliqui, Principesque alii & Prælati, comites ac Barones per multi, qui personaliter præsentes fuerunt. Sed & alii non pauci Principes, Prælati, Comitesque & Barones: Ciuitates item tum liberæ, tum Imperiales, per suos legitimos ac plenum habentes mandatum, Procuratores missosq́ Oratores, itidem subscripserũt absentes, tanquam præsentes. (Etenim in calce illius recessus, commemorãtur subscripsisse, siue per se ipsos, siue per legitimos procuratores, aut Oratores suos, quinque Electores, Principes alii: Ecclesiastici quidem X X X. *Seculares verò* X X I I I. *Abbates* X X I I. *Comites & Barones* X X X I I. *Ciuitates denique liberæ ac Imperiales* X X X I X.) *Verum etiam plenum robur addiderunt appensis sigillis, tum ipsius Cæsareæ Maiestatis, tum quorundam Electorum aliorumq́ Principum ac Dominorum, loco omnium aliorum. Desperato igitur Apostatæ in eiusmodi libris nihil prorsus fidendum aut credendum est, qui non erubescit, tot Principum ac Statuum Imperii, ipsiusq́ Cæsaris subscriptiones, sigilla item & literas reiicere, calumniari, reprobare: Vbi mendacium eius, vsque adeo manifestum, potest per*

Cõfutatio mendacii Lutheri & Hunnii, de recessu Augustano.

literas & sigilla in os eius retorqueri, visibiliter atque etiam palpabiliter: Ita, vt facile suffocaretur, si omnia ea sigilla faucibus eius intruderentur.

X V.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

IMO *compertum habemus indubijs documentis, in Apocalypsi Iohann. cap. 14. & 18. notanter incomparabilem hunc religionis vindicem Apostolico vaticinio prænunciatum esse. Etenim post descriptum regnum Antichristi, sub figura bestiæ habentis duo cornua, similia agni, loquentis autem voce Draconis: & sub figura altera meretricis insidientis bestiæ decacorni (quæ bestia, Daniele interprete, est quarta Monarchia Romana) & poculo errorum & abominationum inebriantis reges, & populos, & gentes, & tribus, adeoque terram corrumpentis prostitutione sui, quam mulierem Angelus ait, esse ciuitatem magnam, quæ habeat Imperium in Reges terræ, quam Romæ tunc fuisse periphrasin, nemo nisi historiarum penitissimè rudis inficiabitur: his ita recitatis, mox introducitur Angelus Euangelicæ doctrinæ præco, dicente Iohanne: Et*


ne: Et post hæc vidi alterum Angelum volantem per medium cæli, habentem Euangelium æternum, vt Euangelizaret habitantibus super terram, & omni genti & tribui, & linguæ & populo, dicentem voce magna: timete Deum, & date illi honorē, quia venit hora iudicij eius, adorate eum, qui fecit cælum & terram, mare & fontes aquarum. Ad cuius concionē ilicò vox auditur, ruinæ Papistici regni nuncia: cecidit, cecidit Babylon, ciuitas illa magna. Et rursus: *post hæc vidi Angelum descendentem de cælo habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius: & exclamauit per fortitudinem voce magna dicens: cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio Dæmoniorum, & custodia omnis volucris immundæ & inuisæ, quia de vino iræ scortationis eius biberunt omnes gentes: & reges terræ cum illa scortati sunt, & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti sunt. Quibus illustribus vaticinijs Lutherum ceu digito notatum palam edocet irrefragabilis euentus, oraculorum editorum interpres sine controuersia, vt certissimus, ita locupletissimus.*

Apoc. 14. v. 6. 7. 8.

Apoc. 18. v. 1. 2. 3.

CON-

CONFVTATIO.



ERTIVM Lutherani Euangelij vatem, si superis placet, superioribus valdè dissimilem, & millecuplo grauiorem, producit *Hunnius, S. Iohannem Euangelistam*, Noui Testamenti irrefragabilem Prophetam, qui in sua illa diuina *Apocalypsi*: quam alioqui non magni *Lutherus* æstimauit, Sacrosanctæ Ecclesiæ faciem tum sub tyrannicis Imperatoribus & hæreticis, tum in primis sub truculentissimo Antichristo, verissimis quidem, sed obscurissimis vaticiniis descripsit. Quibus nunc ad causam suã vti *Hunnium* voluisse tantò magis miror, quanto verius certiusque est, ipsum *Lutherum*, cui hinc præsidium quæritur, authoritatem *Apocalypseos* non solum non agnouisse, verumetiam summopere impugnasse.

Apocal. authoritatẽ impugnat Lutherus.

Nam in *Prologo* huius libri scribit, *se aliquid in eo desiderare, cum asserat fore Beatos, qui seruant ea, quæ in ipso scripta sunt, cum tamen nemo intelligat, quæ illa sint*. Et in *Præfat. antiqua* Noui Testamenti, ait: *se Apocalypsin neque pro Prophetico, neque pro Apostolico libro agnoscere, sed similem iudicare libro quarto Esdræ*. Cui errori *Brentius* quoque & *Kemnitius* subscripserunt, solis *Magdeburgensibus* authoritatem libri Canonicam nobiscũ

agno-

agnoſcentibus. Quod itaque, vt videtur *Hunnius* quoque à Præceptoris errore deſciſcens, Apocalypſin vt Canonicam acceptat, hanc illi pietatem gratulamur: eumq́ue vt reliquos etiam errores expurget, monemus, ne vtatur tantum, ſed etiam benè dextreq́ue diuinis ſcripturis vtatur. Nam quæ hic ex S. Apocalypſi pro *Luthero* ſuo adfert, quadruplici vt minimum vitio laborant.

Cent. 1. lib. 2. cap. 4. colum. 56.

Lapſus Hũnii quadruplex, in vna Apocal. viſione interpretanda.

Primum: quod inter ſe confundit diuerſiſſima duo vaticinia *Apocalypſ. 13. & 14.* vbi de Antichriſto & conſolationibus inſtructionibusq́ue fidelium aduerſus Antichriſtum agitur: Et *Apocalypſ. 17. & 18.* vbi de damnatione meretricis magnæ ſermo eſt, id eſt de excidio Romæ tandem Apoſtaticæ, quæ ſub finem mundi, antequam Antichriſtus in mundo appareat, expulſo Catholico Pontifice, Vicario CHRISTI, ab omni religionis Chriſtianæ cultu, ad priſtinam ſuam gẽtilem Idolomaniam defectura, perſecutionibus multis Eccleſiam infeſtatura, & in pœnam tum horum, tum priſtinorum olim ſub Imperatoribus peccatorum à decem regibus, qui tum temporis diuiſum inter ſe Romanum Imperium habebunt, ſolo æquanda eſt. Quemadmodum expreſsè *Apocalypſ. 17.* habetur: *Decem cornua quæ vidiſti, decem Reges ſunt: hi odient fornicariam & deſolatam facient illam, & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipſam igni concremabunt. Deus enim*

I. Hunnii error.

Romæ ſub mundi finẽ apoſtaſia.

dedit

dedit in corda eorum, vt faciant, quod placitum est illi, vt dent regnum ſuum beſtiæ, donec conſummentur verba Dei.

Reges decem tempore Antichriſti mox ſeptē.

Quæ poſtrema verba, de regno decem Regum tandem beſtiæ, id eſt, Antichriſto, dando: hunc ſenſum habent, quod tandem inter decem illa cornua emergēs cornu paruulum, id eſt, Antichriſtus, ſummus & potentiſſimus orbis Monarcha illos ipſos decem Reges in poteſtatem ſuam redacturus ſit, tribus quidem eorum bello ſuperatis & cæſis, reliquis vero ſeptem metu ſibi ſubiectis & coniunctis.

Dan. 7. 7. 8.

Quæ omnia diſertè apud *Danielem* prædicta habentur: *Poſt hæc aſpiciebam in viſione noctis, & ecce beſtia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuēs, & reliqua pedibus ſuis conculcans: diſſimilis autem erat cæteris beſtiis, quas videram ante eam, & habebat cornua decem. Conſiderabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum eſt de medio eorum: & tria de cornibus primis euulſa ſunt à facie eius: & ecce oculi, quaſi oculi hominis erant in cornu iſto & os loquens ingentia.* Et infra: vbi horum omnium interpretatio habetur. *Beſtia quarta regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuerſam terram, & conculcabit, & cōminuet eam. Porrò cornua decem ipſius regni, decem reges erunt: & alius conſurget poſt eos, & ipſe*

ipse potentior erit prioribus, & tres Reges humiliabit. Et sermones contra excelsum loquetur, & sanctos Altissimi conteret: & putabit quod possit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu eius vsque ad tempus, & tempora & dimidium temporis. Quæ postrema verba, manifestè satis Antichristi nobis triennium & semestre designant: consentiente in omnibus, præter cæteros, *D. Hieronymo*, qui in commentario huius loci ita concludit. *Dicamus ergo quod omnes scriptores Ecclesiastici tradiderunt, in cōsummatione mundi, quando regnum destruendum est Romanorum decem futuros reges, qui orbem Romanum inter se diuidant, tunc vndecimum regem paruulum surrecturum, qui tres Reges de illis decem superaturus sit, id est Ægypti, Africæ, & Æthiopiæ reges, quibus interfectis, septem alii reges Victori colla submittent.*

Itaque tantum abest, vt quod *Hunnius* sentit, eadem vtrinque Prophetia habeatur, vt potius prior illa *Apocalyp. 13. & 14.* de Antichristo impleri non possit, nisi prius illa posteriore (quæ non tempore, sed visione posterior est) de Romanæ meretricis desolatione completa. Tantum etiam abest, vt quod hęretici volunt, Roma Antichristi Sedes futura sit, vt iam regnante Antichristo (cuius regiam vel *Babylone* primum futuram, ex *Zach. 5. v. 9.* nonnulli colligunt: vel postea *Hierosolymis* alij ex *Apoc. 11. & 2. Thessal. 2.* euincunt) Roma ne quidem amplius sit extitura

Roma ante aduentū Antichristi desolanda.

At

Hunnij exceptio. At fortè errandi occaſionem *Hunnio* prębuit, ſimilis vtrinque Angelorum exclamatio, *cecidit, cecidit Babylon illa magna, &c.* quę quia æquè *Apocalypſ. 14. v. 8.* ac *Apocalypſ. 18. v. 2.* inuenitur, eiuſdem vtrobique ſuſpicionem argumenti *Hunnio* mouit. Verum ſciat, Epiphonema illud altero, nempe poſteriori loco, propriè & hiſtoricè, altero Logicè & argumentatiuè poni. Nam *Babylonis* quidem, ſeu Romæ excidium, extra ordinem videt *Iohannes*, idque ordine ſuis membris & partibus deſcribit 17. capite, quamuis multo ante futurum. At Angelus *14. Apocalypſ.* ne in præcedenti capite commemoratæ Antichriſtianæ perſecutionis magnitudo fideles ad puſillanimitatem adigeret, inter alia conſolationis argumenta, magnificæ ac prępotentis *Babylonis* iam factum tragicum exitum in memoriam illis reuocat, exclamatq́; *cecidit, cecidit Babylon illa magna, &c.* quaſi diceret, nolite trepido aut conſternato eſſe animo Chriſtiani, non manet alius feram hāc beſtiam, Antichriſtum, exitus, quam illecebroſam iſtam ſuperbamq́ue *Babylonem*, quam olim ad ſydera vſque elatam, quia nūc ad inferos vſque detruſam videtis, nihil eſt quamobrem hunc tam truculentum tantopere hoſtem pertimeſcatis, vtroque potentior eſt CHRISTVS, & vtrumque eodem vindictæ exitu perimet, &c.

Quomodo Apocal. 14. caſus Babylonis allegetur.

2. Hunnij error. Alter interpretationis *Hunnii* lapſus eſt, quod

quod bestiam bicornem *Apocalypʃ. 13.* Antichristum esse putat, cum res ipsa & Sancti Patres, D. AMBROSIVS, ANDREAS CÆSARIENSIS, IRENÆVS, &c. hunc typum præcursoris potius Antichristi, Pseudoprophetæ, esse testentur, quem *D. Irenæus* armigerum Antichristi vocat, & *S. Iohannes* disertè ab Antichristo distinguit: *Apocalypʃ. 16.13. Et vidi de ore Draconis, & de ore bestiæ, & de ore Pseudoprophetæ Spiritus tres immundos, in modum ranarum.* Et Apocal. 19. & 20. *Et apprehensa est bestia, & cum ea Pseudopropheta: qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos, qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerunt Imaginem eius. Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis, ardentis sulfure.* Denique Apocalypʃ. 20. v. 9. *Diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulfuris, vbi & bestia, & Pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte, in secula seculorum.*

Bestia Bicornis & decacornis

Lib. 5. adu. hæreſ. c. 28.

Antichristi autem ipsius figura, est bestia illa prior, initio capitis 13. *è mari ascendens, decacornis, habens capita septem, & super capita nomina blasphemiæ, &c.* Cuius omnes circumstantiæ, virtus Draconis, id est Diaboli, caput vnum lethaliter vulneratum, & restitutum, Draconis & bestiæ apud incolas terræ veneratio, os loquens magna, & blasphemans DEVM, bellum in sanctos, &c. authorem suum manifestè satis produnt. Non minus ac alteram bestiam,

habentem *cornua duo*, & *loquentem ſicut Draco*, factorum teſſera, euidenter præcurſorem Antichriſti, inſignem Pſeudoprophetam eſſe conuincit. Huic enim conuenit, prioris beſtiæ cultum apud homines promouere; illiſque ſignis perſuadere, vt beſtię imaginem faciant, & adorent: non ſecus ac *Iohannes Baptiſta* tanquam amicus ſponſi, non ſibi ſed CHRISTO cultores prædicatione ſua acquiſiuit.

3. Hunnij error.

Tertius lapſus eſt, quod iterum falſo meretricem Babylonicam *Apocalypſ. 17.* de Antichriſto interpretatur, à quo & tempore, & loco, & factis atque omnibus circumſtantiis differt, vt ſupra iam oſtendimus. Meretrix enim illa, cum qua fornicati ſunt Reges terræ, Romam ſignificat, partim gentilem, de qua Sanctus LEO: *cum pene*, inquit, *omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium ſeruiebat erroribus: & magnam ſibi videbatur aſſumpſiſſe religionem, quia nullam reſpuebat falſitatem:* Partim in fine mundi Apoſtaticam, à CHRISTI profeſſione ad priſtinos mores relapſuram, qua de re prolixe noſtri *Franciſcus Ribera*, & *Blaſius Viegas* in ſuis in Apocalypſin doctiſſimis Commentariis. Ac ſane diſtinctam hanc de Babylone à ſuperioribus Prophetiam eſſe, ſatis manifeſtè verba illa in calce præcedétis *capitis 16.* commonſtrat. *Et Babylon magna venit in memoriã ante Deum, dare illi calicem vini indignationis*

Meretrix Babylonica quomodo Roma. Serm. de Natiuit. Apoſt. Pet. & Pauli.

tionis iræ eius. Quomodo enim, ſi iam ſuperiorum vaticiniorum ſermo Babylonem reſpexit, nunc demum Babylon in memoriam DEI venit?

Poſtremus isque ad inſtitutum maximè faciens lapſus eſt, quod *Hunnius* duos iſtos Angelos, partim Euangelium æternum, partim ruinam Babylonis annunciantes, nō ſolum confundit inter ſe, cum diuerſi ſint, vt ex ſuperioribus perſpicuum fieri poteſt: verum etiam ineptiſſimè de LVTHERO ſuo interpretatur, cui duplici ratione conuenire nequeunt. *Primum* enim Roma noſtra Christiana, quam illi falſo Babylonem fingunt, nondum cecidit, nec facta eſt habitatio dæmoniorum, aut Satyrorum, aut omnis volucris immundæ: Nec *ſicut lapis molaris miſſa eſt in profundum maris*, vt iam vltra non inueniatur, quod ait Angelus *Apocalypſis 18. verſ. 21.* ſed per DEI gratiam adhuc ſtat & floret, CHRISTVMQVE mundi vnicum Saluatorem conſtanter profitetur: putreſcente interim *Luthero* & ad finem properante.

4. Huunij error.

Lutherus quare non poſſit eſſe Angelus, Euangeliū æternum annuncians.

Deinde cum Angelus ille volans per medium cœli, Euangelium æternum, non vni alicui Prouinciæ, ſed omnibus ſedentibus ſuper terram, & ſuper omnem gentem, & tribum & linguā, & populum annunciet: quemadmodum expreſſis verbis extat *Apocalypſis 14. verſ 6.* LVTHERVS verò, ipſo

Hunnio infra dicente, ſupra ſolius *Germaniæ horizontem* nouam ſpargere doctrinam molitus ſit, quæ ratio aut ſenſus patitur, huic tenebrioni tam illuſtris tamq́uem ampli Angeli officium committere, tetramq́ue eius hæreſin Euangelium æternum nuncupare? Nempe igitur ipſe (vt *Hunnius* ait) omnium vaticiniorum certiſſimus & locupletiſſimus interpres, EVENTVS, palam teſtatur, nulla vel minima ſignificatione Apocalypſin IOHANNIS *Lutherum* promonſtraſſe, totamq́ue adeò hanc Hunnij diuinationem friuolam nugatoriamq́ue eſſe, qui non magis ex diuinis Prophetijs, aut humanis ominibus coniecturiſue *Luthero* prçſidium, quam è pumice lac extorquere poteſt.

XVI.
ÆGIDIVS HVNNIVS.

*Turpiſſ. mēdacium tuum Hunni, cum nemo Indulgentias emat.

* Falſum: imò falſiſſimum, vt infra demonſtrabitur.

*HIC ergo heros inuictus per occaſionem turpiſſimæ * nundinationis Indulgentiarum Papalium (quas* Iohannes Tetzelius Dominicanus, *tanquam eius rei præco ad eluenda horribiliſſima * quæuis ſcelera valere grunniebat) cum Romano Pontifice congreſſus eſt. At quis homo? cum quo hoſte? quibus armis? Nimirum homo imbecillis cũ illo præpotenti Monarcharum omni-*

omnium Monarchæ, * *vnus cum vniuersa clientela Romanorum Pontificum, solus cum toto propè mundo: armis verò nullis externis aduersus robustissimum illum venatorem* Nimrodum *&* Veiouem Tarpeium, *aduersus orbis Monarchas, Reges, Principes, imò contra portas inferorum, solo fretus* DEI *præsidio,* * *solius scriptura armatus gladio.*

*Null' vnquam hæretic' fuit, quin cum istis hostib. quos tu fingis, decertare cogeretur.

* Videbimus infra, quib. technis hęresin suam propagarit Lutherus.

CONFVTATIO.



VIBVS olim vaticiniis promissum Ecclesię *Lutherum*, sepultæ scilicet veritatis vindicem, putent *Lutherani*: *Hunnius* hactenus exposuit, & nos contrariis id argumentis euertimus. Nunc quibus auspiciis gladiator ille in arenam progressus, quo animo & fato præliatus, quam graui ac difficili certamine, prępotente nimis Antagonista, implicatus fuerit, ita exponere *Hunnius* incipit, vt & mendacijs in *Iohannem TetZelium* Dominicanum, & iniuriis conuitiisque acerbissimis in Pontificem Romanum, ac totam Ecclesiam Catholicam, omnem fermè modum excedat, seque ipsum vincat. *TetZelio* Indulgentiarum Prædicatori imponit, quod Indulgentias Pa-

Calumniæ Hunnii in Tetzeliū.

pales ad eluenda horribilissima quæuis scelera, etiamsi (vt alibi * addit) *sanctissimã quis Virginem constuperasset*, valere grunnierit. Mendaciter, imò mendacissimè. Aut producat huius insaniç idoneos, fideiq; non suspectæ testes. Tantum enim abest vt Indulgentijs horribilissima quæuis scelera elui dicamus, vt ne vlla quidem omnino scelera elui sentiamus, sed pœnam tantum temporalem, post dimissam ex CHRISTI merito culpam, adhuc luendam, qua de re supra copiosius explicatum est. Interim quia sæpe huius *Tetzelii* odiosissima mentione auditoribus suis aures vellicant *Lutherani*, placet breuiter, simpliciorum in gratiam, ex maiorum memoria historiolam ipsius percurrere, vt quid, quo iussu, quo fine prædicauerit *Tetzelius*, quam temerè leuiterque, imo inuide & petulanter in eum insurrexerit *Lutherus*, atque hinc primam relatrandi occasionem nõ acceperit sed arripuerit, quam deniq; inconstanter, fluctuanter, timidè ac variè in toto huius rebellionis negotio se gesserit, non videant miseri Lutherani, sed manibus palpét ac tangant. Erit & hic oportunitas dicendi de callidis, & astutis propagati Lutheranismi mediis, ne de hac orbi inuecta calamitate toties sibi, tanquam de memorabili facinore, *Hunnius* gratuletur.

*In libr. de Indulg. cõtra Bellar. quem D. Schoppius cõfutauit.

Indulgentiis nõ culpa sed pœna eluitur.

Historia Tetzelii:

Anno igitur 1517. cum IVLIVS Papa II. Templum S. PETRI, quod olim à CON-

STAN-

STANTINO MAGNO diuersa ingentium columnarum serie splendidissimè extructum, tunc verò diuturnitate dehiscentibus parietibus labefactatum erat, in honoré DEI & S. PETRI pristina magnificentia restaurare cœpisset, & verò morte præuentus tantæ molis opus reliquisset imperfectum, Successor eius LEO X. cum nec ipse tantæ structuræ parem se sentiret, vt pio operi multorum adiutrices manus conciliaret, cõmunicato cum *Cardinalibus* Consilio, *Indulgentias* orbi diuulgauit, vt qui huic structuræ liberalì manu subsidij attulisset, quasi præmij loco certarum Indulgentiarum fructu potiretur: id est, in vera fide & pœnitentia à peccatis propter CHRISTVM per Sacerdotem absolutus, reliquæ quoque pœnæ temporalis, quæ sæpè dimissa culpa luenda remanet, immunis fieret. Harum Indulgentiarum præconium, cum *fratres ordinis* S. AVGVSTINI, inter quos & *Lutherus* erat, affectarent: Et verò IOHANNES TETZELIVS, *frater Ordinis Prædicatorum*, qui & paulò ante fratribus S. MARIÆ, militaris Ordinis Teuthonicorum Dominorum in LIVONIA, qui MOSCOVITIS & aliis vicinis hostibus premebantur, præclaram hac in re operam nauauerat, multis aptior visus, authoritate *Reuerendissimi & Illustrissimi* D. ALBERTI, *Archiepiscopi Moguntini*, cui à Pontifice

ex Coch. de actis Luth. An. 17. p. 3. & Surio in tom. p. 92.

Aemulatio Lutheri aduersus Tetzeliũ.

hoc negotium datum erat, ipsis hac in causa præferretur: Ingens hinc simultas & æmulatio apud fratres Augustinianos extitit, non secus atque olim Iunoni alta mente repostum manebat,

Virg. 1. Aeneid.

Iudicium Paridis, spretaq; iniuria formæ.

Staupitius & Lutherus socii factionis.

Iohannes igitur *Staupitius*, vir genere nobilis, facundia & eruditione clarus, Generalis Augustinianorum per Germaniam Vicarius: Et *Martinus Lutherus*, Theologiæ Doctor, Ordinarius Wittenbergensis, velut præcipui duo gregis sui arietes, fama & authoritate celebres, & præ alijs conspicui, hanc iniuriam sibi omni ratione vindicandam putantes, omne suum ingenium à personis in rem ipsam auersum, ad Indulgentias persequendas cõtulerunt. Et *Staupitius* quidam *Illustriß. Saxoniæ Duci* FRIDERIDO familiarius se se insinuans, pectori eius instillare cœpit, frequentes Indulgentiarum abusus, & Quæstorum atque Commissariorum scandala, quod illi per auaritiam, veniarum & gratiarum prætextu, expilarent Germaniam, & quærerent quæ sua sunt, non quæ IESV CHRISTI. *Lutherus* vero ardentioris naturæ, magisque iniuriarum impatiens, arrepto calamo, mox ad supra dictum Germaniæ Primatem ALBERTVM scripsit indignabundus Epistolam. In qua sanè, mox post captatam Præfatione beneuolentiam, in hæc prorumpit verba.

Lutheri Epistola ad Archiepiscop. Moguntinum.

Circum-

Circumferuntur (inquit) *Indulgentiæ Papales ſub tuo præclariſſimo titulo, ad Fabricam S. PETRI. In quibus non adeò accuſo Prædicatorum exclamationes, quas non audiui, ſed doleo falſiſſimas intelligentias populi ex illis conceptas, quas vulgò vndiq; iactant: videlicet quod credunt infelices animæ, ſi literas Indulgentiarũ redemerint, ſe ſecuros eſſe de ſalute ſua. Itẽ quod animæ de Purgatorio ſtatim euolent, vbi contributionem in ciſtam coniecerint, &c.* Sed non contentus hac priuata Epiſtola, in publicum quoq; euulgauit XCV. *Propoſitiones*, quibus communẽ & receptam de Indulgentiis doctrinam impugnabat. Quibus cum TETZELIVS pro vehementia ingenii atq; etiam officio (erat enim Indulgentiarum celebris Prędicator, & Commiſſarius Apoſtolicus atque etiam hæreticæ prauitatis Inquiſitor.) CVI. Propoſitiones contrarias pro Eccleſia oppoſuiſſet, hac quaſi litis inter duos conteſtatione, iacta ſunt fundamenta, atq; incunabula poſita, ſacri huius tam funeſti belli, cuius flamma adhuc, proh dolor, multos Eccleſiæ agros populatur.

Lutheri propoſ. 95. contra Indulg.

Sed quod noſtri eſt inſtituti, illud æquus Lector facile ſecum reputabit, quam nullo diuino inſtinctu, ſola humana temeritate, leuitate, arrogantia, æmulatione, inuidia, aut etiam zelo indiſcreto ad hanc tam arduã cauſam proruperit *Lutherꝰ*. Eſto enim quod ipſe cauſatur, interuenerint aliqui Indulgẽ-

tiarum abuſus, ac falſæ in primis populi intelligentiæ: quid hoc ad Prædicatorem Indulgentiarum? Imò quod ad totam immerentem atq; innoxiam tot remotis tamque diuerſis in locis Eccleſiam, cuius vnitatem nefariè *Lutherus* rupit. Sed nimirum ſua *Lutherus* quærebat, non quæ ſunt CHRISTI, aut charitatis. Itaque tam lubricè etiam in toto negotio ſe geſſit, vt nunc à ſe diſputata tanquam incerta & erronea reuocaret, ſeque totum authoritati Apoſtolicæ Sedis ſubiiceret: Nunc ad ingenium reuerſus, priorem rebellionis incudem tunderet. Vnde toto vitæ tempore tam læſam ac vulneratam circumgeſtauit conſcientiam: vt quemadmodum teſtatur *Præfat. libri de abroganda Miſſa priuata.* Sæpè ipſi cor tremulum, palpitanſque obiiceret, *Tu ſolus ſapis? Tot ne errant vniuerſi? Tanta ſecula ignorarunt? Quid ſi tu erres, & tot tecum in errorem trahas damnandos æternaliter?* Et in *Conuiuialibus* ſæpiſſimè teſtatur, ſe cum his cogitationibus conflictatum eſſe, *tu ne ſolus es, qui verum DEI verbum purum immaculatumque tenet, reliqui omnes eo deſtituuntur? Quicquid hactenus Chriſtiana Eccleſia decreuit, totque annis vt rectum coluit, id totum tanquam falſum tu euertis, tuaque doctrina Eccleſiaſticum & politicum regimen turbas.* Item. *Nunquam has cogitationes dimitto, quin optem velimque hanc me cauſam nunquam*

Lutherus, quàm lubricè in rebellione ſua ſe geſſerit.

Tom. 2. Ie. fol 9. b.

In. Conui. fol. 10.

Lucta conſcientiæ in Luthero.

Ibid. fol. 158. b. & fol 273. b.

Confer to. 2. Ien. fol. 49. b.

quam aggressum esse. Nunquam enim (addit alibi) *maioribus grauioribusue tentationibus impeditus sum, quam ex meis concionibus cogitans, totum illud tu causaris. In hac tentatione sæpe ad inferos vsq; descendi.*

Ac sane huius rei *Philippus* in vita *Lutheri pag. 13.* non obscurum argumentum præbet. Scribit enim: *quadam disputatione Theologica, ita eum huiusmodi cogitationibus constrictum fuisse, vt pene immortuus proximo cubiculo sese in lectulum composuerit.* Quæ omnia ex ipsiusmet confessionibus tanto libentius commemorare libuit, vt cordatus Lector hinc tanquam *ex vngue leonem* æstimet. Nunquam Prophetas aut Apostolos, aut alios à DEO missos religionis restauratores, tam dubia, incerta, imò inuita, reluctante atque omnibus modis renitente conscientia causam suam egisse legimus. Violenter contra proprii animi dictamen religionis dissidium cœpit *Lutherus*, aluit, adque finem vsque vitæ mera ambitione persecutus est, quemadmodum ipsemet alicubi fatetur, *se principio quasi imprudenter & inuitum in hanc causam incidisse. Sed quia semel inciderit, videndum sibi, ac dicendum, id totum rectè esse.* Tom. 1. Ie. fol. 4. In Conuiual. fol. 244, a. & fol. 241.

Sed vt plenius hominis lubricitas & inconstantia omnibus non sponte cæcutientibus patescat, age ex Actis memoriam quorundam gestorum eius repetamus

primo-

primorum maximè in quibus leuitatis euidentiora veſtigia reperiuntur.

Lutherus nunc veneratur ſedẽ Apoſtolicam, nunc calumniatur. Præfat. ad Leon. X.

Anno 1518. Latinum edens librum cum hac inſcriptione: *Reſolutiones diſputationum de Indulgentiarum virtute*: hoc quidem operam dat, vt Lectorem in partes ſuas rapiat: Interim tamen Pontifici blandiſſima quæq; loquitur. *Inuitus*, inquit, *veni in publicum, præſertim ego indoctus, ſtupidus ingenio, vacuus eruditione. Sed cogit neceſſitas me anſerem ſtrepere inter olores, &c.* Item: *Quare Beatiſſime Pater, proſtratum me pedibus T. B. offero, cum omnibus quæ ſum & habeo: Viuifica, occide, voca, reuoca, approba, reproba, vt placuerit. Vocem tuam vocem CHRISTI in te præſidentis & loquentis agnoſcam: Si mortem merui, mori non recuſabo.* Atq; vt omnem hæreſeos ſuſpicionem à ſe reiiceret in aduerſarios, adiunxit eidem libro ſolennem *proteſtationem*, in qua deferebat non ſolum ſacris literis, verũ etiã ſacris Canonibus, Decretalibusq; Pontificiis, & Eccleſiaſticis Patribus obedientiam. Imò & ſuperiorum ſuorum iudicium, in omnibus volebat habere ſaluum.

Proteſtatio Lutheri de obedientia ſua erga S. Ro. Eccl.

Eodem modo paulo poſt *Auguſtæ*, coram Cardinale CAIETANO hanc piam proteſtationem ſcripto fecit. *Ego frater Martinus Luther Auguſtinianus, proteſtor, me colere & ſequi ſanctam Romanam Eccleſiam, in omnibus meis dictis & factis, præſentibus, præteritis, & futuris. Quod ſi quid contra vel aliter di-*

ctum

ctum fuit vel fuerit, pro non dicto haberi & habere volo.

Item Epistola ad eundem Cardinalem, domo rescripta. *Reuerendissime in Christo Pater, fateor, vt & alias fassus sum, me profecto nimis indiscretum, vt ipsi dicunt, vehementem, & irreuerentem fuisse contra nomen Pontificis. Et quamuis admodum vehementer ad eiusmodi irreuerentiam lacessitus fuerim, intelligo tamen nunc, quod decuisset me modestius, humilius, ac reuerentius istam materiam tractare, & non sic respondere stulto, vt fierem ei similis. Quod mihi omnino sinceriter dolet, veniamque peto.*

Lutherus fatetur suam in Pōtif. immodestiam.

Anno XIX. in disputatione Lipsica, cum *Eckius* & *Carolstadius* solenniter ambo protestati essent, quod ab Ecclesia Catholica nusquam ne latum quidem digitum discedere vellent, nec eruditorum iudicio preire, nec vniuersitatum authoritati præiudicare: *Lutherus* postea *Carolstadio* fracto succedēs, eandem protestationem ratam habuit, & amplexus est, addens disertè. *se non impugnare, nec Christianè à quoquam impugnari posse, primatum & obedientiam Romanæ Ecclesiæ, nec derogare se Pontifici, quicquid tribuitur ei.*

Quæ quemadmodum posterioribus *Lutheri* scriptis conueniant, in quibus Pontificem Antichristum, Ecclesiam Romanam meretricem Babylonicam, Academias lupanaria Diaboli vocat, imò quomodo personā deceant

Apostoli dissimiles Luthero.

deceant eius, qui se datum à DEO vindicem Euangelicę veritatis iactitabat, non video. Erant Apostoli & Prophetæ non solum instructi à DEO perfecta sapientia, ne quid temerè effutirent primum, quod postea per ipsorum iugula rediret, quemadmodum suos ferme vomitus hic Pseudopropheta quotannis resorpsisse deprehenditur: sed fortitudine quoque & magnitudine animi armati, ne cui tyrannorum, cuius impietatem accusassent, aut accusaturi essent, contraria Decretorum ipsius approbatione blandirentur, seque ipsos magis leuissimæ temeritatis, quam alios erroneæ profanitatis accusarent. O quàm euidenter hic possent Præceptoris sui fraudulentiam obseruare *Lutherani*, nisi spontaneo glaucomate sibi oculos obtexissent. Causatur ipse *Lutherus*, se inuitum per aduersarios in hanc arenam protractum, seque *libenter silentium præstiturum esse, nisi aduersariorum importunitas obstitisset:* Accusat etiam alios tanquam huius tragœdiæ authores *Epistol. 2.* ad LEONEM X. *Notum tibi esse arbitror* (inquit) *quid mecum egerit Cardinalis Sancti SIXTI, Legatus tuus, imprudens & infelix, imò infidelis. In cuius manu, ob tui nominis reuerentiam, cum me & omnia mea posuissem, non hoc egit, vt pacem statueret, quam vno verbulo potuisset facilè statuere. Cùm ego tum promitterem silentium, & finem causæ meæ facturum,*

Præfat. Resolut. de Indulg. ad Leon. X.

ctūrum, si aduersariis idem mandaretur. At homo gloriæ auidus, non contentus eo pacto, cœpit aduersarios iustificare, licentiam aperire, & mihi palinodiam mandare: id quod in mandatis prorsus non habuit. Hic sanè, vbi causa in optimo loco erat, illius importuna Tyrannide venit in multo peiorem. Vnde quicquid post hæc secutum est, non Lutheri, sed CAIETANI tota culpa est, qui vt silerem, & quiescerem, non est passus. Quod tum summis viribus poscebam.

Idem Epist. ad CAROLVM V. Imperatorem. *Frustra veniam peto, frustra silentium offero frustra pacis conditiones propono, frustra erudiri meliora postulo.* Et in Protestatio. sua. *Sed ne hoc quidem promoui* (inquit) *quod me sæpenumero & multiphariam obtulerim (vt filius supplex, & obediens sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, qualis DEO OPT. MAX. adiutore, mori volo) taciturum si per meos aduersarios liceat.*

Sed vt nihil nunc dicam de vanitate prætextus huius, quo LVTHERVS causam scelestissimi Schismatis in aduersarios deriuare conatur, quorum nullus vnquam *Lutherum* inuitum ad scribendum compulit, nec etiam compellere potuit, vt qui primus literas ad *Archiepiscopum Moguntinum* & *Propositiones X C V.* contra Indulgentias à nullo lacessitus diuulgauit, quemadmodum supra diximus: Hoc hoc

quæro

Ratio vali da contra Lutherũ, ex superioribus.

quæro ex te *Hunni*, atq; vniuersis familiaribus tuis, si Papatus fuit Synagoga Satanæ, si Pontifex Romanus Antichristus, si Indulgentiæ fraudes fidelium, si *Lutherus* peculiariter à DEO ad has imposturas detegendas, & *Ægyptiacam* captiuitatem soluendam excitatus: Et tamen ille *Lutherus*, ille Moyses vester & liberator, inuitus in arenam protractus est, & si per aduersarios licuisset, omninò silere, nihil contra Papatum, contra Pontificem, contra Episcopos, contra Ecclesiasticam potestatem, atq; indulgentias dicere voluit, imò toties à se dicta & disputata reuocauit, seq; cum omnibus suis Pontifici Romano, maximo (vt fingitis) Ecclesiæ hosti subiecit: Quæro, inquam, ac meritissimè quæro, vtrum non potius *Lutherum* ignauissimum, timidissimum, inconstantissimũ, perfidissimum deniq; causę Christi proditorem, quàm inuictum, (quod ait Hunnius) Heroëm fuisse putetis, qui opus Dei tam negligenter egit, qui diuinitus sibi inspirata retractauit, qui familiam Domini in potestate potius Diaboli relinquere, quàm sibi negotiorum ac periculorum vim comparare voluit? Nam periculorum hic nulla excusatio est, cum Dominus & Apostoli vndique periculis cincti. *Si inquiunt hi tacuerint, lapides clamabunt.* Et iterum: *Non possumus, quæ vidimus & audiuimus, non loqui.* Non hi cum *Luthero* silentium offerunt Synedrio, nec

Prȩfat. lib. de Missa angulari.

Timor periculorum alienus à Prophetis Luc. 19. 40. Acto. 4. 19.

nec prius dicta reuocant, seq; limites modestiæ & veritatis egressos fatentur; sed viam quam semel instinctu Domini ingressi erāt, constanter pergunt, atq; etiam periculis vitæ propositis, *non possumus* inquit *magnalia Domini tacere.*

Alius igitur Apostolorum spiritus, alius *Lutheri:* qui etsi postmodum furore percitus, ac tutiori præsidio munitus, *VVormatiæ* in primis, aliquam præ se fortitudinem (impudentiam verius & pertinaciam) tulit, tamen ista eius posteriora, hanc priorē leuitatem & inconstantiam excusare non possunt, quia vt aiunt Medici, *Vitium concoctionis primæ, non corrigitur in secunda.*

Neq; etiam hic *Lutherum* infirmitas, aut quotidiani, quos eum fecisse dicunt, in spiritu profectus iuuare possunt, quoniam, vt supra iam monuimus, hæc personam ELIÆ & ENOCHI, quam illi adulatores imponunt, minimè decent. Progressuri enim illi ad Antichristi debellationem, perfecto Prophetiæ spiritu instructi venient, vt & constantissimè eadem sine vllo vel minimo correctionis indicio profiteantur, & semper eundem aduersus Antichristum alienissimum animum gerant, & fortissimè deniq; ab eodem Martyrio coronentur, quę omnia in *Luthero* contrario se modo habent.

Euigilent itaq; tandem Nobilissimi *Germani* nostri, atq; vncos huius Draconis vn-

gues, vndique palmis integris prominentes aſpiciant, ſeque à fœdiſſimis ſquamis eius, ab horribili ingluuie liberent: certi, quicquid ab eo iactatur, quicquid promittitur, meras fraudes eſſe, ac melle tinctum toxicum, quo ſe quotquot ineſcari ſinunt, ſempiternæ mortis ſemina concipiunt.

Atque hæc de TETZELIO. Iam Pontificis Maximi iniurias quod attinet, quem contumelioſè *Hunnius* venatorem NIMRODVM, & VEIOVEM TARPEIVM nominat, (cum à S. BERNHARDO & aliis Chriſtianis nominetur *Princeps Epiſcoporum, hæres Apoſtolorum, Primatu* ABEL, *Gubernatu* NOE, *Patriarchatu* ABRAHAM, *ordine* MELCHISEDECH, *dignitate* AARON, *authoritate* MOYSES, *Iudicatu* SAMVEL, *poteſtate* PETRVS, *vnctione* CHRISTVS) has inquam iniurias, ne cum maledicis maledici fiamus, educationi *Hunnii*, & gentili ipſius infidelitati (hæretici enim Chriſtiani non ſunt, teſte *Tertulliano*.) Chriſtiana patientia condonemus. Sed quas inde *Luthero* laudes venatur, eum tanto memorabiliorem Heroëm eſſe, qui tam potenti Principi bellum inferre auſus ſit, id iam ſupra aliquoties confecimus, non magis de *Luthero*, quam de omnibus omnium ætatum hęreticis & perduellib. conſequens eſſe. Sed neque nos ita rudes, ſtupidos

S. Bern. ad Eugen. Papam.

De præſcr. c. 14. & 37.

dos aut incogitantes esse *Hunnius* credat, quin quibus præsidiis & subsidiis *Lutherus* hac tota causa fultus fuerit, ignoremus, magisq; diuinam quam humanam in eo fiduciam admiremur.

Primo omnium, antequam aleam iaceret, ipse & *Staupitius* potentissimum Saxoniæ Ducem *Fridericum*, cuius tunc erat inter cęteros Germaniæ Proceres, præcipua fere authoritas, potentia, liberalitas, affabrè fictis dolis & mendaciis, suis partib. reddiderunt propensum. Quib. mediis & subsidiis hæresin suam Lutherus propagarit.

Qua anchora fixa, audacter postea vela ventis dātes, nullos vel scopulos vel *charybdeis* metuerunt. Imò sub vmbra tanti Dei latitantes, non hoc solum religionis dissidium, sed & plura & maiora tuto secureque moliri potuissent. Deinde iam multo ante *Lutherum* non leue huius tragœdiæ in Germaniæ præludium fecerat VLRICVS HVTTENVS Eques, vir & nobilis familiæ, & acerrimi ingenii. Qui cum passim omnes nescio quamobrem contra Romanam curiam videret quiritantes, multa pro libertate Germaniæ, & prosa & ligata oratione scripsit, animosque omnium Romanæ Curiæ odio incensos, *Lutheri* Schismati reddidit dispositissimos. Quod incendium non mediocriter postea aluerunt *Poetæ Rhetoresque* varii, quorum gratiam cum sibi *Lutherus* aliqua doctrinæ specie, & ficta humilitate, Dux Saxoniæ. Huttenus. Poetæ ac Rhetores.

veritatiſq; Catholicæ non impugnandæ,ſed propugnandæ prætextu conciliaſiet, ii (vt
Anno 18. p.7. Surius comm. Anno.18. p.97 refert in Actis COCHLÆVS) impigrè pro eo & lingua & calamo decertarunt, cauſamque eius laicis commendabilem reddiderunt, ac variis cauillis & inuectiuis Prælatos Eccleſiæ Theologoſque perſtrinxerunt: Incuſantes eos auaritiæ, ſuperbiæ, inuidiæ, barbariei & ignorantiæ: qui innocentem *Lutherum* non ob aliud perſequerentur, quam ob doctrinam, quod videretur & eſſet doctior eis, & liberior ad dicendam veritatem, contra impoſturas & præſtigias hypocritarum. Cumque valerent non ſolum ingenio & acrimonia, verum etiam elegantia ſermonis, ſiue loquendum, ſiue ſcribendum eſſet, facile traxerunt Laicorum animos in fauorem commiſerationemque *Lutheri*, tanquam is propter veritatem & iuſtitiam vexaretur ab Eccleſiaſticis, inuidis, auaris, & indoctis: qui in ocio luxuque viuentes, ſuperſtitionum adinuentionibus à ſimplici plebe pecuniam emulgerent.

Nobiles.

Turbæ VVormatienſes aduerſus Cæſarem pro Luthero.

Atque his blanditiis primo quadriennio ita plebis ac nobilium animi amore *Lutheri* imbuti fuerunt, vt *Anno XXI.* in *Comitiis VVormatienſibus*, cum Laudatiſſimus Imperator CAROLVS V. ſententiam aduerſus *Lutherum* pronunciaſſet, pleriq; in ſeditionem propenderent, ac non ſolum ipſum Imperatorem

torem tanquam puerum perſtringerent, inſcribentes paſſim noctu valuis ædium: *Væ terræ cuius Rex puer eſt:* ſed & diſertè tumultum minarentur, affixa prætorio hoſtili ſchedula, in qua fingebantur CCCC. equites Germani bellum indicere *Cardinali & Archiepiſcopo Moguntino.* Quem metum in vicinia augebat vir nobilis ac potens *Franciſcus à Sicking*, magnam ex militia famam nactus: quippe qui per ſe bellum intulerat tum *Haſſiæ Landgrauio*, tum Ciuitati *Metenſi*, & vtrumque hoſtem grauibus affecerat damnis. Is igitur in arcibus ſuis, quas munitiſſimas habebat, ex propinquo conſiſtens, dicebatur collectum habere equitatum, manumq; militarem, expectans Lutheranæ cauſæ exitum, cum impenſiſſimè faueret *Luthero*.

His domeſticis minis & periculis accedebant externi quoque motus, quibus implicati Principes Catholici, cõniuere *Lutheranis* cogebantur, nec, vt volebãt Zizaniis euellendis operam dare poterant. De *Italia* enim diuturno bello contendebant *Cæſar*, & *Rex Franciæ*: *Vngaris* autem, infeſtiſſimo exercitu & maximis copiis imminebat *Imperator Turcarum*: cui propulſando vt aliquod ſubſidium ferrent Lutherani, lenius tractandi erant, quippe qui, niſi pacifice ac ſecurè in ſuis opinionibus viuere permitterentur, nulla ad Vngarica bella ſubſidia col- **Externi motus.**

In assert. art. 34. De bello cont. Turcas. cōtra duo mandata Imperialia.

laturos se dicebant. Idque tantò magis, quia (vt infra audiemus) didicerant à *Luthero contra Turcam belligerandum non esse, qui decies probior & prudentior sit Principibus nostris*, qui *etiam nomine DEI visitet iniquitates nostras, vt qui illi repugnet, DEO ipsi repugnare videatur.*

Mollities doctrinæ Lutheranæ.

Præterea ipse Lutheranæ doctrinæ genius ita comparatus erat, vt facilè multos ad se colendum alliceret, cœlibatum abrogans, ieiunia tollens, festa prohibens, facilemque sine laboriosis operibus beatitudinem spōdens. Quod totum ingenue fatetur *Martinus Bucerus* libro 1. de regno Christi cap. 4. *Maxima* inquit *eorum pars visa est id tantum ex Euangelio CHRISTI petiisse, vt iugum qualiscunq; disciplinæ, pœnitentiæ, & religionis vniuersæ, quæ in Papatu reliqua fuit, abiicerent, proque carnis suæ arbitrio ac libidine instituerent, agerentque omnia. Tum non ingratum iis fuit audire, iustificari nos fide in CHRISTVM, non bonis operibus, quorum nullo tenebantur studio. Nec pauci eorum qualemcunque Euangelii prædicationem eo tantum receperunt, vt in opes euaderent Ecclesiasticas.*

Veræ causæ, ob quas multi Lutherani facti.

In parua Respons. cont. Ducem Georg.

O vera vox, hominis parum veri! quam non sua tantum peruersitate homines sibi finxerant, sed ex *Luthero* ipso arripuerant, hauserant, expresserant, qui vt plures ad suas partes pelliceret, publicè profitebatur, *Monasteria tanquam nidos glirium demolienda, &*

da, & bona Ecclesiastica, tanquam à malæfidei possessoribus liberè rapienda.

Qua de re *Anno XXVI.* in *Spirensibus Comitiis* pestilentem librũ sub nomine *Argyrophylacis* sparsit, in quo sic loquitur. *Sapè mecum mirari soleo, Illustrissimi Potentissimiq; Germanorum Principes, quod nonnulli vestrũ tam atrociter in eos, quos hæreticos vocant, sæuiant, vt propter quæstiones opinionesque quasdam de religione in homines alioqui innocentes, & Reipublicæ commodos, exiliis, bonorum direptionibus, gladio, aqua & igni animaduertere non reformident. Si autem in vos aut in Rempublicam vestram peccarent, iustiore certe titulo punirentur. Modo cum eiusmodi asserant & doceant, quæ in maximum Ditionum vestrarum, rerum publicarumque commodum vergant (quo nomine & à vobis præmium accipere debent) mirum, imò stupendum miserandumque, quod talia citra rationem modumque de eis supplicia sumantur. Eget is fortasse pecunia in Reipublicæ vsus necessaria? en maximum vobis thesaurum ostendo. Sinite Monachos & Monachas (si qui velint) libere abire, & victum laborando quærere. Eos verò, quibus in suis fornicibus delitescere lubet, frugaliter alite, & ne quis huiuscemodi ignauum vitæ genus posthac sectetur, cauetote: Tum quicquid opum illis superest, in necessarios pauperum, Reipublicæ, vsusq; vestros vertite. Experiemini (procul dubio) intra paucos*

Lutherus escam bonorum Ecclesiasticorum obiicit Principibus.

O sacrilegam bestiam.

 menses,

menses, quod centena aureorum millia, vnius exiguæ ditionis vestræ Monachi & id genus homines possideant. Neque hoc meum consilium quispiam aut seditiosum aut impium iudicet. Tam enim pium esse (si opus foret) ostendere possem, vt plane impii censendi sint Principes, qui hoc non exequantur, malintque ab agricolis, vinitoribus, opificibus, ciuibus, aliisq; sibi subiectis tributa extorquere, quam Reipub. suaque ipsorum bona à tam malæ fidei possessoribus non auferre.

O monstrum impiissimũ.

Nouitas.

Quid iam de *Nouitate* dicemus, rerum omnium condimento? quot per eam *Luthero* discipulos factos arbitramur? Est fermè hominum ingenium ita comparatum, vt vetera fastidiat, noua appetat: quod Poëta voluit, cum ait:

Ouid. 3. de Ponto.

Est quoque cunctarum nouitas gratissima rerum.

Et alius:

Tit. Calphur. Eclo. 7.

Vilia sunt nobis quæcunq; prioribus annis
Vidim⁹, & sordes quicquid spectauimus olim.

Luthero igitur nouam tubam inflante, ac prius inauditam doctrinam verbis scriptisq; venditante, mirũ quantũ sui desideriũ apud curiosos excitarit, quantã discipulorũ messem fecerit, Euangelium nõ spiritu, sed carnis modulo metientium. Enimuerò hæc nassa quantum momenti habeat, *Lutherus* ipse in libro. *Quod verba adhuc firma stent, Zuinglii* & Oecolampadii secta edoct⁹ querit. *Nos* inquit

Nouitatis quanta vis

inquit, *Germani tales socii sumus, quicquid nouum est, arripimus, eique adhæremus, velut fatui. Si quis prohibet, is nos adhuc furetiores reddit: sin nemo prohibeat, nos ipsi statim exsatiamur & fastidimus: inhiantes subinde ad aliud nouum quid. Diabolus verò id prærogatiua habet, vt nulla doctrina, nullumque somnium tam ineptum exoriri possit, quin ad illud reperiat discipulos, & quanto ineptius, tanto citius. At solum verbum DEI manet in æternum: Errores circa ipsum semper oriuntur & occidunt.*

Sed æquum erat *Luthere*, vt qua nassa discipulos tuos ceperas, eadem illos perderes, quia *malè parta, malè dilabi debent.*

Postremò, quos istis mediis Euangelio nouo acquirere non potuit *Lutherus*, eos terrificis minis, tanquam feras clamoribus in suos casses adegit, vt nisi amplecterentur *Lutherum*, subitò se perituros cum tota Germania crederent. *Est*, inquit, *nunc tempus gratiæ præ foribus, nos autem contemnimus, & respuimus: Hoc* DEVS *neque vult neque potest nobis ignoscere. Quod ergo verbum eius ita contemnimus, vltione dignum est, & vlciscetur, etiamsi centum annos differatur vltio: at tam diu non differetur. Et quantò clarius est verbum, tanto grauior erit vltio: Vereor, ne tota Germania peritura sit.* DEVS *hanc nequitiam inultam dimittere non potest, nec diu conniuebit. Euangelium enim tam copiosè prædicatum est, vt tam clarum non fuerit tempore Apostolo-*

Horribiles minæ.

Sermõ. de Destruct. Hierusal.

Apostoli dissimiles Luthero.

deceant eius, qui se datum à DEO vindicem Euangelicę veritatis iactitabat, non video: Erant Apostoli & Prophetæ non solum instructi à DEO perfecta sapientia, ne quid temerè effutirent primum, quod postea per ipsorum iugula rediret, quemadmodum suos ferme vomitus hic Pseudopropheta quotannis resorpsisse deprehenditur: sed fortitudine quoque & magnitudine animi armati, ne cui tyrannorum, cuius impietatem accusassent, aut accusaturi essent, contraria Decretorum ipsius approbatione blandirentur, seque ipsos magis leuissimæ temeritatis, quam alios erroneæ profanitatis accusarent. O quàm euidenter hic possent Præceptoris sui fraudulentiam obseruare *Lutherani*, nisi spontaneo glaucomate sibi oculos obtexissent. Causatur ipse *Lutherus*, se inuitum per aduersarios in hanc arenam protractum, seque *libenter silentium præstiturum esse, nisi aduersariorum importunitas obstitisset:* Accusat etiam alios tanquam huius tragœdiæ authores *Epistol. 2.* ad LEONEM X. *Notum tibi esse arbitror* (inquit) *quid mecum egerit Cardinalis Sancti SIXTI, Legatus tuus, imprudens & infelix, imò infidelis. In cuius manu, ob tui nominis reuerentiam, cum me & omnia mea posuissem, non hoc egit, vt pacem statueret, quam vno verbulo potuisset facilè statuere. Cum ego tum promitterem silentium, & finem causæ meæ facturum,*

Præfat. Resolut. de Indulg. ad Leon. X.

ctutum, si aduersariis idem mandaretur. At homo gloriæ auidus, non contentus eo pacto, cœpit aduersarios iustificare, licentiam aperire, & mihi palinodiam mandare: id quod in mandatis prorsus non habuit. Hic sanè, vbi causa in optimo loco erat, illius importuna Tyrannide venit in multo peiorem. Vnde quicquid post hæc secutum est, non Lutheri, sed CAIETANI tota culpa est, qui vt silerem, & quiescerem, non est passus. Quod tum summis viribus poscebam.

Idem Epist. ad CAROLVM V. Imperatorem. *Frustra veniam peto, frustra silentium offero frustra pacis conditiones propono, frustra erudiri meliora postulo.* Et in Protestatio. sua. *Sed ne hoc quidem promoui* (inquit) *quod me sæpenumero & multiphariam obtulerim (vt filius supplex, & obediens sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, qualis DEO OPT. MAX. adiutore, mori volo) taciturum si per meos aduersarios liceat.*

Sed vt nihil nunc dicam de vanitate prætextus huius, quo LVTHERVS causam scelestissimi Schismatis in aduersarios deriuare conatur, quorum nullus vnquam *Lutherum* inuitum ad scribendum compulit, nec etiam compellere potuit, vt qui primus literas ad *Archiepiscopum Moguntinum* & *Propositiones X C V.* contra Indulgentias à nullo lacessitus diuulgauit, quemadmodum supra diximus: Hoc hoc

quæro

Ratio vali da contra Lutherũ, ex superio ribus.

quæro ex te *Hunni*, atq; vniuersis familiaribus tuis, si Papatus fuit Synagoga Satanæ, si Pontifex Romanus Antichristus, si Indulgentiæ fraudes fidelium, si *Lutherus* peculiariter à DEO ad has imposturas detegendas, & *Ægyptiacam* captiuitatem soluendam excitatus: Et tamen ille *Lutherus*, ille Moyses vester & liberator, inuitus in arenam protractus est, & si per aduersarios licuisset, omninò silere, nihil contra Papatum, contra Pontificem, contra Episcopos, contra Ecclesiasticam potestatem, atq; indulgentias dicere voluit, imò toties à se dicta & disputata reuocauit, seq; cum omnibus suis Pontifici Romano, maximo (vt fingitis) Ecclesiæ hosti subiecit: Quæro, inquam, ac meritissimè quæro, vtrum non potius *Lutherum* ignauissimum, timidissimum, inconstantissimũ, perfidissimum deniq; causę Christi proditorem, quàm inuictum, (quod ait Hunnius) Heroëm fuisse putetis, qui opus Dei tam negligenter egit, qui diuinitus sibi inspirata retractauit, qui familiam Domini in potestate potius Diaboli relinquere, quàm sibi negotiorum ac periculorum vim comparare voluit? Nam periculorum hic nulla excusatio est, cum Dominus & Apostoli vndique periculis cincti. *Si inquiunt hi tacuerint, lapides clamabunt.* Et iterum: *Non possumus, quæ vidimus & audiuimus, non loqui.* Non hi cum *Luthero* silentium offerunt Synedrio, nec

Pręfat. lib. de Missa angulari.

Timor periculorum alienus à Prophetis Luc. 19. 40. Acto. 4. 19.

nec prius dicta reuocant, seq; limites modestiæ & veritatis egressos fatentur; sed viam quam semel instinctu Domini ingressi erāt, constanter pergunt, atq; etiam periculis vitæ propositis, *non possumus* inquit *magnalia Domini tacere.*

Alius igitur Apostolorum spiritus, alius *Lutheri:* qui etsi postmodum furore percitus, ac tutiori præsidio munitus, *VVormatiæ* in primis, aliquam præ se fortitudinem (impudentiam verius & pertinaciam) tulit, tamen ista eius posteriora, hanc priorē leuitatem & inconstantiam excusare non possunt, quia vt aiunt Medici, *Vitium concoctionis primæ, non corrigitur in secunda.*

Neq; etiam hic *Lutherum* infirmitas, aut quotidiani, quos eum fecisse dicunt, in spiritu profectus iuuare possunt, quoniam, vt supra iam monuimus, hæc personam ELIÆ & ENOCHI, quam illi adulatores imponunt, minimè decent. Progressuri enim illi ad Antichristi debellationem, perfecto Prophetiæ spiritu instructi venient, vt & constantissimè eadem sine vllo vel minimo correctionis indicio profiteantur, & semper eundem aduersus Antichristum alienissimum animum gerant, & fortissimè deniq; ab eodem Martyrio coronentur, quę omnia in *Luthero* contrario se modo habent.

Euigilent itaq; tandem Nobilissimi *Germani* nostri, atq; vncos huius Draconis vn-

gues, vndique palmis integris prominentes aſpiciant, ſeque à fœdiſſimis ſquamis eius, ab horribili ingluuie liberent: certi, quicquid ab eo iactatur, quicquid promittitur, meras fraudes eſſe, ac melle tinctum toxicum, quo ſe quotquot ineſcari ſinunt, ſempiternæ mortis ſemina concipiunt.

Atque hæc de TETZELIO. Iam Pontificis Maximi iniurias quod attinet, quem contumelioſè *Hunnius* venatorem NIMRODVM, & VEIOVEM TARPEIVM nominat, (cum à S. BERNHARDO & aliis Chriſtianis nominetur *Princeps Epiſcoporum, hæres Apoſtolorum, Primatu* ABEL, *Gubernatu* NOE, *Patriarchatu* ABRAHAM, *ordine* MELCHISEDECH, *dignitate* AARON, *authoritate* MOYSES, *Iudicatu* SAMVEL, *poteſtate* PETRVS, *unctione* CHRISTVS) has inquam iniurias, ne cum maledicis maledici fiamus, educationi *Hunnii*, & gentili ipſius infidelitati (hæretici enim Chriſtiani non ſunt, teſte *Tertulliano*.) Chriſtiana patientia condonemus. Sed quas inde *Luthero* laudes venatur, eum tanto memorabiliorem Heroëm eſſe, qui tam potenti Principi bellum inferre auſus ſit, id iam ſupra aliquoties confecimus, non magis de *Luthero*, quam de omnibus omnium ætatum hęreticis & perduellib. conſequens eſſe. Sed neque nos ita rudes, ſtupidos

S. Bern. ad Eugen. Papam.

De præſcr. c. 14. & 37.

dos aut incogitantes esse *Hunnius* credat, quin quibus præsidiis & subsidiis *Lutherus* hac tota causa fultus fuerit, ignoremus, magisq; diuinam quam humanam in eo fiduciam admiremur.

Primo omnium, antequam aleam iaceret, ipse & *Staupitius* potentissimum Saxoniæ Ducem *Fridericum*, cuius tunc erat inter ceteros Germaniæ Proceres, præcipua fere authoritas, potentia, liberalitas, affabrè fictis dolis & mendaciis, suis partib. reddiderunt propensum. **Quib. mediis & subsidiis hæresin suam Lutherus propagarit.**

Qua anchora fixa, audacter postea vela ventis dātes, nullos vel scopulos vel *charybdeis* metuerunt. **Dux Saxoniæ.** Imò sub vmbra tanti Dei latitantes, non hoc solum religionis dissidium, sed & plura & maiora tuto secureque moliri potuissent. Deinde iam multo ante *Lutherum* non leue huius tragœdiæ in Germaniæ præludium fecerat VLRICVS HVTTENVS Eques, vir & nobilis familiæ, & acerrimi ingenii. **Huttenus.** Qui cum passim omnes nescio quamobrem contra Romanam curiam videret quiritantes, multa pro libertate Germaniæ, & prosa & ligata oratione scripsit, animosque omnium Romanæ Curiæ odio incensos, *Lutheri* Schismati reddidit dispositissimos. Quod incendium non mediocriter postea aluerunt *Poetæ Rhetoresque* varii, **Poëtæ ac Rhetores.** quorum gratiam cum sibi *Lutherus* aliqua doctrinæ specie, & ficta humilitate,

veritatisq; Catholicæ non impugnandæ, sed propugnandæ prætextu conciliaſiet, ii (vt refert in Actis COCHLÆVS) impigrè pro eo & lingua & calamo decertarunt, cauſamque eius laicis commendabilem reddiderunt, ac variis cauillis & inuectiuis Prælatos Eccleſiæ Theologoſque perſtrinxerunt: Incuſantes eos auaritiæ, ſuperbiæ, inuidiæ, barbariei & ignorantiæ: qui innocentem *Lutherum* non ob aliud perſequerentur, quam ob doctrinam, quod videretur & eſſet doctior eis, & liberior ad dicendam veritatem, contra impoſturas & præſtigias hypocritarum. Cumque valerent non ſolum ingenio & acrimonia, verum etiam elegantia ſermonis, ſiue loquendum, ſiue ſcribendum eſſet, facile traxerunt Laicorum animos in fauorem commiſerationemque *Lutheri*, tanquam is propter veritatem & iuſtitiam vexaretur ab Eccleſiaſticis, inuidis, auaris, & indoctis: qui in ocio luxuque viuentes, ſuperſtitionum adinuentionibus à ſimplici plebe pecuniam emulgerent.

Anno 18. p.7. Surius comm. Anno.18. p.97

Atque his blanditiis primo quadriennio ita plebis ac nobilium animi amore *Lutheri* imbuti fuerunt, vt *Anno XXI.* in *Comitiis VVormatienſibus*, cum Laudatiſſimus Imperator CAROLVS V. ſententiam aduerſus *Lutherum* pronunciaſſet, pleriq; in ſeditionem propenderent, ac non ſolum ipſum Imperatorem

Nobiles.

Turbæ VVormatienſes aduerſus Cæſarem pro Luthero.

torem tanquam puerum perſtringerent, inſcribentes paſſim noctu valuis ædium: *Væ terræ cuius Rex puer eſt:* ſed & diſertè tumultum minarentur, affixa prætorio hoſtili ſchedula, in qua fingebantur CCCC. equites Germani bellum indicere *Cardinali & Archiepiſcopo Moguntino.* Quem metum in vicinia augebat vir nobilis ac potens *Franciſcus à Sicking*, magnam ex militia famam nactus: quippe qui per ſe bellum intulerat tum *Haſſiæ Landgrauio*, tum Ciuitati *Metenſi*, & vtrumque hoſtem grauibus affecerat damnis. Is igitur in arcibus ſuis, quas munitiſſimas habebat, ex propinquo conſiſtens, dicebatur collectum habere equitatum, manumq; militarem, expectans Lutheranæ cauſæ exitum, cum impenſiſſimè faueret *Luthero.*

His domeſticis minis & periculis accedebant externi quoque motus, quibus implicati Principes Catholici, cõniuere *Lutheranis* cogebantur, nec, vt volebãt Zizaniis euellendis operam dare poterant. De *Italia* enim diuturno bello contendebant *Cæſar*, & *Rex Franciæ*: *Vngaris* autem, infeſtiſſimo exercitu & maximis copiis imminebat *Imperator Turcarum*: cui propulſando vt aliquod ſubſidium ferrent Lutherani, lenius tractandi erant, quippe qui, niſi pacifice ac ſecurè in ſuis opinionibus viuere permitterentur, nulla ad Vngarica bella ſubſidia col- **Externi motus.**

In assert. art. 34. De bello cont. Turcas. cōtra duo mandata Imperialia.

laturos se dicebant. Idque tantò magis, quia (vt infra audiemus) didicerant à *Luthero contra Turcam belligerandum non esse, qui decies probior & prudentior sit Principibus nostris*, qui *etiam nomine DEI visitet iniquitates nostras, vt qui illi repugnet, DEO ipsi repugnare videatur.*

Mollities doctrinæ Lutheranæ.

Præterea ipse Lutheranæ doctrinæ genius ita comparatus erat, vt facilè multos ad se colendum alliceret, cœlibatum abrogans, ieiunia tollens, festa prohibens, facilemque sine laboriosis operibus beatitudinem spōdens. Quod totum ingenue fatetur *Martinus Bucerus* libro 1. de regno Christi cap. 4. *Maxima* inquit *eorum pars visa est id tantum ex Euangelio CHRISTI petiisse, vt iugum qualiscunq; disciplinæ, pœnitentiæ, & religionis vniuersæ, quæ in Papatu reliqua fuit, abiicerent, proque carnis suæ arbitrio ac libidine instituerent, agerentque omnia. Tum non ingratum iis fuit audire, iustificari nos fide in CHRISTVM, non bonis operibus, quorum nullo tenebantur studio. Nec pauci eorum qualemcunque Euangelii prædicationem eo tantum receperunt, vt in opes euaderent Ecclesiasticas.*

Veræ causæ, ob quas multi Lutherani facti.

In parua Resp. ad. cont. Ducem Georg.

O vera vox, hominis parum veri! quam non sua tantum peruersitate homines sibi finxerant, sed ex *Luthero* ipso arripuerant, hauserant, expresserant, qui vt plures ad suas partes pelliceret, publicè profitebatur, *Monasteria tanquam nidos glirium demolienda, &*

da, & bona Ecclesiastica, tanquam à malæfidei possessoribus liberè rapienda.

Qua de re *Anno XXVI.* in *Spirensibus Comitiis* pestilentem librũ sub nomine *Argyrophylacis* sparsit, in quo sic loquitur. *Sapè mecum mirari soleo, Illustrissimi Potentissimiq; Germanorum Principes, quod nonnulli vestrũ tam atrociter in eos, quos hæreticos vocant, sæuiant, vt propter quæstiones opinionesque quasdam de religione in homines alioqui innocentes, & Reipublicæ commodos, exiliis, bonorum direptionibus, gladio, aqua & igni animaduertere non reformident. Si autem in vos aut in Rempublicam vestram peccarent, iustiore certe titulo punirentur. Modo cum eiusmodi asserant & doceant, quæ in maximum Ditionum vestrarum, rerum publicarumque commodum vergant (quo nomine & à vobis premium accipere debent) mirum, imò stupendum miserandumque, quod talia citra rationem modumque de eis supplicia sumantur. Eget is fortasse pecunia in Reipublicæ vsus necessaria? en maximum vobis thesaurum ostendo. Sinite Monachos & Monachas (si qui velint) libere abire, & victum laborando quærere. Eos verò, quibus in suis fornicibus delitescere lubet, frugaliter alite, & ne quis huiuscemodi ignauum vitæ genus posthac sectetur, caueto-te: Tum quicquid opum illis superest, in necessarios pauperum, Reipublicæ, vsusq; vestros vertite. Experiemini (proculdubio) intra paucos*

Lutherus escam bonorum Ecclesiasticorum obiicit Principibus.

O sacrilegam bestiam.

inquit, *Germani tales socii sumus, quicquid nouum est, arripimus, eique adhæremus, velut fatui. Si quis prohibet, is nos adhuc furetiores reddit: sin nemo prohibeat, nos ipsi statim exsatiamur & fastidimus: inhiantes subinde ad aliud nouum quid. Diabolus verò id prærogatiua habet, vt nulla doctrina, nullumque somnium tam ineptum exoriri possit, quin ad illud reperiat discipulos, & quanto ineptius, tanto citius. At solum verbum DEI manet in æternum: Errores circa ipsum semper oriuntur & occidunt.*

Sed æquum erat *Luthere*, vt qua nassa discipulos tuos ceperas, eadem illos perderes, quia *malè parta, malè dilabi debent*.

Postremò, quos istis mediis Euangelio nouo acquirere non potuit *Lutherus*, eos terrificis minis, tanquam feras clamoribus in suos casses adegit, vt nisi amplecterentur *Lutherum*, subitò se perituros cum tota Germania crederent. *Est*, inquit, *nunc tempus gratiæ præ foribus, nos autem contemnimus, & respuimus: Hoc* DEVS *neque vult neque potest nobis ignoscere. Quod ergo verbum eius ita contemnimus, vltione dignum est, & vlciscetur, etiamsi centum annos differatur vltio: at tam diu non differetur. Et quantò clarius est verbum, tanto grauior erit vltio: Vereor, ne tota Germania peritura sit.* DEVS *hanc nequitiam inultam dimittere non potest, nec diu conniuebit. Euangelium enim tam copiosè prædicatum est, vt tam clarum non fuerit tempore Apostolo-*

Horribiles minæ.

Sermõ. de Destruct. Hierusal.

non? hunc Lutherus *ex indubitatis testimonijs Spiritus sancti demonstrauit * esse nobilem illum in Prophetarum etiam scriptis decantatum Antichristum, esse hominem illum scelerosum, esse filium illum perditionis, qui in* DEI *templo sedens, supra omne, quod Deus aut numen est, fastu Diabolico prorsus se se eleuaturus erat.*

* Mentiris Cain.

CONFVTATIO.



NVGATVS est varie hactenus *Hunnius*, & de nuginédo suo *Luthero* lepidos Lectori fumos vendidit. Sed nugarum nondum finis, quin crescunt ineptiæ, & quod in potissimis *Lutheri* probris vituperiisq; est, id *Hunnius* in potissima eius laude ponit. Stulte pariter ac ridicule. Vt non immeritò in eum retorqueamus, ꝙ olim S. AVGVSTINVS Parmeniano Donatistæ exprobrauit. *Qua tandem* inquit *vis, nisi cacitas & vanitas, animi cogit hominē clausis, ut dicitur, oculis tanquam in alterum iacere, ꝙ in eum qui iecerit, continuo redeat, eumq́; ictu reciproco affligat, intacto illo quē vulnerare voluerat?* Quid enim? Oratorie *Hunnius* à minorib. ad maiora progressurus, maioresque inde laudes *Luthero* conciliaturus, quasi à pro-

Lib. 2. contra Parmenian. ipso ingressu.

propoſito aberrans contrariam inſtat viam, atque ea commemorat, quæ ſi non minoris, certè paris cum ſuperioribus facilitatis ſunt. Reputet quæſo Lector quid dicat. *Non ſolum ſigna*, inquit, *contulit, & eminus ſcriptorium calamum vibrauit Lutherus, ſed cominus etiam conflixit*. At quomodo? quo loco? *Witteberga extra portam Elſteranam*: quid ibi? Hic ſuccenſo rogo tanquam veneficis dies dictus, IVS CANONICVM ſententia *Lutheri* criminaliter damnatum (miror vtrum non etiam funibus, facinoroſorum inſtar, vinctum, ac lictorum manibus eductum) tardipedi, vt inquit ille, DEO datum infœlicibus vſtulandum lignis. Prodigio ſimile! quis vnquam tantæ fortitudinis *Lutherum* cogitaſſet, vt tam periculoſo certamine cominus cum Pontifice congrederetur, Wittenbergæ extra Portam Elſteranam quo frequentes ſcilicet Pontifices Romani commeare ſolent. Scilicet noua hæc militia eſt, Lutheranis valdè familiaris, vt cominus cum hoſte congreſſuri, domi (veluti galli gallinacei in ſuo ſterquilinio animoſi) vel nomen eius atque exiſtimationem acriter pro concione inſectentur, vel ſcripta eius, Leges, Statuta ignibus vſtulanda tradant. Hoc ego modo cominus congrediar, non cum vno tantum Hunnio, ſed cum toto (quod abſit) Imperio Romano, Turcico, Perſico, Tartarico, Moſcouitico: & ſemper tamen

Lutherus VVitteb. comburẽs Ius Cãnonicum, cominus ſcilicet cõgreditur cum Pontifice. Catull. Epigram. 34.

tamen victor ero: Procul ſcilicet ἐκ βελέων conſtitutus, nullum teli iactum metuens, omnemq́ue iracundiæ vim vel in Alcorano, vel in Iuris IVSTINIANEI corpore, vel infidelium denique quorumcunque Theologia vſtulanda, ferociterq́ue criminanda & proculcanda conſumens; & ſic ſcilicet cominus hoſtem viciſſe dicar. Proh DEVM immortalem! Si ita cominus pugnaſſent priſci illi *Romani* ac *Carthaginienſes* (quibus videri ſimiles Lutherani volunt) nunquam vel octodecim millia Pœnorum, vel triginta millia Romanorum cecidiſſent: nunquam quinq; millia Pœnorum, & quindecim millia Romanorum capta, fortiſſimusq́ue *Regulus* catenis vinctus eſſet. **Primo bello Punico.**

Dixeris igitur *Hunni*, *Lipſiæ* potius aut *VVormatiæ* Lutherum cominus pugnaſſe, cum *Eckio* oppoſitus, & Principibus Imperij coram reſponſa dedit, non *VVittenbergæ* extra *Elſteranam*, vbi ſine hoſte pugnauit. Quemadmodum, *Apiano* teſte, *Scipio*, *Hannibal* & *Maſiniſſa* cominus pugnarunt, non cum domi, aut in caſtris odia ſua acuerunt, ſed cũ in campo *Scipio* telum emiſit in Clypeum *Hannibalis*, *Annibal* equum *Scipionis* ſauciauit, & cum vulnere equus turbatus reſiliret, interuenit *Maſiniſſa*. Qui cum primum telo ſcutum *Annibalis* percuſſiſſet, huius etiam equum *Annibal* vulnerauit. Relicto igitur equo *Maſiniſſa* pedes adoritur *Anni-* **Exempla cominus pugnantium.**

Annibalem, & eius propugnatorem equitem interfecit & nactus aliud telum rursus petit *Annibalem*, sed hæsit telum in alio equite, qui & interfectus est. Tertium telum cũ rapere *Masinissa* conaretur, vulnus accipit in brachio. Interea & *Scipio* redit, *Masinissæ* opitulaturus, quem inuenit iam obligato vulnere redeuntem in prælium in alio equo, &c.

Præfat lib. contra Iacobum Latomum.

Sed missa nunc Phrasi, rem ipsam putemus, ac causam videamus tantæ Lutheri in Sacrum Ius sæuitiæ. Monet ipse olim *Ionam* Præpositum Wittebergensem, *vt Decretales quibus docendis præfectus erat, non alio studio profiteatur, quam vt doceat dediscenda esse quæ doceat, & sciant fugienda sicut mortifera, quæcunque Papa & Papistæ statuunt ac sentiunt.* Sed necdum huius ipsius iussi causam habemus. Ipse igitur olim peculiari libro causam exustionis reddere volens, XXX. articulos ex Decretorum volumine collegit, velut absurdos & impios: quos & per calumniam in deteriorem sensum pertrahens multis flagellat improperiis & conuitiis, ac tandem subiungit hęc verba. *In his & huiusmodi articulis, quorum innumerabiliter plures sunt, omnes tamen eo tendentes, vt Papa sit & DEO & omnibus hominibus superior, & ipse solus nemini mortalium, sed ipsi omnes, etiam* DEVS *& Angeli, sint subiecti: vt Papæ discipuli dicant, Papam esse rem mirabilem;*

Odium Lutheri in S. Canones.

Mentiris Cain.

lem, non esse DEVM, & non esse hominem: fortassis Diabolum & Satanam ipsum. Et infra. *Summa,* inquit, *summarum totius Iuris Canonici hæc est. Papa est Deus in terris, superior omnibus cælestibus, terrenis, spiritualibus & secularibus, & omnia Papæ sunt propria, cui nemo audeat dicere quid facis?*

Sed AMBROSIVS CATHARINVS Italus, vir planè doctissimus, qui antea quinque libris *Lutheri* errores & conatus acerrimè reprehenderat, in hæc verba illi, tam enormiter atque impudenter mentienti respondit. *Vere summa summarum omnium stultitiarum tuarum hæc est: quia non sunt nisi calumniæ & mendacia manifesta, quibus respondere stultissimum esset. Nam si hæc persuadeas, etiam citra vllam contradictionem, turbæ tuæ, nihil profecto tam absonum atque absurdum superest, quod persuadere non possis. Quis enim possit credere, quod in Decretis dicatur Papam esse supra DEVM, aut supra scripturam, aut super omnia cœlestia? quæ istam crudelissimam blasphemiam possint recipere piæ aures, quod Papatus sit regimen Antichristi? Tot sancti igitur tam probati in regimine Antichristi præfuere, Gregorius, Leo, atque maiores, pleni scientia, & Spiritu DEI? O mundum verè positum in maligno, non iam in Papæ personam aut mores malos, sed in officium, sedem Maiestatem, à DEO positam, & immobiliter,* Catharinus respõdet Luthero.

funda-

fundatam, serpens malignissimus, venenum effundit, & insultat.

Sed de Antichristo alia quæstio est, quam nunc disceptare locus non est. Illud ex *Luthero* in præsentia quæro, quem criminalis sui aduersum Sacros canones processus fructum abstulerit? vtrum minus forte nunc viuant, aut floreant in orbe Christiano canones, quam olim? Certe apud nos adhuc læto florentique capite incedunt, nec apud ipsos, credo, *Lutheranos* aut *Caluinistas* ita exulant, vt sine illorum suffragio quisquam suprema Iuris laurea coronari queat. Fructus igitur vstionis est, quod quemadmodũ *phœnix* ætate senescens, casia thurisque surculis constructo nido superemoritur, suisque ipse ex ossibus ac medullis postea reuiuiscens, sicut MANILIVS Senator tradidit, incredibile senium DCLX. annorum consequitur: Sic hac ipsa vstrina sacri canones, quasi recocti & reuocati, ad maiorem nitorem seniumque reuixerunt. *Lutherus* autem tanquam impius quidem *Diagoras* aut *Theodorus*, sui in diuos contemptus publico testimonio conuictus, sempiternam apud posteros infamiam meretur. Quid enim Ius canonicum aliud est, quam Sanctissimorum Pontificum, grauissimorum Conciliorum, Doctissimorum Patrum de rebus sacris & religiosis Decreta, scita aut placita? Quibus qui bellum mouet, quid facit, quam quod

Nihil plagæ ex Luthero accepit Ius Canonicum.

Phœnix.

Cicero 1. de natur. Deorum.

θεομαχεῖ, id eſt, Spiritum Domini in vaſis Gratię ad vtilitatem Eccleſię loquentem extinguit, ac contumelia afficit. Sed nunc ad reliqua veniamus, vbi *Hunnium* planè verum ſincerumque *Lutheranum*, id eſt acerbum ac maledicum calumniatorem agnoſcemus. Romanum enim Pontificem, quem, vt fatetur, omnibus hactenus ſeculis, & vt ſperamus, deinceps futuris, populus Chriſtianus Vicarium IESV CHRISTI, & ſucceſſorem S. PETRI, & vniuerſalis Ecccleſiæ Paſtorem, & fundamentum fidei, & militantis Eccleſiæ caput, habuit habebitque: Hunc inquam Noui Teſtamenti *Aaronem*, hunc ſummum Sacerdotem à *Luthero* ſuo ait indubitatis Spiritus Sancti teſtimonijs conuictum, *quod ſit nobilis ille in Prophetarum etiam ſcriptis decantatus Antichriſtus, quod ſit homo ille ſceleroſus, filius perditionis, qui in* DEI *templo ſedens, ſupra omne quod* DEVS *aut numen eſt, faſtu Diabolico prorſus ſe ſe eleuaturus erat*. Vbi niſi mentiri voluiſſet Hunnius, hoc modo cōmutare verba debuiſſet: *Martinum Lutherum* Monachum Apoſtatam, incredibili audacia hanc quidem dicam, (vt argumento Paradoxo nomini ſuo gloriam venaretut) Romano Pontifici ſcripſiſſe, vt eum Antichriſtum demonſtraret: ſed in probando turpiter ac ridiculè deficientem pœna talionis percuſſum, infamem hæreticum, ſceleroſum conuitiatorem, filium perditio-

Romanũ Pontif. inſimulauit quidē, ſed non conuicit Antichriſtianiſmi Lutherus.

Inuerſio.

nis, qui in templo DEI primatum quæreret, ſeque contra omne, quod DEVS aut numen eſt, faſtu Diabolico eleuaret, publicè cõuictum & à ſemetipſo proditum eſſe, &c.

Sander. lib. vltimo de viſib. Monarch. Bellarm. Tõ. 1. controuerſ. 3. General. l. 3. de ſummo Pontif.

Nam quo minus Pontifex Antichriſtus eſſe queat, iam dudum à noſtris indubitatis Spiritus ſancti oraculis, ſanctorum Patrum teſtimoniis, atque ipſius naturalis rationis conſequentiis, irrefragabiliter demonſtratum eſt: Quorum argumentis quandiu non ſatisfecerit *Hunnius*, riſu explodemus ipſius nugas, nec dignum iudicabimus, quo cum amplius vel verbum de hac materia commutemus.

In quam ſe ille Cumanus abdiderat.] Nonne Lector vides Pſeudoprophetas iſtos, de quibus S. PETRVS vaticinatus eſt.

2. Petr. 2.

Erunt in vobis Magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, &c. & poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulabunt, DOMINATIONEMQVE CONTEMNENT, *audaces, ſibi placentes, ſectas non metuentes introducere blaſphemantes, &c. Hunnius* terræ filius, viliſſimum mancipium, Pontificem Max. (cui ſi non religioſum, vt Sacerdoti ſummo, ſaltem ciuilem, vt Principi regibus etiam maximis venerabili, honoré tribuere debebat) aſinum cumanum vocat. Nonne hoc eſt poteſtates criminari? Sed videat, ne mercedem auferat *Perſicam*. Ægyptii enim de

Plutarch. lib. de Iſide & Oſiride.

Perſicis

Perſicis regibus *Ochum* maximè exoſi, aſinum illum appellabant. Quod reſciſcens *Ochus, at enim hic aſinus*, inquit, *veſtrum bouem epulabitur: Et hoc fatus Apim mactauit.*

XVIII.
ÆGIDIVS HVNNIVS.

HOC pacto Chriſtus Ieſus ſine manu, quod Daniel prædixit, ſolo Euangelij verbo, atque ſic oris ſui Spiritu conficere cœpit Antichriſtum in cordibus Electorum, & Eccleſiam ex ſeruitute longè omnium fœdiſſima triſtiſſimaq́ȝ potenter ereptam, in libertatem Euangelij diuino planè beneficio repoſuit, diſcuſſisque nebulis, imò tenebris errorum, plus quam cimmerijs & Ægyptiacis, gratam ſaluificamque lucem Euangelij ſupra Germaniæ noſtræ horizontem benigniſſime reduxit, ad quam reformationem Idolomania Papiſtica, multis ſeculis inueterata, altiſſimiſque defixa radicibus, ex hominum animis extirpata rurſus eſt, & totum illud regnum tenebrarum ad tubæ Euangelicæ clangorem (haud aliter atque Hierichuntis olim mœnia) non ſolum in Germania, ſed etiam in Eu-

ropæis aliquot regnis validissime concussum & ceu fulmine cœlesti dirutum subuersumque est.

CONFVTATIO.



NIHIL hic noui dicit *Hunnius*: sed q̃ supra sine ratione effutiuit, hic sine ratione repetit, vt nos optima ratione taciti præterire, atque ad sequentia pergere possimus. Nam quid affert, nisi repositas illas & olentes nugas, de *Antichristo* nondum nato confecto, de Ecclesia è seruitute in libertatem vindicata, de tenebris Papatus discussis, & restituta clara Euangelij luce, de Idolomania Papistica extirpata, & toto denique regno Pontificio ceu fulmine cœlesti diruto & subuerso? quæ omnia cum dicat tantum non probet, qui credere potest homo, nos sibi sine ratione nuganti credituros? Est vt supra dixi; Ecclesia Catholica, cuius moderatorem libenter Romanum Pontificem cum piis maioribus nostris amplectimur, adeo per *Lutheri* bombos nec confecta, nec discussa, nec concussa, nec extirpata, nec diruta, nec subuersa, vt nunquam firmior, florentior, aut amplior fuerit, inuitis omnibus *Hunniis* & *Lutheris*, & portis inferorum, quam hoc ipso tempore,

Hunnii fœtida crambe.

Mendaciũ de subuersa Ecclesia.

pore, millecuplo fœnore ſeptentrionalium Schiſma, *Indis* & *Antipodibus* ſua conuerſione compenſantibus. Idolomaniam autem adeo non ſectamur, vt & olim inter gentes, & hodie in *Americis* vaſtiſſimis regnis noſtra opera idola cadant, & Chriſto cum patre & Spiritu Sancto paſſim templa ſurgant, magnitudine alta, ſplendore pulchra, religione ſincera. Sanctorum autem forte venerationem ſi Idolomaniam vocat, audiat ipſum Lutherum hanc contra *Piccardos* rectè defendentem. *Verum*, inquit, *ne Piccardi infelices hæretici ſuas partes à me adiutas confidant, qui præ nimia ruditate nobis Teuthonicis ſuperbiſſimo faſtidio indignati imponunt, quod ſanctos* DEI *colamus & Idola faciamus: & ideo contra nos aceruum verſuum Scripturæ congregant, in quibus prohibetur, ne adoret quis niſi vnum* DEVM. *Et vt nobis apud ſuos iuſtiſſimam inuidiam conflare videantur, inſidioſiſſimè omittunt, quod ſcribitur Rex* DAVID & SALOMON *& multi alii adorati. Simul Impii peruerſores ſcripturæ, & ſubdoli calumniatores pietatis noſtræ. Ita etenim Ruſtici illi nos tandem docent, quod ſolus* DEVS *ſit adorandus, & gloriantur, ac ſi nos idipſum negauerimus vnquam.*

Calumnia Idololatriæ.

Luth. de X. Præcept. ex

Ibidem. *Omnes ſancti omnia poſſunt, & tantum per eos tibi à* DEO *datur, quantum credis te accepturum. Quid enim aliud ſunt Sancti, niſi velut guttulæ roris, ſiue guttæ no-*

Cant. 5. *Ctium, in cincinnis & capite Sponsi?* Item in Serm. de Præparat. ad mortem, docet ægrotum, *vt inuocet omnes sanctos Angelos, præcipuè Angelum suum, DEI Genitricem, omnes Apostolos, aliosque sanctos, eos præsertim, ad quos DEVS si specialem indiderit deuotionem.*

Libertas Lutherana. Porrò quam nobis seruitutem, suis autem libertatem beneficio *Lutheri* obtentam vindicet, ego me non intelligere fateor, nisi forte eam libertatem dicat, qua integrum sit cuiuis, suum ad arbitrium fidem examinare, Decreta Conciliorum detrectare, Sanctorum Patrum scripta ad amussim sui ingenij vocare, leges Episcoporum & Principum excutere, ieiunia, orationes, vigilias, tanquam carni onerosas abrogare & omnia denique ad lubitum moderari, vt viuas sicut velis, non vt præscripto Sacerdotis debeas. Hanc libertatem impij sibi habeant, nos *Iugum* CHRISTI Domini nostri æquis ceruicib. subibimus: *dulce* nempe & *leue*: cogitantes quid de libertinis istis pessimo omi-

2. Pet. 2, 18. ne S. PETRVS scripserit. *Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quib. caligo tenebrarũ reseruatur. Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt desideriis carnis luxuriæ, eos qui paululum effugiunt qui in errore conuersantur, libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis, à quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Si enim refu-*

gientes

gientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri, & Saluatoris IESV CHRISTI, *his rursus implicati superantur : facta sunt eis posteriora, deteriora prioribus. Melius enim illis, non cognoscere viam Iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Contigit enim eis illud veri prouerbii: Canis reuersus ad suum vomitum: & sus lota in volutabro luti.*

Postremò errores tenebrasque *cimmerias* & *Ægyptiacas* quas hic crepat *Hunnius*, non sic accipimus, quasi effugerint eas apud nos Lutherani, sed quod cum suo Pseudopropheta penitissime incurrerint, quemadmodum supra ex tot veterum hæresiarcharum repetitis centonibus, abundè eos conuicimus. Ac sane non maior apud eos veritatis lux splendere potest, qui limitibus Ecclesiæ perfractis priuata in angulis mundi conuenticula agunt, quam sol huius mundi collustrat eos, qui deserta communi hominum societate suam cum mortuis in visceribus terræ coloniam instituunt.

Supra Germaniæ nostræ horizontem reduxit] Viden *Hunnii*, quam bellè supra *Luthero Cothurnos Herculis* indueris, dum eum Angelum finxisti, Euangelium æternum contra Antichristum prædicantem? Atqui Euangelii lucem supra *Germaniæ* horizon-

tem, aut etiam, vt postea quasi elidens ictum addis, super *Europæa* aliquot regna reducere: & Euangelium æternum (æternum inquam, non aliquandiu intermortuum, aut postremis demum seculis recens excogitatum, quale vestrum certe Lutheranũ Euangelium est) omnibus habitantibus super terram, & omni genti, & tribui, & linguæ & populo annunciare, multis inter se passibus distant. Nisi fortè tu *Germaniæ Europæque* horizontem, & horizontem τῆς οἰκουμένης eundem esse putes. Sed non ita deliras scio. Propriarum angustiarum conscientia, hanc tam angustam tibi strictamque vocem expressit, quam quomodo S. AVGVSTINO probes, Christianæ Ecclesiæ latitudinem aduersus *Donatistas* astruenti, tu videris. *Hæc* inquit *verba facta secuta sunt. Quomodo cœptum sit ab Hierusalem, & deinde processum in Iudæam, & Samariam, & inde in totam terram, vbi adhuc crescit Ecclesia, donec vsque in finem etiam reliquas gentes, vbi adhuc non est, obtineat, Scripturis Sanctis testibus consequenter ostenditur. Quisquis aliud Euangelizauerit, anathema sit. Aliud autem Euangelizat, qui periisse dicit de cætero mundo Ecclesiam, & in parte Donati in sola Aphrica* (aut in parte Lutheri in sola Europa) *remansisse dicit. Ergo anathema sit.*

De vnitat. Ecclef. c. 12. & 13.

Galat. 1.

XIX.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

NEq́ verò quiſquam opinetur, meam orationem his percenſendis extra oleam ferri, & à ſcopo deuiare præſentis inſtituti. Quicquid enim, Deo Duce ac præſide, Lutherus præclarè geſſit, eius non minimam ſibi depoſcit partem, illuſtris hæc ciuitas noſtra ſcholaſtica, cuius ipſe membrum fuit apprimè nobile. Eoq́ meliori iure ſe in huius gloriæ communionem offert, quod etſi Lutherus ſolus iſtius reformationis fecit initium: tamen ipſius Collegæ & παραστάται, Academiæ noſtræ ciues, arduos illius conatus, ſuo quiſque loco, fideliter iuuerint.

CONFVTATIO.



QVOD paulo antè diſputando ab *Hunnio* extorquere volebamus, non ſolum *Lutherum* tanquam *Herculem* quendam ſacri huius aduerſus Eccleſiam belli molem ſuſtinuiſſe, ſed vndiq; ſubſidiariis copiis cinctum tanquam primipilum tantum certaſſe, ſuiſque adeo commilitonibus βοηδρομείαν debere: id nunc ſponte *Hunnius* concedit, ſuiſque adeò verbis obeliſcum ponit, vt noſtra nihil interſit, hiſce

Lud. Viues in 18. de Ciũit. Dei.c.12.

Z 5 plu-

pluribus vrgendis insistere. Nam fatetur, *quicquid in hac causa memorabile a Luthero gestum, eius non minimam partem sibi VVittebergensem Academiam deposcere, cuius ciues tanquam fideles parastatæ, arduos illius conatus, suo quisque loco strenuè adiuuerint.* At memineris homo quid supra dixeris, hominem hunc inbellem cum illo prępotenti Monarcharum omniũ Monarcha, VNVM cum vniuersa clientela Romanorum Pontificum, SOLVM cum toto prope mundo congressum esse. Nonne hæc se mutuis arietibus feriunt, vt occinamus tibi illud Liuii, *mendacem memorẽ esse oportere?* Sed præuidit hanc plagam *Hunnius*, & declinare volens, soli *Luthero* initium Schismatis, (quod ille reformationem vocat) asscribit, progressum vero cæteris Academicis facit communem. Quod vt sit, tantum tamen *Lutheri* laudibus decedit, quantum defensioni *Hunnii* accedit, cum, vt omnes norunt, pluris sit, ardua solum audere & perficere, quã cum multis. Vnde Menander:

Liuius Decad. 4. li. 1.

Ἀνὴρ γὰρ ἄνδρα, καὶ πόλις σώζει πόλιν.

Id est:

Vir enim virum, & ciuitas saluat ciuitatem.

Et iterum.

χεὶρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλός τε δάκτυλον.

Id est.

Manus manum lauat, & digitus digitum.

XX. AR-

XX.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

CAio Iulio Cæſari, Dictatori & Imperatori Victorioſiſſimo, Tullius acclamat in ea, quam pro Marco Marcello habuit, oratione: Domuiſti gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abundantes. *Fruatur ſanè hac laude Iulius. Quid verò cunctæ illius res geſtæ, quid toties collata ſigna, quid commiſſa prælia, quid obtentæ victoriæ, quid acti triumphi, quid omnis illius, qua terrarum orbem compleuit, gloria militaris, trophæa, quid Imperatoriæ Maieſtatis monumenta bellica, virtute parta: ſi conferantur ad hoc ingens opus, quod Lutherus noſter ſingulari numinis afflatu ſuſcepit, expedito ſucceſſu continuauit & vrſit, optato fine perfecit.*

Heu magnum Lutherum, maximis omnibus ſcilicet maiorem.

Sed quid attinet res ex ſchola noſtra præclarè geſtas, conferre vel cum rebus Iulij Cæſaris, vel Alexandri Magni, vel etiam cum Herculis laboribus? valeant Ethnici. Nos comparationem multo digniorem inſtituemus præſtantiſſimi huius & ad poſteros celebrandi κατορθώματος *cum alijs auguſtiſ-*

ſimis, & à primo æuo decantatis operibus in Eccleſia geſtis perfectisq́ue, vt ex ea collatione, quid quantumq́ue de Reformatione nouiſſimi huiuſce temporis ſtatuendum ſit, liquidius eluceſcat. Triſtis erat Eccleſiæ facies olim in Ægypto, quando poſt mortem Ioſephi, & extinctam memoriam meritorum eius, Rex nouus Iſraelitas grauiſſimis oneribus afflixit, & in eas anguſtias adegit, vt ſub intolerabili preſſura continuis ſuſpiriis ad Deum ingemiſcerent. Porrò creuit onus, quando illis ſub onere creſcentibus, edicto Regis nouo, maſculi Hebræi recens in lucem editi, mox in profluentem ante ora & oculos parentum abiiciebantur, luctuoſiſſimo ſane exemplo & ſpectaculo. Hæc afflictio durauit annos centum, ſecuta eſt liberatio miranda, & eductio ex Ægypti finibus optatiſſima, multis ſanè magnisq́ue miraculis inſignis, & ad omnem poſteritatem commemorabilis. Et certè ſi Moſen Prophetarum omnium Coryphæum, ſi miraculorum & numerum & Maieſtatem, ſi Dei loquentis cum Moſe & Aarone manifeſtam præſentiam ſpectes: haud inficias eo, quod ad memoratas circumſtantias, eſſe Moſaicum il-

lud

lud opus eductionis filiorum Israel ex Ægypto conspectius & augustius. Sin verò genus afflictionis, si durationem, si potentiam hostis, si liberationis modum, si differentiam inter temporalia & æterna, inter corporalia & spiritualia prorsus infinitam attendas, non equidem ego subiiciam ἐπίκρισιν: vos iudicate. Nam Pharao redegerat Israelitas sub seruitutem, sed corporis, quæ cum æterna salute stare posset, nec adigebat conscientias hominum ad suscipiendum cultū cum Dei voluntate pugnantem, nisi quantum ipsimet impietatis Ægyptiacæ ex quotidiana conuersatione sponte sua contraxerant. At Romani Papæ seruitus ipsam arcem æternæ salutis conuellit ac diruit, & cōscientias sanguine filii Dei redemptas, sub errorum & superstitionum ac multiplicis Idolomaniæ fœdißimam captiuitatem atq; omnium immanissimam horribilissimamque adigit. Seruitus Ægyptiaca durauit, vt diximus, annos ad centum: Babylonicæ meretricis seruitus Antichristiana hac decuplo durauit diutius. In Ægyptiaca seruitute agebatur de ædificandis Regi granariis, & ad ea præstandis operis: in hac agebatur religio

ligio, agebatur agnitio Dei & Christi in qua cardo sempiternæ salutis vertitur. Illius Ægyptiacæ quidam erat futurus finis, neque enim vltra cuiusque mortem sæuire vel poterat, vel etiam cogitabat Pharao: Hæc Antichristi tyrannis, ne morte quidem hominum terminatur, sed tum demum exitialis effectus eius maximè sese prodit, interitum secum trahens nullis vnquam seculis finiendum.

CONFVTATIO.



RESCVNT in immensum *Hunnii* amplificationes. Postposuit supra *Luthero* suo admirandos istos Aphros, *Hannibalem*, *Amilcarem*, *Asdrubalem*, quorum virtus bellicosissimis Romanis semper admirationi formidinique fuit. Nunc tanquã de *Ioanne Baptista* aliquo ageret, quo maiorem non esse inter natos mulierum Dominus asseruit, aut de *Tiresia* apud inferos, quẽ *Homerus* solum sapere, cæteros vmbrarum vagari modo ait, non contentus ista gloria, omnem quoq; Romanorum ac Græcorum florem, *C. Iulium Cæsarem*, perpetuo Dictatorem & Imperatorem victoriosissimum, *Alexandrum Macedonem*, qui ab rerum gestarum laude MAGNI nomen meruit, denique ipsum

Matth. 11.

Cic. 1. de diuinat.

Odyss. X. 495.

ipsum *Herculem*, prodigiosum ac diuinum Heroëm, cuius labores vniuerso generi humano admirationem, stuporemq; concitarunt, præ hoc *terræ filio* meras nugas fungosque reputat. Immò diuinum quoq; *Mosen*, quo maior Dux aut Propheta in Israële non surrexit, non potest quin suo Islebiensi Prophetæ aliquot parasangis minorem ducat, tantumq; superest, vt dominum sinistri coarguens iudicii dicat: *Inter natos mulierum non est maior Martino Luthero.* O stuporem! quis huic capiti helleborum sufficiet, cuius omnes sensus ita conturbati, vt vilissimam muscam Elephantum putet & dicat. Ridicula est puerorum insipientia, qui puppis suis & crepundiis pretiosissimas quasq; gemmas, etiã maxima quæq; argentea aureaque dona postponunt. Sed reuera absurdior Hunnius, qui fortissimis ducibus ignauissimum literatorem, laudatissimis Heroibus scelerosissimum Thrasonem, sanctissimis deniq; Prophetis, turpissimum hæresiarcham, omnium sapientum, Doctorum, piorum ac spiritu Christi plenorum virorum iudicio condemnatũ horribili insania præferre audet. Sed quid dicemus? priscus hic gallinarum mos est, (à quibus nomen trahere Hunnium Patrium Idioma docet) hordei saporem præ gemmarum quarumcunq; valore admirari.

C. Cæsarem Suetonius refert quinquies triumphasse, primum de *Gallia*, quam nouẽ anno- Triumphi Cæsaris.

annorum ſpatio à ſaltu Pyrenæo, Alpibuſq; & monte Gebenna, fluminibuſq; Rhodano & Rheno in Prouinciam redegit. Poſtea de *Alexandria*, & de *Ponto* & de *Aphrica*, denique de *Hiſpania*, vbi validiſſimas Pompeii copias, quæ ſub tribus Legatis M. Petreio, L. Afranio, & M. Varrone erant, ſuperauit. Præterea Britannos & Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum Ponte fabrefacto adorſus eſt, multaq; alia laude digniſſima præclariſſimè geſſit.

Et tamen *Hunnio* Authore, hoc multo maior eſt *Lutherus*. Quamobrem? quid fecit? Monaſterii fores effregit, fugitiuus Sacerdos Monialem perfidam conſtuprauit, hæreſin nouam excogitauit, Deum Sanctoſque blaſphemauit. O ſtrenuum fortemque triumphatorem.

Alexander Magnus (Apuleii verbis vtor) longè omnium excellentiſſimus fuit, cui ex rebus actis *Magni* inditum eſt nomen, ne vir vnicam gloriam adeptus, ſine laude vnquã nominaretur. Nam ſolus à condito æuo, quantum hominum memoria eſt, in exſuperabili Imperio orbis auctus, fortuna ſua maior fuit, ſucceſſuſq; eius ampliſſimos & prouocauit vt ſtrenuus, & æquiparauit, vt meritus, & ſuperauit vt melior, ſoluſq; ſine æmulo clarus, adeò vt nemo audeat virtutẽ eius ſperare, vel optare fortunam.

Et tamen iterum *Hunnio* Authore, hoc longe

longe maior eſt *Lutherus*. Quamobrem? Quid fecit? datam Deo fidem rupit, debitam Pontifici obedientiam abſtulit, quietam Eccleſiæ pacem perturbauit, partes aliquot Septentrionis ſua lue infecit, ſeque *Eliam* eſſe mentitus eſt. O pium ſanctumque Prophetam!

Hercules conatu Gigas, robore Leo, ſucceſſu Deus: quãtum rebus geſtis in orbe nomen meruit? plenæ ſunt omnes areæ, omnes vici, omnes Poëtarum Scenæ. Et tamen hoc maior eſt *Lutherus*. Quamobrem? quid fecit? nouam fidei Chimęram peperit, inaudita conuitia in ſuperos & inferos ſparſit, ſua indies placita renouauit, & quoties voluit, damnata approbauit. O Doctum ſincerumq; Theologum. Hercules.

Sed hæc leuia adhuc ſunt, riſu iocoq; toleranda. Quis autem tam profanæ patientiæ eſt, vt *Moſi* ſanctiſſimo Prophetæ, ſtrenuiſſimo Duci, viro Deo familiari, ſacræ legis promulgatori, ſeminis Abrahæ vindici, hunc naufragum Monachum, hunc *Hymenæum*, hunc *Philetum*, hunc *Abaddonem* non comparari, ſed præferri propemodum atq; anteponi ferat?

Magnum Iudęorum ſcelus fuit, Chriſtum Dei Filium & Saluatorem orbis, *Samaritanũ*, Dæmoniacum & *Beelzebulem* nuncupantium. Sed non minus grande *Hunnii* nefas eſt, impium *Lutherum* in Sanctorum Album aſ-

annorum ſpatio à ſaltu Pyrenæo, Alpibuſq;, & monte Gebenna, fluminibuſq; Rhodano & Rheno in Prouinciam redegit. Poſtea de *Alexandria*, & de *Ponto* & de *Aphrica*, denique de *Hiſpania*, vbi validiſſimas Pompeii copias, quæ ſub tribus Legatis M. Petreio, L. Afranio, & M. Varrone erant, ſuperauit. Præterea Britannos & Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum Ponte fabrefacto adorſus eſt, multaq; alia laude digniſſima præclariſſimè geſſit.

Et tamen *Hunnio* Authore, hoc multo maior eſt *Lutherus*. Quamobrem? quid fecit? Monaſterii fores effregit, fugitiuus Sacerdos Monialem perfidam conſtuprauit, hæreſin nouam excogitauit, Deum Sanctoſque blaſphemauit. O ſtrenuum fortemque triumphatorem.

Alexander Magnus (Apuleii verbis vtor) longè omnium excellentiſſimus fuit, cui ex rebus actis *Magni* inditum eſt nomen, ne vir vnicam gloriam adeptus, ſine laude vnquã nominaretur. Nam ſolus à condito æuo, quantum hominum memoria eſt, in exſuperabili Imperio orbis auctus, fortuna ſua maior fuit, ſucceſſuſq; eius ampliſſimos & prouocauit vt ſtrenuus, & æquiparauit, vt meritus, & ſuperauit vt melior, ſoluſq; ſine æmulo clarus, adeò vt nemo audeat virtutẽ eius ſperare, vel optare fortunam.

Et tamen iterum *Hunnio* Authore, hoc longe

longe maior eſt *Lutherus*. Quamobrem? Quid fecit? datam Deo fidem rupit, debitam Pontifici obedientiam abſtulit, quietam Eccleſiæ pacem perturbauit, partes aliquot Septentrionis ſua lue infecit, ſeque *Eliam* eſſe mentitus eſt. O pium ſanctumque Prophetam!

Hercules conatu Gigas, robore Leo, ſucceſſu Deus: quãtum rebus geſtis in orbe nomen meruit? plenæ ſunt omnes areæ, omnes vici, omnes Poëtarum Scenæ. Et tamen hoc maior eſt *Lutherus*. Quamobrem? quid fecit? nouam fidei Chimęram peperit, inaudita conuitia in ſuperos & inferos ſparſit, ſua indies placita renouauit, & quoties voluit, damnata approbauit. O Doctum ſincerumq; Theologum. Hercules.

Sed hæc leuia adhuc ſunt, riſu iocoq; toleranda. Quis autem tam profanæ patientiæ eſt, vt *Moſi* ſanctiſſimo Prophetæ, ſtrenuiſſimo Duci, viro Deo familiari, ſacræ legis promulgatori, ſeminis Abrahæ vindici, hunc naufragum Monachum, hunc *Hymenæum*, hunc *Philetum*, hunc *Abaddonem* non comparari, ſed præferri propemodum atq; anteponi ferat?

Magnum Iudęorum ſcelus fuit, Chriſtum Dei Filium & Saluatorem orbis, *Samaritanũ*, Dæmoniacum & *Beelzebulem* nuncupantium. Sed non minus grande *Hunnii* nefas eſt, impium *Lutherum* in Sanctorum Album aſ-

ſcribentis & perpetuas diras merito, cœleſtia trophæa erigentis: cùm Sapiente teſte, *qui iuſtificat impium, & condemnat iuſtum, vterq; ſit abominabilis apud Deum.* Cui reſpondet illud Prophetę: *Væ his qui dicunt quod nequam eſt, bonum: & quod bonum eſt, nequam: qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem: qui ponunt id quod amarum eſt, dulce, & dulce, quod amarum.*

Prou.17. v. 15.
Eſa.5.v.20.

Fons errorũ Lutheraniſmi.

Sed totum hunc tam nefandum errorem *Hunnius* πρώτῳ illi ψεύδει ſuo debet, quod à communione & veneratione Catholicæ Eccleſiæ amputatus, Pontificem Romanum Antichriſtum, *Lutherum* illi factioſe repugnantem, *Eliam* putat. Quem errorem ſæpe dicere ſoleo, omnium huius ſeculi malorum fontem & radicem eſſe.

Cur enim hæretici ab Eccleſia reſiliunt? quia illam Babylonem arbitrantur. Cur ſententias Eccleſiæ, Decreta, ritus, mores tam malitioſe peruertunt, & ad ſiniſterrimos quoque ſenſus contorquent? quia apud Antichriſtum nihil ſani ſupereſſe poſſe credunt. Cur vel publicè vel priuatim conuicti, cedere tamen veritati, & ad Eccleſiam concedere nolunt? quia hac Antichriſtianiſmi fabula tanquam capite *GORGONEO* abſterriti, limen Eccleſiæ, non ſecus ac portas inferorum reformidant. Itaque nunquam in æternũ hæretici ſe veritatis lumen inſpecturos ſperent, donec hanc

ſibi

ſibi inaniſſimæ perſuaſionis feſtucam erui patientur. Quod non admodum magni negotii eſt, ſi ea quæ à noſtris eruditiſſimè de hac materia conſcripta extant, pacato ac non præiudicante animo legant; inprimiſque ordinem obſeruent Apocalypticorum vaticiniorum, quæ tempus venturi Antichriſti nondum attigerunt. Cum enim citra omnem controuerſiam Angeli illi ſeptem *Apocal.8.* ad apertionem 7. ſigilli, ſeptem tubis canentes toti terrarum orbi ingentes calamitates prædicant: & primæ quidem quatuor tubæ, quatuor principales hæreſes, Doctorum iudicio, pronunciantes, *Gnoſticorum, Samoſatenianorum, Arianorum,* & *Pelagianorum,* iam dudũ Patrum memoria cõplementum ſuum conſecutæ fuerint: conſequens eſt, antequam de ſexta aut ſeptima tuba cogitetur, quintæ complementum aduertere. Nam ſeptimam quidem nouiſſimum diem annunciare, manifeſtè conſtat ex *capite 10. Apocalypſ. verſ. 5.* vbi Angelus ſtans ſuper mare & terram, leuata manu ſua ad cœlum, iurat per viuentem in ſecula ſeculorum, quod tempus non ſit futurum amplius, ſed in diebus vocis ſeptimi Angeli, cũ cœperit tuba canere, conſummatum iri miniſterium Dei. Angelus verò ſextæ tubæ, prænuncius demum eſt Antichriſti, & truculentiſſimi eius aduerſus Eccleſiam exercitus, quod collatio *Apocal.9.* & *20. ca.*

Ordo vaticiniorũ Apoc. expedire hæreticos poteſt.

Tubæ 4. primæ cõpletæ.

Tuba 7.

Tuba 6.

Tuba 5. manifeſtè teſtatur. Hæretici igitur noſtri, qui tot hodie verborum plauſtra de Antichriſto faciunt, adeoque à tuba quarta ad ſextam, ſine intermedia quinta, ad quam demum ordo complementi peruenit, tranſſiliunt, quid aliud agunt, niſi quod naturali vaticiniorum ordine turbato, & ſemetipſos, & alios incogitantes, in pernicioſiſſimum errorem coniiciunt?

Hoc igitur prius diſpiciant nobiſcum, quam ex ſexta tuba de Antichriſto digladiétur, quæ & qualis tubæ quintæ, de ſtella cœlitus delapſa, deque ingenti locuſtarum exercitu, & tartareo omnia complente fumo, completio ſit, penes nos ne, vt ipſi bis fatui delirant, an penes ipſos, vt infra DEO dante noſtra luculenta inductione patebit. Ipſi quidem, vt dixi, locuſtarum exercitum in quinta tuba, de variis Monachorum & religioſorum ordinibus in Eccleſia interpretari violenter nituntur. Sed quid opus, magno contra hunc errorem molimine venire, cum illi publica Antichriſtianiſmi aduerſum nos actione manifeſtiſſimè ſuam hanc calumniã reuincant? Si enim Antichriſti ſumus, locuſtæ eſſe non poſſumus: & viciſſim, ſi locuſtæ ſumus, Antichriſti eſſe nequimus, cum duo vtique diuerſiſſima vaticinia, nunquam vni, niſi ineptiſſimè atque iniurioſiſſimè liceat applicare. Sed huic cauſæ alium diem diximus. Nunc vt qua inſtituimus,

mus, tandem coronide sua ornemus, *Hunnium* monemus, vt quæ porro de *Ægyptiaca* seruitutis comparatione suauiter nugari pergit, meram vaniloquentiam esse nouerit, iam supra à nobis vnica in versione sufficientissimè confutatam. Neque enim Antichristianam seruitutem *Lutherus* finiit, sed exorsus est, non exscidit, sed seminauit, & ipsi Antichristo breui ingressuro planam viam strauit. Itaq; quanta laude *Lutherum* cumulare *Hunnius* nititur, tanto eum odio atque execratione dignum esse, omnes sani iudicii intelligunt.

XXI.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

QVod igitur ex Antichristi captiuitate, cui nec Pharaonica illa pressura, nec externa captiuitas Babylonica vnquã in æternum æquiparari potest, Deus Ecclesiæ suæ misertus, Beati Lutheri * *ministerio nos eduxit: quibus laudibus sacrosanctum nomen Dei euehemus? quas gratias agemus diuinæ Maiestati ipsius? Parietes, me Christe, Templi huius, ipsæque valuæ, quæ primas viderunt theses Lutheri de Indulgentiis, operis, quo de loquimur,*

* Apud inferos contremiscentis.

mur, admirandi primitias, æterno Deo gratias agere gestiunt, pro hoc ipsius inenarrabili dono atque munere: quod vt nobis velit esse propitium ac bene stabile, qua possumus animorum & precum contentione cæleste numen eius oramus supplices.

CONFVTATIO.



REDIMVS *an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt? Hunnius* cupidineo quasi amore *Lutheri* incésus, miras sibi ex eo felicitates, miras beatitudines spondet, atque in tantam exuberat lætitiam, vt tecta & parietes secum exultare velit, non secus ac olim *in exitu Israëlis de Ægypto, Mare vidit & fugit: Iordanis conuersus est retrorsum. Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium.* Sed ô Hunni quam longe ab hac tu sorte constitutus es? Si cognosceres quibus malis reseruarere, *risum reputares errorem, & gaudio diceres, quid frustra deciperis?* Filius prodigus, rupta Patris obedientia, & profana licentia potitus, gaudens tripudiansque efferebat beatitudinem suam. Sed paulò post, consumpta cum meretricibus substantia, luctu mœroreque confectus, non prius à siliquis porcorum liberatus est, quàm pœnitens gemebundusque

Psalm. 113. 2.3.4.

Ecclesiastę 2.v.2.

Lucæ 15.

que ante olim ſpreta limina clamaret: *Pater peccaui in cœlum & coram te: Iam non ſum dignus vocari filius tuus: Fac me ſicut vnum de mercenariis tuis.*

Obteſtor te per Deum, *Hunni*, cogita quem in locum Catholici Pontificis obedientia excuſſa, per *LVTHERI* veneficia adductus ſis. Fingis te per eum ex Antichriſti captiuitate liberatum. At nonne prodigus iſte & impudicus, patrem quoque ſuum, cuius poteſtate liberari cupiebat, tyrannum interpretabatur? Vide ne tu petulãti licentia inſtigatus legitimum Pontificem, Antichriſtum interpretere; & hic quidem Patris nomen cum reliqua familia tueatur: tu autem interea impietati lites, & ſeræ pœnitentiæ vota facias. Fingis libertatis huius initium per Indulgentias factum. Ah triſte nimis & calamitoſum initium, inuidia ſatum, arrogantia conceptum, impietate genitum, peruicacia altum. *Vbi Chriſtus non eſt fundamentum, nullum boni operis eſt ſuper ædificium.* Audiſti ſupra, quibus ſuperbiæ leuitatiſq; ſtimulis ad hanc rebellionem excitatus fuerit *Lutherus*: Audiſti quàm trepidè atque inconſtanter hanc incudem tuderit ille Ecebol⁹, quoties vacillarit, trepidarit, recãtarit. Frenduit ille cõtra pares, vt maiorũ minorũq; cõmunione ſe abdicaret. Valuæ iſtæ, quas tu appellas, Indulgentiarũ infeſtatrices

c. cum Paulus 26. cauſa 1. q. 1.

Num. 16. v. 26.

non gratias pro ſcelere Deo agant, ſed pœnam cum tabernaculis *Core*, *Dathan* & *Abiron* expectent, quæ non minus atq; ipſi ſceleris artifices ad profunda inferi abſorpta ſunt: clamante *Moſe*: *Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum.*

Lutherus Beatus ſcilicet.

Iam poſtremò quod etiam Lutherum tuum *Beatum* vocas, ah, quam rideo ac doleo. Triſtem nimis beatitudinem! Beatus eſt Lutherus ſicut *Core*, *Dathan* & *Abiron*, quos cōtra legitimum Pontificem Sacerdotium affectātes, viuos terra dehiſcens deglutiuit. Beatus ſicut *Ariſtoteles*, quem S. *Auguſtinus* apud inferos contremiſcere teſtatur. Beatus ſicut *Carolſtadius*, quem cum Miſſa nuptialis propter fatale connubium, quod primus nulla habita ratione ſacri iuris vxorem ducere auſus fuiſſet, BEATVM pronunciaſſet ipſe paulo poſt excoriato in nuptiis aſino pro ferinis deuorato, inuidia Lutheri vrbe pulſus, ſicut *Cain* exul & extorris factus, nunc *Rotenburgi ad Tubarim*, nunc in *Franconia* inter tumultuantium Ruſticorum arma, nunc *Carolſtadii* ad maternos lares latitauit: Nunc deniq; in proximo *VVittenbergæ* opidulo ex Theologiæ Doctore & Archidiacono VVittebergenſi, miſer agricola & ruſticus indoct⁹ fact⁹, qui arare neſciens, per inopiā arare cogebat: equos habēs indociles,

Cochl. in Act. Anno 25. p. 104.

Carolſtadius Agricola.

quorum

quorum hac alter, illac ante aratrum pergebat, aut procedente vno, stabat aut retrocedebat alter, vt cunctis risui atque etiam commiserationi esset arator vicinis.

Sed tolerabilior tamen Hunnius iis, qui planè prodigi suarum laudum, matrem quoque Lutheri ancillam balneariam hoc præconio dignati sunt, clamantes Wormatiæ in Comitiis, BEATVS VENTER QVI TE PORTAVIT. Quod Ellogium Beatiss. solum Virgini debitum si quis vnquam Pontificum Romanorum sibi suisve Natalibus arrogasset, Deum Immortalem quam streperent Lutherani! quam vociferarentur! *En homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur*, ita vt Messiæ quoque priuilegia rapiat sibi suisque, nec erubescat Beatissimæ Virginis vterum suo cum Embrione comparare. At Luthero, diuino scilicet Prophetæ, impunè ista omnia licent: Nulla in eo arrogantia, nulla impietas, nulla blasphemia, pares cum mundi saluatore ortus, pares laudes, spemque, gloriamque sustinere. Vt quo Spiritu hic Propheta regatur, cui numini viam paret, si quis adhuc videre se neget, talpa cæcior, ac verè Cimmerijs Ægyptijsq; tenebris inuolutus esse deprehendatur.

Luth. in Actis VVormatiensib. quæ verba tamen hodie præ pudore expūctæ sunt.
Luc. 11. v.17
2 Thessal. 2 vers. 3.

XXII.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

*INnumera prudens * omitto: quæ si particulatim persequi vellem, opus mihi nasceretur Iliade maius. Satis est præcipua referre: quædam autem ceu digito solum ostendere. Certè diuinum illud opus translationis Bibliorum ex Hebræis & Græcis fontibus in linguam vernaculam, nullius non modo hominis oratione, sed ne quidem Angelorum * linguis dignè satis vnquam celebrari potest. Non Oceanus tantam fundit aquarum vim atque copiam, quantum cælestis Sapientiæ, salutaris doctrinæ, viuificæque consolationis, & ad perpetuam salutem necessariæ instructionis, ex hoc perenni latice scripturæ, in nostram conuersæ linguam, largissimis venis atque riuis ad fideles emanat. Quæ res (si nil quicquam aliud hoc seculo Wittenbergæ præstitum foret) vel sola, triumphum sibi festumque diem quodam suo iure deposceret.*

* Bene facis. Iamdudum enim ineptiarũ tuarum tędio pigrescimus.

* Mirum si Dei.

CON-

CONFVTATIO.



NOVVM Iubilæo ſuo fulcrum ex nouo LVTHERI facinore ſubſternit HVNNIVS, tranſlatione ſcilicet vernacula Bibliorum, quam ab eo non feliciſſimè, nec dexterrimè factam, tantis in cœlum laudibus offert, quantis vix quiſquã vnquam ipſum ſacrarum literarum theſaurum, diuinitus humano generi datum, extulit. Vt hic illi non immeritò *Plutarchi* illud monitum, de moderatione in laudibus ſeruanda in mentem reuocare cogar. *Quod ad laudationes,* inquit, *attinet, requirit hoc officium cautionem aliquam & mediocritatem: quando neque exceſſus eo in genere, neque defectus eſt liberalis.* Et paulo poſt. *In laudando non eſt temerè quibusuis vtendum vocibus. Nam Epicurus quoque moleſtus eſt, qui à ſuis familiaribus ad Epiſtolas amicorum tumultus plauſuum excitari ſcribit. Et qui nunc inuſitatas in auditoria introducunt voces, dum acclamant.* Diuinitus, diuino inſtinctu, præclarius, quàm vt æquari ab vllo poſſit: (*quaſi verò ea non ſufficiãt, quib. Plato, Socrates & Hyperides vſi ſunt laudũ Indiciis, rectè, ſapiẽter, verè*) *ii ſupra modum indecenter agũt, dicentesq́; traducunt, quaſi hi ſuperbia impulſi nimias laudes affectarẽt.* O q̃ longè ab hac mediocritate diſtat *Hunnius*, cui nec hominũ nec angelorũ lingua

Lib. de auditio.

Laudum moderatio.

lingua

linguæ prædicandis, nec immensę maris vndę cōparandis maximis fructibus, ex *Lutheri* scilicet versione ad Ecclesiam redundantibus sufficere posse videntur.

Quam etsi absurdam hyperbolen, alii tamen eius quoque familiæ sequuntur. *Matthesius 13. conc. de Luth. Heshusius præfat. in libros de Eccel.* Denique *Johan. Pomeranus* Ecclesiastes Wittebergensis, qui quotannis priuatum domi suæ festum, quod TRANSLATIONIS BIBLIORVM nuncupauit celebrasse legitur. Quam puerilem hominum stultitiam, ne ad viuum resecem, illud nunc scire ex *Hunnio* velim, cur cum Episcopi & pastores Ecclesię institutioni præfecti sint, perq; eos tanquam canales scripturarum latices ad fideles etiam imperitos delabantur, hanc tantam beneficiorum vbertatem non tam nostræ latinæ versioni, qua hactenus semper tot annorum centurias Catholica Ecclesia passim & vbique vsa est, atque etiamnum vtitur, vteturque deinceps, frementibus omnibus Nouatoribus, quam illi vernaculæ Lutheri tam turbidum fluenti totq; sectarum & errorum apud imperitum vulgus autrici asscribat? Sanè vertendi ius quod attinet, non repugnamus, quemadmodum calumniantur hæretici, quo minus in linguas etiam vernaculas scripturæ transferantur, cum in ipso *librorum prohibitorum Indice* eiusmodi librorum lectio ijs è *Pio IV.* conce-

Scripturæ vernaculæ versiones.

concedatur, qui vtiliter, & cum fructu ea vti possunt, facultatemque ab ordinario obtinuerunt. Sed alia interim duo in *Luthero* desideramus, partim quod in vertendo non satis magna diligentia, nec vbique bona fide vsus est, interpolans scripturas, & suæ hæresi fraudulenter accommodans: Partim quod earum lectionem passim omnibus sine vllo vel ætatis, vel pietatis, vel profectus respectu prostituit, adeoque multis semetipsos hoc ancipiti gladio vulnerandi, ac varios tum sibi, tum alijs sinistro intellectu, errores comminiscendi occasionem subministrauit. *Sunt enim*, vt ait Tertullianus, *ipsæ quoque scripturæ ex voluntate ita dispositæ, vt hæreticis materias subministrent, cum legamus oportere hæreses esse, quæ sine scripturis esse non possunt.* Et S. Petrus: *Charissimus*, inquit, *frater noster Paulus, secundum datam sibi sapientiam, scripsit vobis: sicut & in omnibus Epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem.* Atque hæc causa fecit, quamobrem non solum hodie sed & olim ista translatione parturiente magni viri & Principes non optimum de ea augurium fecerint.

De præscr. cap. 39.

1. Cor. 11. 19.

2. Pet. 3. 16.

Henricus Rex Angliæ Epistola ad Saxoniæ Duces: *Literas*, inquit, *has obsignaturo mihi venit in memoriam Lutherum in suis aduersum*

Versio Lutheri optimis quibusque displicuit.

uersum me neniis excusare se, quo minus ad reliqua respondeat, impediri transferendo Biblia. Visum est igitur hortari vos, vt omnium rerum maximè prouideatis, ne id permittatur facere. Nam vt bonum esse non negem in quauis lingua legi scripturam sacram: ita certè periculosum est, ex eius versione, cuius mala fides fidem facit omnibus, id illi studium esse, vt bene scripta malè vertendo peruertat: vt populus ea se legere putet in scriptura sacra, quæ vir execrabilis ab execrandis hausit hæreticis.

Eodem modo inclytus Saxoniæ Dux *D. Georgius* Responso ad hanc Henrici Angliæ Regis Epistolam. *Atqui*, inquit, *hominis scripta, perinde atque nocentissimos hostes à Ciuitatibus pariter & finibus meis, quacunque ratione datur, abarceo. Id quod diligenter adeò persequor, vt cum nuper præter expectationem meam, exiisset Germanica illa noui Testamenti translatio (cuius Epistola quoque tua mentionem facit) eius libri exemplaria omnia quotquot importata ac diuendita fuerant, mea ipsius pecunia, ab iis qui emerant, redimerem. Nimirum quod iam tum animus, hoc mihi dictaret, & diligentior librorum inspectio satis indicaret, ea gratia susceptum à Luthero hunc vertendi laborem, vt hac arte vniuersam scripturam suo commodo translatam, ad dogmata sua confirmanda detorqueret. Nam quia videbat fieri non posse, vt absurda sua illa Paradoxa, veterum Theologorum; à quorum doctrina pariter*

pariter & vita procul abest Lutherus, scitis astrueret, scripturæ simplicitate aliquoties in alienum atque adeo repugnantem sensum flexibili, ad eum modum abuti instituit. Quod autem consilium callidius aptiusque ad simpliciorum animos captandos capere potuisset, quam vt vniuersam Noui Testamenti scripturam, nouo genere, tum interpretationis, tum annotationis in suum iudicium deflexam, velut hamum esca tectum vulgo porrigeret?

Non minus *Ferdinãdus Archidux Austriæ,* Imperialis Vicarius, aliique Principes Catholici, vidẽtes subdolo illa homo cateruatim homines in *Lutheri* sectam pertrahi, editis mandatis præceperunt, vt quicunque subditorum Nouum *Lutheri* Testamentum, aut quoscunque eius libros alios domi secum teneret, publicè comburendos Magistratui traderet. Quod & studiosè factũ est, nec minus piè, quàm cum olim *Ephesii* Magicos libros cõtulerunt cõburendos, quorũ pretium computatũ est *denariorũ quinquaginta millium.* Quod enim *Tertullianus* de sui temporis hæreticis scripsit: *Omnes tument, omnes scientiam pollicentur: Ante sunt perfecti catechumeni, quam edocti: ipsæ mulieres hæreticæ; quam procaces, quæ audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes repromittere, forsitan & tinguere.* Et S. Hierony. *Agricolæ, cæmentarii, fabri metallorũ, lignorumq; cæsores, lanarii quoq; & fullones, & cæteri, q. variã supel-*

Act. 19. v. 19.

De Præscr. cap. 41.

Damna promiscuę Lectionis scripturæ.

Epistol. ad Paulin.

supellectilem & vilia opuscula fabricantur, absque Doctore esse non possunt, quod cupiunt. Quod medicorum est, promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vendicant. Scribimus indocti doctique poëmata passim. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi præsumunt, lacerant, docent, antequam discant. Alii adducto supercilio, grandia verba trutinantes, inter mulierculas de sacris literis philosophantur. Alii discunt, proh pudor, à fœminis, quod viros doceant: & ne parum hoc sit, quadam facilitate verborum, imò audacia edisserũt aliis, quod ipsi non intelligunt. Id inquam totũ hoc nostro æuo per inauspicatam Lutheri versionem adeo abundè contigit, vt nunquam abundius. Vidimus cœlestia mysteria publicæ inuerecundiæ prostituta, & sutorum, sartorum, pellionum, mulierum denique curiosarum manibus tractari, exponi ad ludicra & seria violenter quasi obtorto collo trahi, non secus ac si *Catullus* aliquis, aut *Æsopus*, aut *Terentius* per mensas, & Ganeas & compita traheretur. Quam multæ vetulæ Theologis ac sacerdotibus contemptim relatrare, atque illos quasi stupidos præ se contemnare ausæ sunt, quod de *Argula* inprimis nobili fœmina memoriæ proditum est.

Cochlæ. in Act. Anno 22. p. 55.

Sed vt nunc vlcera & varices Lutheranæ translationis nonnihil contemplemur, vir ille

ille iurgiorum data opera multa inibi contra Veterem & probatam Ecclesiæ lectionem immutauit, multa decerpsit, multa addidit, & in alium sensum detorsit: multas adiecit in marginibus passim glossas erroneas atque cauillosas, & in Præfationibus nihil malignitatis omisit, vt in partes suas traheret lectorem. Inuenti sunt igitur ex Germanis, qui ex translatione admissos ab eo passim errores, & mutationes collegerunt, alij supra mille, alij pauciores. Inter quos sane HIERONYMVS EMBSER non solum enormiora Lutheranæ translationis σφάλματα publicè annotauit: verum etiam propriam interpretationem, quæ probato & recepto Ecclesiæ textui latino per omnia consonaret, velut antidoton contra *Lutheri* venena, maxima sua laude, ac singulari Catholici populi vtilitate consolationeque diuulgauit. Cui tanquam succenturiatus accedit D. IOHANNES DITENBERGERVS, cuius proprijssima atque elegantissima totius corporis Biblici Germania versione, quotquot vtiliter ac sine detrimento possunt, omnes Catholici Christiani nobiscum vtuntur.

Ibid. p. 54.

Sed & *Zuinglius* Lutheri versionem respuens, non semel eum scripturarum adulteratarum arguit. Nec non *Martinus Bucerus, si exigit*, inquit, *Lutherus, ne quis à se vlla in re dissentiat, probet se esse Deum. In vertendis* certè

Zuing. Tõ. 2. Respons. ad Luth. libro de Sacrã. fo. 412.

Bucer. Dialog. contra Melancht.

certè & explanandis scripturis, manifesti sunt neque pauci eius lapsus. Verissima vox: quam tamen in præsentia mihi persequi non est propositum. Præstabit id breui spero, iusto volumine, discussis ordine omnibus vniuersæ scripturæ capitibus, Reuerendus in Christo Pater, Dn. MELCHIOR ZANGER, *Præpositus & Ecclesiastes Collegiatæ Ecclesiæ S. Mauritii in Ehingen, &c.* cuius vtilissimam in hoc genere operam breui, vt arbitror, officinæ nostræ Typographicę publica in luce statuent. Nunc hoc nobis concedat *Hunnius*, vt quemadmodum olim *Lutherus* translationem Tigurinam dono sibi à *Christophoro Froschouero* missam iracundè reiecit, neq; aspicere dignatus est, monēs insuper Typographum, ne posthac aliquid huiusmodi sibi mitteret, *se enim libros Zuinglianorum nec recipere, nec legere velle, nec Ecclesias Dei cum eis communicare posse*: Ita nobis eandem meliori iure Lutheri versioni vicem reponere liceat. Neque enim pluris nobis est *Lutherus*, quam *Zuinglius*: & nostræ, id est Sanctæ Catholicæ Ecclesiæ communio, longè maiori hiatu à Lutheranis dispescitur, quã *Cadmæorum* istorum fraterculorum, qui nefarium Christo bellũ inferentes, ipsi intestinis à se odiis & tumultibus diuulsi, iusto Dei Iudicio nullis hactenus *Syncretismis* coalescere potuerunt.

XXIII.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

SED hoc obiter perstringo: quod ex Witenberga nostra solennis Ecclesiarum nostrarum Confessio, in Comitiis Augustanis Anno 30. frequentissimo in consessu Principũ oblata Cæsari, inuictaq́; constantia defensa, eiusq́; sonus ex loco tam illustri tamq́; celebri haud aliter in omni Europa percrebuit, atq; Paulus Apostolus à Thessalonicensibus olim sermonem Domini in Macedonia & Achaia cæterisque locis pertonuisse scribit. Qui dies exhibitæ nostræ cõfessionis, & personantis tubæ Euangelicæ Doctrinæ, ex celebratissimis ante finem mũdi nequaquam postremus est. Stabitq́; * in omnia secula cõfessio nostra, Wittenbergæ primum septendecim articulis inclusa, dehinc dilatata * & Augustæ in totius orbis Christiani oculis atque auribus clarissimam in lucem edita. Stabit, inquam, immota prorsus & inconcussa, quamlibet contra insurgat mundus, tumultuetur Antichristus, ringantur Papicolæ, * fremat orbis & orcus.

*Falleris Hunni: iã iam ruinã minatur.

* Et toties cocta atq; recocta, vt quę iã vera August. cõfess. sit, ipsi Lutherani ignorent.

* Nõ magnopere ringimur, nec magnos tumultus ad tam inclinatam trabẽ prosternendam, mouebimus. Cadet sua spõte.

CONFVTATIO.



IRABAMVR supra, cum huic Iubilæo trutinando manus admoueremus, *Lutheranos*, qui *Augustanam confessionem* tantum non quinti Euangelij loco colunt, & *ad eam*, vt aiunt, *secundum verbum Dei tanquam ad fundamentum religionis suæ referunt, & respiciunt, tanquam ad normam, gubernatricem & iudiciorum regulam*: quam deniq; *Georgio Spalatino* authore tanti faciunt, vt *similem Confessionem* (quod nos nihil abnuimus) *nec ante mille annos, nec ab initio mundi extitisse, nec in vllis Annalibus, nec in vllis antiquis doctoribus reperiri glorientur*: Non tam huic dilectæ & admirabili HELENÆ suæ, quam Academicis natalibus, nescio quid Papisticum adhuc, vt loquuntur redolentibus solennis festiuitatis honorem decreuisse. Sed occurrit huic admirationi nostræ *Hunnius*, duplicemque vna fidelia se parietem dealbasse indicat, confessionis meritis Academiæ Wittebergensi tanquã matri asscriptis, & vtrique suis gratijs vno sacro communiter persolutis.

Colloq. Altenb. f. 464

Luth. Tõ. 9 VVitteb. fol. 411. b.

Sed quod maxime desiderabamus, caussam nullam indicat tantæ suæ & aliorum de isto Confessionis centone existimationis. Mihi certè tanti laboris aut industriæ non videtur, XVII. articulos hæreticos consarcina-

ſarcinare,& ſub ſaluo conductu Chartis illitos, imperialibus Comitijs offerre. Nec tanta inde vtilitas ad rem Chriſtianam manauit, vt cum ſacris iſtis Symbolis, *Niceno, Conſtantinopolitano, Epheſino, & Chalcedonenſi*, in arce poni debeant. Opus ipſum per ſe breue & anguſtum: ſermo ſimplex & tenuis: errores varij & multiplices: authoritas tanquam monſtroſi & infelicis abortus non vſquequaque per orbem latè diſſeminata, ſed anguſtiſſimis angulorum aliquot Germaniæ limitibus circumſcripta: Imò dubia fermè atque ipſis ſui cultoribus ſuſpecta, qui propter varias *Philippi* interpolationes, ſatis euidenter dubitant, quænam hodie ſit vera & ſincera confeſſio Auguſtana. Qua de re haud obſcure *Saxonici* Theologi in *Colloquio Altenburgenſi fol. 402.* cenſuerunt. *Non poſſunt*, inquiunt, *multi pii faſciculum illum librorum Philippi, quem corpus doctrinæ appellant, ſine diſcrimine pro norma doctrinæ accipere. Primò, quia priora exemplaria non habent veram ac Germanam Cõfeſſionem Auguſtanam. Subſtituta enim eſt alia quadã, quæ neq; ſcripta, neq; exhibita eſt Auguſtæ, neq; à ſtatibus Auguſtanæ confeſſionis vnquam approbata. Poſteriora verò exemplaria confundunt ipſa collatione præpoſtera veram cum falſa. Non enim habuit Auctor poteſtatem corrigendi, quod alii ſuum fecerant ſubſcriptione & exhibitione. Præterea Philippus adeò ſubinde mutare auſus* Dubium de genuina Auguſt. Confeſs.

est confessionem, vt tandem Sacramentariis fenestram aperuerit, qua in eam irrepserunt: Verè. Nam proximo ab editione Augustana Anno, quæ Catholicam sententiam rectè expresserat, *Corpus & sanguinem Christi verè sumi sub speciebus Panis & Vini*, Wittenbergensis editio iam *Caluinismum* sapiens ait, *corpus & sanguinem Christi verè distribui vescentibus in Cœna Domini*. Quorum verborum inuolucro, qui non obesæ planè naris est, facilè omnem Caluinistarum fraudẽ latere odoratur. Annis sequentibus diuersis ferè prælis ac ciuitatibus, diuersæ confessiones prodierunt, alia *Argentorati*, alia *Haganoæ*, alia *Ratisbonæ*, alia *Wittenbergæ*, alia *Jenæ*, alia *Augustæ*, alia *Wesaliæ*, alia *Norinbergæ*, tot semper verbis & particulis inflexis, ablatis, additis, immutatis, & nouo alienissimo sensu indutis, vt tot istas varietates non solum insignis vir *Andreas Fabricius Leodius* integro libro, quem *Harmoniam confessionis Augustanæ* vocat, persecutus sit, sed & ipsi Lutheranorum Coryphæi, vt paulo ante monuimus, in dubium & controuersiam vocarint, quæ sit vera & Germana Confessio Augustana. Nam *Altenburgi* in plena Synodo hac de re longissima & molestissima habita est disputatio, his Lutheranis vnam, illam aliam præferentibus, vbi post valdè multas differentias vnius Confessionis ab altera, (vt quod Principes in conuentu *Naoburgensi* vni voluerint sub-

Colloq. Altenb. f. 462

scri-

ſcribere, non alteri: quod hæc *Sacramentariis*, *Antinomis*, *Maioriſtis* rimam aperuerit, non illa: quod recentior articulos quoſdam mutilet, vt de cœna Domini: vel deprauet, vt locum de libero arbitrio: denique quod antiquior & verior magis Lutherizet, recentior autem magis Philippizet:) Tandem hæc coronis ſubnexa eſt: *tam frequentem mutationem confeſſionis, ſcandalum obieciſſe infirmioribus, vt dubitarent de fundamentis religionis; & ſine dubio multos abſterruiſſe, ne ſua iſti confeſſioni ſe adiungerẽt.* O quam callide iſta omnia diſſimulat HVNNIVS & Lectorem interea ventis paſcit, id eſt commemorandis ijs, quę laudem Auguſtanę Confeſſionis parum illuſtrare poſſunt.

Primum enim quid hoc ad rem facit, quod eam frequentiſſimo Principum conſeſſu Cæſari oblatam ſcribit? Nonne hoc magis Imperatoriæ Maieſtatis clementiam, quam Lutheranorum innocentiam arguit? cum nemo neſciat, nefandiſſimas ſæpe cauſas etiam optimis Principibus officii cauſa proponi: & ijſdem comitijs *Confeſſionem Zuinglianam* per quatuor Imperialium Ciuitatum Oratores, *Argentinenſis*, *Conſtantienſis*, *Memmingenſis*, & *Lindauienſis*, quæ ſectam Zuinglii ſequebantur, Imperator oblatam clementiſſimè acceperit. Hoc igitur ſi poteſt, iactet Hunnius, Confeſ. Auguſt. nō exhibitam tantum, ſed & principum iudicio

assertam & comprobatam fuisse. Quod sanè *Lutherus* pro sua impudentia scribere veritus non est, *Epistola consolatoria ad expulsos Lipsenses. Hic*, inquit, *est Principalis articulus, ex quo omnis nostra fluxit doctrina, & tam clarè in lucem prodiit, vt etiam* Augustæ *coram Cæsare confessa & cognita sit, quod in scripturis sit fundata, & ipsi aduersarii* * *coacti sint fateri, quod per sacram scripturam confutari nō queat.* Sed quam falsò illud & mendaciter, non solum ipsius Cæsaris ac Catholicorum Principum in Augustanam confessionem publicè extans Elenchtica CENSVRA docet, sed & PHILIPPVS MELANCHTON, qui *Luthero* Edicti VVormatiensis metu ab vrbe abstinente, atque in munitissima interim arce *Coburgensi* latitante, comitijs interfuit, omnemq; *Lutheranorum* causam instar primarij ducis egit, moderatusque est, atque omnium ibi gestorum quàm maximè fuit conscius. Is igitur *lib. 1. Epistol. ad* IOHANNEM OBERBVRGERVM, Caroli V. Secretarium, hunc in modum scribit. IN COMITIIS AVGVSTANIS TRISTI ET ATROCI SENTENTIA CONDEMNATI SVMVS. Quibus similia verba apud ipsum *Lutherum* extant, *Tom. 9. fol. 463.*

*Falsum. Imò falsissimum.

Luth. Præmon. ad dilectos suos German.

Sed & ipsius *Lutheri* furibundus atq; insanus aduersum Comitia clamor, satis euidenter docet, secundum quem illic pronunciatum fuerit. *O infelices*, inquit, *omnes, qui*

ex parte

ex parte Papæ Augustæ fuistis. Pudori eritis cunctis successoribus ac Posteris vestris, qui non poterunt iucunde audire nomina vestra, quod habuerint tam infelices maiores. O turpem Dietam Imperialem, qualis nunquam vel celebrata vel audita fuit, nec vnquam celebrabitur audieturue, propter tam turpem actionem, &c. Sed rectius clamasset ille Stentor: O infelices omnes, qui ex parte *Lutheri* vnquam fuistis, siue *Augustæ*, siue *VVormatiæ*, siue *Spiræ*, siue vbicunque deniq; terrarum! Pudori eritis omnibus posteris vestris, quibus abominationi erit inauspicatum nomen vestrum. O turpem hæresin *Lutheranam*, qualis nunquam à primordio fidei audita est, nec puto tot erroribus fœcunda audietur, donec in arenam prodeat Magnus ille hæreticus, filius perditionis, cuius tu *Luthere* præludia facis. *Christus enim venit colligere, tu venis soluere. Quomodo non negas Christum in carne venisse, qui dirumpis Ecclesiam, quàm ille congregauit? Contra Christum ergo venis: Antichristus es.* S. August. tract. 6. in Ioan.

Iam quod ait porro *Hunnius*, August. Confessionem istam inuicta constantia defensam, de conatu quidē pertinaci (sic enim constantiam illam interpretor) concedo, de successu ac victoria nego. Nam huc vsque muri vestri hiant *Hunni*, & turres labant, & tota Troia ad ruinam inclinat. Quin & Hector vester *Melanchton* adeò trepidè se ac Chytræus in histo. August. Confess.

 formi-

formidolosè in totis Comitiis gessit, vt perpetuis ferè lachrymis maderet, & in plurimis veritati Catholicisq; cederet, quo nomine postmodum à *Luthero* atq; aliis tanquam proditor causæ pessimè audiit. Cuius *Lutheri* minas & ferulam, non secus ac dictatoris alicuius aut *Orbilii* toto vitæ eius tempore reformidare coactus est.

VVolff. in hist. Augu. Confess. p. 603.

Augustan. Confessionis celebritas.

De sono *Augustanæ Confessionis* ex loco tam illustri in omni Europa percrebescéte, modestior est *Hunnius*, quam *libri Concordiæ* compilatores, qui in Præfatione superbissima voce iactant, meretriculam istam *toto orbe terrarum percrebuisse, & in ore ac sermone omnium esse cœpisse.* Quod quam longè à veritate absit, iam supra abundè ostendimus: Et *Hunnius* veritati propior, ꝓ toto tã vasto orbe, minimam eius particulam Europam selegit: neque idipsum tamen sine ingenti Hyperbole, cum præter *Germaniam*, *Galliam*, *Angliam*, *Belgiam*, *Hyberniam*, *Scotiam*, cæteri Europæi, nihil vel parum admodum de hac fama perceperint, atque ipsæ iam nominatæ Prouinciæ suis peculiaribus confessionibus litantes, præsertim qua *Caluinum* & *BeZam* sequuntur, authoritatem Confess. Augustanæ non pluris quã ipsi Catholici faciant. Qua de re *Caluinus Epistol. 313. Augustana* inquit *Confessio, vt scis, fax est vestra furia ad excitandum incendium, quo conflagrat tota Gallia. Sed quærendum est, quorsum*

Caluinistę flocci faciunt August. Conf.

quorsum obtrudatur, cum semper eius mollities cordatis displicuerit, auctorem eius pœnituerit, & in plerisq; locis accommodata sit ad peculiarem vsum Germaniæ. Omitto, quod eius breuitas, & obscura, & præteritis quibusdam maximi momenti capitibus mutila est. Cæterum absurdum esset, neglecta confessione Gallorum, illam accipere.

Eodem modo *Beza Epist. 1. De Confessione Augustana fateor, illam nobis in quibusdam nõ satisfacere, atq; adeò in nonnullis, ac præsertim in cap. de Cœna Domini, non probari, nisi commoda interpretatione leniatur, quod etiam eruditissimos quosq; videmus facere.* Idem protestati sũt An. 1557. die 8. Octo in conuentu VVormatiensi VVilhelmũs Farellus Ioan. Budæus, Theodorus Beza.

Deniq; *Anonymus* quidam Author in libro, qui inscribitur: *Animaduersiones in nouum doctrinæ corpus: Confessio Augustana neq; fuit primò conscripta, generali omnium Principum, Ordinumq; Germaniæ nomine & consensu, sed septem duntaxat Principum, & duarum ciuitatũ: neq; postea nisi paulatim, modò ab his, modò ab illis approbata est. Itaq; sine Ecclesiastica disquitione & examine admitti non debet: nec vnquã fuit recepta ab Ecclesiis Heluetiorũ, vel eorum qui iis fœdere iunguntur. Ergo non potest esse Symbolum Ecclesiarum reformatarũ. Et si esset, subiaceret adhuc Ecclesia vniuersalis examini & iudicio per verbum Dei.*

Postremò ꝙ de perpetuitate Confessionis suæ iterum auguratur *Hunnius* eã staturam immotã prorsus, & inconcussã, *quãlibet*

contra insurgat mundus, tumultuetur Antichristus, ringantur Papicolæ, fremat orbis & Orcus: Ego quidem de orbis & Orci, Antichristi & mundi aduersum se fremitu securum esse *Hunnium* iubeo, cum non nesciat, pręsidio hos duces hęreticis, non terrori esse solere. Operibus enim lucis insidiantur, non tenebrarum, quæ ex suo ingenio fabrefacta, vberibus potius nutrienda, quam telis infestanda norunt. At Ecclesiam, quam Papicolam vocat, *ringi* non diceret, nisi ipse maleuolo rictu distentus, eorum ex numero esset,
Psal. 2. v. 1. 2 quos Psaltes ait *fremere aduersus Dominum, & meditari inania aduersus Christum eius*. Sanè habet Ecclesia Mater, quod de tam funesto plurimarum animarum interitu doleat, habet quod de tantis malis idoneo remedio propellendis cogitet. Ast magnos ciere motus, maria terrasq; opplere milite non tenetur, cum iam ipsum sua infirmitate flaccescere hostem, ac temporis medela putrefactas hæreses multorum ex animis sponte cedere videat. Vt nos meliori iure contra *Hunnium* sic auguremur: Victuram Romanam Ecclesiam, ac Deo benedicente breui Catholicam Matrem prisca sua hæreditate potituram, euanescente *Lutheranismo*, computrescente *Gentilismo*, labascente *Caluinismo*, nutante *Arianismo*, atq; omni deniq; hæreseon torrente ad finem properante, quamlibet contra insurgat mundus, tumultuentur Antichristi

christi præcursores, ringantur Dæmonicu-
læ, fremat deniq; orbis & orcus.

Atq; id ipsum coarguendis stolidissimis Lutheri vaticiniis sufficit, q vt supra quoq; sub ingressũ hui⁹ libelli meminim⁹, fastuoso spiritu, & petulanti audacia doctrinæ suæ (si Diis placet) perpetuitatem, Romanæ vero Ecclesiæ ruinam minatus: *Quid conducit* inquit *contra fluminis impetum pugnare, ac tenere quod neq; vult, neq; potest teneri? Hoc certe vel palpari potest, cum Ecclesiasticus status ex cordibus hominum abierit, ac vsq; adeò contemptus sit: non esse sperandum vllam fore vel requiẽ vel cessationem, nisi ex oculis quoque abeat. Sed quanto magis tenetur ac reputatur, tanto plus irridetur ac parui penditur: Quid ergo prodest, tali pertinacia homines eo magis incitare, ac irritare contra seipsum: præsertim, cum Deus ipse sententiam vltionemque vrgeat, Ecclesiasticos eradicaturus. Sicut ait Psal. X. Perdis impios, vt etiam nomen eorum in æternum pereat. Actum est, Ecclesiasticus status permanere * non potest, multo minus ad honorẽ redire. Deus tetigit eum, oportet ipsum interire. Hoc, & non aliud.* Iterum *Confessione de Cœna Domini* contra Zuinglium. *Missa* inquit, *Ecclesiarum collegia, Monasteriaq;, Deo dante, cito iacebunt.* Deniq; *Pomeranus* in fine funebris suæ ad populum orationis, hanc quoq; stultam *Lutheri* Prophetiam iactitat,

Pestis eram viuus, moriens tua mors ero Papa.

O mi-

Epistol. ad Card. & Archiepi. Moguntinũ.

Phrasis Lutheri, vt aliâs quoq; seruata.

* Falleris vates, manet, rumpantur vt Ilia Codro.

In Conuiuial. p. 317.

O miserum tristemque vatem, qui nulli magis viuus mortuusque, morsque pestisq; fuit, quam miseræ animæ suæ, quæ pestilenti hæreseos lue iugulata, & horribilibus inferorum pœnis mactata,

Vir. 6. Aen

Hic exercetur pœnis, veterumq; malorum Supplicia expendit:

S. Bernhar in quodā Sermone.

V bi *clamat pilosus ad pilosum, unus ad alium, dæmō ad dæmonem: percute, dilacera, interfice, velociter spolia detrahe, citò prædare, infer prunas, & ebullientibus impone libetibus.*

S. Cyprian de vni Ec-t. ●les.
S. Gregor. in Moralibus.

Interim papa viuit, Roma stat, *Ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit: tanto valentius in veritate refecta, quanto ardentius pro veritate fatigata.*

XXIV.
ÆGIDIVS HVNNIVS.

A*Tq; hic transitum facimus ad alterum beneficium priori connexum, merito itidem suo celebrandum. Recte canit Poeta:*

Non minor est virtus, quam quærere parta tueri.

Magnum est in Academia nostra cælitus accensam esse Euangelii lucē, huiusq; radiis illustratam Ecclesiam Christianam. Non minus autem est sacrosanctum illud depositum in tantis furoribus Satanæ & mundi sar-

di ſartum tectum potuiſſe conſeruari, & ad nos vſque tranſmitti. Quid enim non molitus eſt Diabolus, quo lucem Euangelicæ doctrinæ rurſus extingueret? Huc ſpectabat, quod ſectarios immiſit, quod diſſidia excitauit in negotio religionis, conflato infelici certamine Sacramentario, excitato ad oppugnationem doctrinæ ſanæ Carolſtadio, *poſt* Zuinglio, Oecolampadio, Suenckfeldio, Anabaptiſtarum, *aliorumque fanaticorum multiplici lerna atque hydra: quorum omnium conatus, ſi præſertim ſpiritum, quo agebantur, conſideres, ad excidium veræ doctrinæ per D. Lutherum ceu poſtliminio reductæ, tanquam ſcopum vnicũ collineabat. Quin idem accidit Luthero, quod Paulus Apoſtolus ſuo tempore futurum ominabatur: ex vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe: Et ſicut olim ex Eccleſia Antiochena* Paulus Samoſatenus, *ex Alexandria* Arius, *ex aliis nobiliſſimis Eccleſiis alii exorti ſint hæretici: ſic ne quidem noſtra Cathedra Academica potuit ab eiuſmodi hominibus eſſe prorſus immunis, quin poſt*

mortem

mortem Lutheri, nouum exoriretur hominum genus, in eadem cathedra dogmata, à Lutheri doctrina planè diuersa profitentium, atq; nihilominus impio conatui nomen abutentium ipsius Lutheri. Hinc noui procusi catechismi, hinc infelix ille partus, in ipso propè partu iugulatus & confossus, quod στερέωμα seu fundamentum, Grundfest/ *sese vocitabat, hinc alii venenati libri, quibus Nestorii hæresis velut ex orco resuscita, studiosissimam iuuentutem miserandum in modum inficiebat, ita vt ex VVittenberga sub alieno pallio atq; nomine* Caluinismus *longius latiusque fuerit disseminatus, quàm* Caluiniani *ipsi suis ex nidis propagare multo tempore potuissent.* Et quidem aliquoties hoc molitus *est Sathanas, vt Academiam hanc constitueret adamati sui* Caluinismi *sedem & arcem, ex qua virus suum in orbem Christianum plenis cataractis effunderet: idq; tam immani conatu, vt bis terue de puritate doctrinæ cœlestis, in articulo personæ Maiestatisque Domini nostri Iesu Christi actum videretur & conclamatum. Semper autem Deus misericorditer respexit hanc verbi sui cathedram,*

thedram, ſemper ὡς ἀπὸ μηχανῆς tantis malis medicinam fecit, detectis illorum hominum dolis occultis, & machinationibus illorum, prouida cura magiſtratus, & ſalutari vigilantia ſincerorum Doctorum repreſſis & diſſipatis. Interim verò diſſenſionum iſtarum cauſa & culpa, tam non eſt impingenda doctrinæ per Lutherum nobis redditæ, quam nec exortæ olim hæreſes conferri poterant in doctrinam Apoſtolorum: ſed & hic & illic valet dictum Ioannis: Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis: ſi enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtiq; nobiſcum.

CONFVTATIO.



ERE prudenterq; à *S. Cypriano* ſcriptum eſt, Epiſtola ad Iubaianum, *Hæreticos eſſe ſimias Catholicorum.* Quemadmodum igitur Catholici Scriptores inter veræ Eccleſiæ ſigna perpetuam quoque durationem & conſeruationem, inter medios vel hoſtiũ enſes, vel ſubdola hæreticorum venena, cũ primis numerant: Ita *Hunnius* hanc domus Dei teſſeram ſuæ quoq; Synagogulæ peruersè aptare cupiens, mirabilem eius conſeruationem & durationem per LXX. circiter aut LXXX.

Bellarm. lib. 4. de notis Eccleſ. c. 6.

annos (proh tempus infandum) narrare incipit. Ac quo maiorem res admirationem mereatur vtrumque infestationis genus distincte persequitur, per hæreticos primum ac falsos fratres: Postea per arma hostilia.

Hæreticos hoc capite itidem duplices cõmemorat, partim externos è longinquo arcem religionis Lutheranæ impetentes, partim intestinos & domesticos, clanculum sub falsa specie in ipsis Lutheranismi visceribus Lutheranismum odiosè arrodentes, & astute Caluinismo permutare cupientes. Quorum vtrorumque præcipui sunt CALVINISTÆ & ANABAPTISTÆ. De quibus vt ordine pro instituti ratione aliquid dicamus, ante omnia pessulum, quem ingressui nostro obdidit *Hunnius*, remouere necesse habemus. Enim verò conscius sibi tam infaustæ hæreseos suæ fœcunditatis, quę instar vberis *Ægypti* messes integras hęreticorum, ad imaginem & similitudinem sui paucis annis produxit, hanc omnem prolem vno iudicio abdicaturus, Apostolorum vaticinia, & primitiuæ Ecclesiæ exempla allegat: vbi ex
Act.20.30. ipsismet Catholicis exsurrexerunt *viri loquentes peruersa, & abducentes discipulos post se* De quo hominum genere postea S. Ioan-
1.Ioan.2.9. nes, *Ex nobis* inquit *exierunt, sed non erant ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent vtiq; nobiscum.*

Sed frustra tergiuersatur *Hunnius*, nõ minus

nus

hus ac *Lutherus* ipse, totius huius odiosæ familiæ proauus. *Nunc* inquit *temporib. nostris, quum videremus scripturam sub scamno iacere, ac Diabolum mero stramine ac fœno humanorum præceptorum nos tenere captiuos, atq; illudere: Voluimus per gratiam Dei huic rei consulere: & profectò cum ingenti ac difficili labore reduximus in lucem scripturam, humanisque præceptis valediximus, nosq; liberos fecimus, & Diabolum effugimus, quamuis egregiè restiterit atq; adhuc resistat. Attamen artis suæ non obliuiscitur, & inter nos quoque aliquid seminis sui occultè immiscuit. At circa hoc non obsistet, sed incipit à minimis, nempe à Sacramẽtis, &c.*

Luth. in libro quod verba adhuc firma stent.

O durum atq; immisericordem Patrem, natiuam sobolem suam, suo semine prognatam, suo studio educatã, suo victu pastuq; altã, crudeliter nunc abdicantem, ac Diabolo Patri asscribentẽ! Nonne recordaris *Luthere*, te ipsis *Zuinglianis* & *Anabaptistis* primũ spiritũ vitamq; dedisse? te luxuriante stylo tuo, atq; ore procaci materiam illis fomentaque subministrasse? vt non minus tui sint *Anabaptistæ*, tui *Caluinistæ*, tui *Suenckfeldiani*, tui Cyclopum alii plurimi, quam genuina tua proles est VBIQVITARIA ILLA ERINNYS, quæ tædis suis ardentibus non paruum Patriæ nostrę olim incendium attulit, atq; etiãnum afferre satagit. Qua de re pulchrè olim *Ioannes Cochlæus, lib. de Christo. Quid* inquit

Lutherũs Parens; omniũ hodiernorũ hæreticorum.

prodest, occidere Suermeros rusticosque Lutheranos, superstite librosq; disseminante Luthero? Ipse enim radix, germinans (vt Moyses ait) fel & amaritudinem. Ipse est radix amaritudinis, vti Apostolus vocat, sursum germinans, per quam inquinantur multi. Ipse est radix colubri, de qua egrediuntur reguli, quorum nunc sibilos blasphemos nimium exhorrescimus. Frustra igitur, ô Principes, ramos surculosque malæ huius arboris exciditis, si radicem ipsam, nouo semper fœtu amaritudinis sursum germinare sinatis. Excisa autem radice, rami surculiq; mox vltro marcescerent. Id enim & ipse fatetur ac iactitat. Papistæ putant (inquit) *quod & ego propemodum credo, si non esset Lutherus, Suermeros quàm citissimè tenues fore, atq; in abditum abrepturos. Quamuis igitur verbis nunc vehementer contra suos contendat Suermeros: re tamen ipsa nihil minus, imò longe plus nocet ipse, quàm Suermeri. Ex eius enim doctrina pullulant illorum articuli.*

Deut. 29. Heb. 12. Esa. 14.

Luth. contra Epist. Regis Angliæ, Tom. 6. VVitteb fol. 551. b.

Atq; huius rei fatentẽ habemus ipsũ *Lutherum*, Epist. ad M. Nicol. Hausmannum. *Quamobrẽ* inquit *ista ab eo* (Duce Georgio) *non feram, qui* LIBEROS E CORPORE MEO GENITOS, *Absalones meos ferre cogor: qui vehementissimè atque acerrimè mihi resistunt ac contradicunt. Intelligo* SACRAMENTARIOS, *præ quorum furoribus Papistas mites & modestos iudico.* Similia habet *Tom. 1. VVitteb. fol. 298. a. & tom. 6. VVitteb. fol. 450. b.* Sed ne id

Tom. 9. fol. 234.

nos

nos de ſolis Sacramentariis intelligere videamur, age de omnibus Sectariis, quorũ hic mentionem *Hunnius* facit, demonſtrem⁹. Ac primum quidem ANDREAS ille CAROLSTADIVS, olim Archidiac. VVitteb. ſummuſque atq; aureus Lutheri amicus, quid fecit; cur tã infauſto hæreticorum albo inſcribi mereretur? *Luthero* in fictitia ſua *Pathmo* abſente, ſacras è templis imagines exturbauit, priſcũ Miſſæ ritũ abrogauit, nouã de cœna Domini ſentẽtiã excogitauit. At didicerat iſta omnia à *Luthero*, qui etſi *magnam barbariem & inſignẽ ignorantiam eſſe ſcribit, Chriſti & Apoſtolorũ imagines ſine diſcrimine è templis eiicere:* tamen & ipſe non ſemel Eccleſiã tanquã fanũ Idololatricũ inceſſit, & *Sanctos in terra viuẽtes vt gemmas, mortuos vero vt ligna pronunciauit*, imò vt mera idola, & eorum cultores vt Idololatras. Ipſe Miſſam tanquã *rupẽ Papatus**, *cui innitantur Monaſteria, Epiſcopatus, Collegia, Altaria, Miniſteria, Doctrinæ:* immò tanquã *Antichriſti** *Idolũ, cuius auditu omnes Chriſtiani exterreri debeant, & cruce munire ſeſe, tanquam contra Diaboli abominationem:* denique tanquam *ſummum ſuum & capitale flagitium**, *quo annos quindecim in clauſtro grauiſſimè Deum offenderit*, damnat, execratur, & anathematizat. Poſtremò ipſe de Sacramentis tã dubiè & flexiloquè locutus eſt, vt ex verbis eius non minus ſępe *Carolſtadii, Zuinglii*, & *Caluini*, quam *Lutheri* ſententia

Carolſtadius quicquid fecit, à Luthero didicit.

Luth. tom. 4. in Mich. c. 1. fol. 69.

Luthe. in Serm. de Nat. Marię de Sancta Cruce, &c.

*Lib. cont. Henric. Reg. Angl.

*Epiſt. Ger de Miſſa.

* Confeſſ. de Cœna Domini.

eliciatur, quemadmodum ex ſequentibus patebit. Quid ergo? diſcipulus *Lutheri* genuinus eſt *Carolſtadius:* quem cum damnat *Hunni9*, Lutherũ cum eo damnet neceſſe eſt.

Iam ſecundo loco *Zuinglius*, *Oecolampadius*, & clandeſtini Caluiniſtæ VVitteb. quid fecerũt? Reiecta Lutheri de Sacrament. ſententia, & reali inprimis præſentia Dominici corporis in S. Eucha. repudiata, nouã de cœna Dom. ſententiã cõmenti ſunt, atq; omnia figuris repleuerunt. Quid id mali? Didicerãt vniuerſa ex *Luth.* qui cũ q doceret, certi nihil haberet, variato ſingulis momentis ſermone, omnium ſe intellectui idoneum reddebat, adeoq; Caluiniſmi paſſim ſemina manifeſtiſſima ſpargebat: quod inductione paruæ erit operæ demonſtrare.

Caluiniſtarum ſent. de Sacrament. ex Luthero hauſtam, per partes demonſtratur.

Nam 1. de natura Sacramentorũ didicerũt ex Luth. CALVINISTÆ, Sacramẽta nihil aliud eſſe, quam externa viſibilia ſigna, quæ ad fidem inſeruiant & alliciant, *Tom. 1. Ie. fol. 180. b. & fol. 204. b.* Seu ſigilla verbi Dei, per quæ Deus promiſſionem gratiæ nobis ſignificet, obſignet, pignoret, confirmet, & certã reddat, *Tom. 1. fol. 370. b. 310. 371. a. lin. 12. & fac. b. lin. 3. & fol. 370. b. & fol. 183. b. & fol. 315. b. & fol. 185. a. & fol. 205. b.* Non ſecus ac ciuilib. teſtamentis non ſolum verba ſcripto conſignentur, ſed etiam ſigilla & Notariorum ſigna appendantur, quo res certior ſit, & maiorem fidem mereatur. *Tom. 1. fol. 310. a.*

Deinde

Deinde didicerunt ex Luth. Caluiniſtę in Sacramẽtis nihil aliud, quã in verbo offerri, nempe promiſſionẽ Euangelii, ꝙ Deus propter Chriſtũ peccata remiſſurus, vitamq; æternam donaturus ſit: *In Poſtilla, par. Hyber. Anno 40. fol 329. b. Auguſt. Conf. art. 13. tom. 2. fol. 25.* Aut quod communionem cum Chriſto & omnibus eius bonis habere debeamus. *Tom. 1. fol. 205. b. & fol. 184. a. & b.* 2.

Tertio didicerunt ex Luthero Caluiniſtæ: hanc promiſſionem caput ac theſaurum omnium Sacramentorum eſſe: item Nouum Teſtamentum, de quo Chriſtus in cœna loquatur: *Tom. 1. fol. 310. b. 312. a. 182. b. tom. 4. fol. 470. §. 3.* Neque aliter quam fide percipi poſſe. *Tom. 1. fol. 370. & ſeqq.* Eſſe enim meram promiſſionem & in orali, & in uiſibili verbo *Tom. 1. fol. 184. a. & fol. 370. b.* Vbi autem promiſſio ibi fides interueniat neceſſe eſt, ne Deum mendacem facias. *Tom. 1. fol. 370. b.* 3.

Quartò didicerunt ex Luthero Caluiniſtę externum Sacramentorũ vſum neminem iuſtificare aut ſaluare, ſed fidem eius, quod in Sacramento promittitur & ſignatur. *To. 1. fol. 370. a. & 371. b. & ſeqq.* Quemadmodum viceuerſa nemo damnetur propterea, quod Sacramenta corporaliter non perceperit, modo ea non contempſerit, *Tom. 1. fol. 370. b.* 4.

Quinto didicerunt ex Luth. Caluiniſtæ: Sacramenta V. & N. Teſtamenti, ſignis tantum differre, Patres eandem nobiſcum eſcã, 5.

ſcilicet Chriſtum, comediſſe, & eundem fructum percepiſſe: quia edere & bibere ſpiritualiter, nihil ſit aliud, quam credere verbo Dei ac ſignis. *Poſtilla parte Hyberna. fol. 275.a.*

6. Sextò didicerunt ex Luthero Caluiniſtæ, panem in Altari, ſolum ſignum eſſe, ſicut & Baptiſmum, nec quicquam prodeſſe, niſi iam antea panem de cœlo deſcendentem interius comederis. *Concione in Feſto Corporis Chriſti Anno 23.* Quæ tamen verba in editione *Anno 29.* non habentur: Sicut in editione *Anno 40.* tota iſta Concio omiſſa eſt. Item hanc manducationem nihil aliud eſſe, quam credere in CHRISTVM, quod nobis factus ſit à DEO ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio & redemptio. *In Poſtilla parte Hyberna. Anno 29. folio 99.* Caro enim non prodeſt quicquam, verba quæ loquor, ſpiritus & vita ſunt: Id eſt, Luthero interprete, corporalis manducatio carnis nihil prodeſt, ſed fides, quod hæc caro Filii Dei ſit, qui propter nos è cœlo deſcenderit, ſuũque ſanguinem pro nobis profuderit. Itaq; carnem Filii Dei manducare, & ſanguinem eius bibere nihil aliud eſt, authore eodem, q̃ credere, carnẽ ei⁹ pro me traditã, & ſanguinẽ eius ꝑ me effuſũ eſſe, &c. *Ibid. fol. 102. b.* Itaq; nõ datur, inquit, tibi Chriſtus in manus, nec poniť tibi in arcula, nec porrigiť tibi in os, ſed offerť tibi ĩ verbo Euãgelii & Sacramẽtis.

In-

In Postilla part. 2. Anno 40. p. 75. a. Item verba Christi HOC EST CORPUS MEVM, quod pro vobis traditur, ita intelligenda sunt, ait idem, ac si diceret: En, tentaris variis peccatis, accipe hoc signum, quo tibi promitto, me peccata tua in me suscepisse, & iustitiam meam tibi donasse. *Tom. 1. fol. 206. a.* Perinde enim ac ciui datur signum, aut literæ, aut tessera, ex qua certus sit, se iure ciuitatis donatum: Ita in hoc Sacramento homini à Deo ipso per ministrum certissimum signum datur, sanctę cum Christo & omnibus eius bonis habendæ communionis. *Tom. 1. fol. 205. b.* 7.
Postremò vt huius generis multa & varia omittamus, didicerunt ex Luthero, Caluinistæ: cœnam in mensa, non in Altari celebrãdam, *Tom. 2. pag. 26. a.* Panem frangendum, nec sine fractione vllam rectè cœnam peragi posse, *Tom. 2. fol. 23. b.* Denique Sacramentum non ore sed manibus à ministro accipiendum. *Tom. 2. fol. 73. a. & b.* &c. Quæ omnia sunt ipsissimus neruus & medulla *Caluinismi*, & *Zuinglianismi*, quem quotiescunque oppugnant *Lutherani*, sciant se hæresin quidem *Berengarii*, iure summo oppugnare, sed tamen hęresin suis ex principijs renouatam, hæresin Lutheri sui Præceptoris concionibus olim traditam, adeoq́ue non alienas, sed *suas cum Aiace oues flagellare.*

Proximi sunt Caluinistis ANABAPTISTÆ, qui & ipsi ortus sui originem haud dissimu-

lanter ad Lutherum referunt, teste *Balthasa-*
ro Pacimontano, Principe Anabaptistarum
qui libro quodã disertè professus est, *Luthe-*
rum in eandem secum sententiam conuenire
Cochlæ. in Act. An. 28 p. 178. Aduersus quem etsi *Lutherus* publicè de fa-
cta sibi iniuria protestatus est, tamen quo
quasi regium & Principale Anabaptistarum
inter multos variosque errores, dogma es
Anabaptismus ex Luthero haustus. infantes tanquam fide destitutos & à pecca-
to originali per mortem Christi expurgato
ante annos discretionis prorsus non bapti-
zandos, imò baptizatos, in ætate adulta re-
baptizandos esse, iam dudum ante nos è *Lu-*
theri penu profectum, *Iohannes Cochlæus*
Septicipite demonstrauit. Nam dum scrib
Lutherus ad *VValdenses* seu *Piccardos* Bohe-
miæ, inter alios animaduersionis articulo
& hunc commemorat, quòd paruulos bapti-
zent ad futuram fidem, quam adulti conse-
cuturi sint. Aitq; præstare, prorsus omitte
Baptismum in parnulis, quam baptizare sin
fide: quia Sacramenta neq; debeant, nequ
possint sine fide accipi. Si vero sine fide acc
pias Sacramentum, magno tuo malo acc
pias. *Huic vestræ* (inquit) *doctrinæ opponim*
nos verbum Christi. Qui crediderit, & baptiz
tus fuerit, saluus erit, &c. Sic & in *Cochlæum*
scribens, ait idem Lutherus. *Non negamu*
paruulos esse baptizandos, nec asserimus eos Ba-
ptismum accipere sine fide: sed dicimus, ad ba-
ptismum eos credere per vim verbi, quo exorc

zantu

zantur, & per fidem Ecclesiæ eos offerentis, & eis fidem orationibus suis impetrãtis. Alioqui meræ & intolerabilia essent mendacia, quando baptizans à paruulo quærit, an credat? non baptizaturus, nisi vice eius respondeatur, credo. Vt quid interrogat an credat, si certum est, eos non credere, vt Cochlæus contendit? Esto, Augustinus sic aliquando dicat: sed Coechlao satis sit, esse sic ab homine dictum. Nos volumus hoc dictum diuinis testimoniis probatum. Quin asserimus, paruulos prorsus non esse baptizandos, si verum est, eos in baptismo non credere. NB.

Audin? expedita ratio: si infantes in baptismo nõ credunt, ait *Lutherus*, nõ sunt baptizandi. Atqui scriptura teste, & Sanctis Patrib. affirmantibus, quin & experientia astipulante, infantes in baptismo non credunt, nec per ætatem credere possunt, subsumit rectè Anabaptista. Ergo irrefragabilis iam eiusdem consequentia erit, infantibus baptismum non esse concedendum. Eligat vtrum velit Hunnius, vel *Anabaptistas* tanquam germanos suos fratres, eodem Patre natos, iniquè à se in hæreticorum album referri: vel damnandam *Lutheri* inconsideratam vocem, sine fide propria irritum Baptismum pronunciãtis. Nam de cætero, infantiũ scilicet ad credendũ inhabilitate, dubiũ nullum esse potest, cũ scriptura dicat, & ratio dictet, *infantes nullũ boni & mali discrimen nosse:* Deut. 1.
Sãcti insuper Patres testẽtur, *paruulos fide & sensu* Ionæ vlt.

sensu fidei destitui, atque adeò sine sensu sanctificationis sanctificari. Nec iuuat exemplum *Iohannis Baptistæ*, qui singulari miraculo in vtero ad vocem Dei genitricis exultauit: quoniam *vna hirundo non facit ver*, nec miracula in regulam trahenda. Aliquando enim etiam *asinam Balaam legimus sapienter locutam, nec tamen ob id admonemur homines in consiliis asinina expectare consilia*, quemadmodum argutè *S. Augustinus* Epist. 57. ad Dardanum respondit. Ostendimus duas nobilissimas seculi huius sectas, Anabaptistarum & Caluinistarum (nam de cæteris, Arianis, Suenckfeldianis, &c. promptum quidem sed longum esset ostendere) *Luthero* parente vel tutore gaudere: adeoque frustra *Hunnium* hanc à Præceptore suo infamiam amoliri conari, quasi ista zizania sine omni ipsius culpa agros *Germaniæ* oppleuerint, ad morem Sāctorum Apostolorum ac Patrum, quibus inuitis, nescientibus, nolentibus, nec serentibus, nec stercorātibus, nec humectantibus varii errorum tribuli, lappæque in ipsis Ecclesiæ iugeribus enati sint. Alienissima hæc à Luthero ratio, qui hominis furiosi instar aut ebriosi, possessione mentis deiectus, aut alioqui nouorum semper deliriorum ruminatione vagus, eodem ex ore diuersa sæpe & aduersa placita eructans, & semina & fomenta inimicissimorum suorum hæresibus suppeditauit.

Aug. Epist. 23. & Tract. 80. in Ioh. & lib. 4. de Baptis. c. 24 & libr. 1. de peccato. meritis c. 20. Nazia. Oratio. in Sanct. Lumina vide Bellarmin. lib. 1. de Baptis. cap. 11.

Vt de

Vt de Apoſtolis quidem & Sanctis Patribus dicere liceat illud, quod de ſuaueolentiſſimis floribus dicitur, apes ex illis mel, araneas nocentiſſimum venenum exſugere. At de Luthero hoc, ἐκ σκίλλης οὔτε ῥόδα φύεται. id eſt: *è Squillis non naſcitur roſa.* Et illud alterum: κακοῦ κόρακος, κακὸν ὠόν, Id eſt, *mali corui, malum ouum.* Denique quod propius huic argumento ſcripſit *Tertullianus. Mentior ſi non etiam à regulis variant inter ſe, dum vnuſquiſque proinde ſuo arbitrio modulatur, quæ accepit, quemadmodum de ſuo arbitrio ea compoſuit ille, qui tradidit. Agnoſcit naturam ſuam, & originis ſuæ morem, profectus rei. Idem licuit Valentinianis, quod Valentino, idem Marcionitis quod Marcioni, de arbitrio ſuo fidem innouare. Denique penitus inſpectæ hæreſes omnes in multis cum auctoribus ſuis diſſentientes deprehenduntur.* De Præſcr, cap. 42.

XXV.
ÆGIDIVS HVNNIVS.

CÆterum vt contra impetum Sectariorum Deus hanc almam Scholam benigniſſimè protexit, ſic non minus potenter & clementer eam tutatus eſt, contra vim omnem hoſtilem. Vt de immanitate Turcica *nihil dicam, quæ toti Germaniæ, patriæ noſtræ*

stræ carissimæ, πανολεθρίαν ab aliquot seculis minatur atrocissimè: & nihilominus tanquam Dei manu retardata semper est atque repressa: Certè Pontificiorum *colluuies nullam sub sole ciuitatem tam oderunt* * *acerbè, tam cupiunt euersam funditus, quam nostram hanc VVittebergam.*

* Meritò. Nam & Dauid ait Ps. 138. nonne qui oderūt te domine, oderam, & sup inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderā illos & inimici facti sunt mihi. Et Psal. 100. Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.

Quodque lapis adhuc manet super lapidem, id non illorum voluntati, sed æterni Dei clementi protectioni acceptum ferendum est. In bello Smalcaldico, *cum post partam victoriā, Cæsar* Carolus, *&* Ferdinandus *Rex, huiusq; frater, cum Hispano milite oppidum nostrum, adeoque templum hoc nostrum ingrederetur:* * *quis tum ciuis ab hoste victore & furente milite non extrema quæuis metuenda esse putabat? quis sepulchrum* Lutheri, *quem Pontificij & viuum oderant acerbissimè, & mortuum nullis non diris deuouendum statuebant, quis corpus eius, quis ossa intacta mansura somniare saltem poterat? Sed ecce, Deus misericors, qui corda Regum, omniumque filiorum hominum in sua manu continet, hosti superbienti ceu frænum immisit, & diuino suo nutu, ceu retinaculo quodam*

*En hominem impium, qui exhibitam sibi humanitatē & clementiam ingratissime in Calumniam vertit.

quodam cohibuit, victoriæque insolentiam sic moderatus est, vt nemo quisquam, non modò ciuium, sed ne præsidiariorum quidem militum, qui more belli hostium loco haberi, & ad vnum omnes contrucidari poterant, tantillum læderetur, Lutheri quoque sepulchrum & cadauer intacta prorsus & inuiolata manerent. Taceo nunc breuitatis studio, bellorum motus alios, & tempestates Germaniæ sæuissimas, sub quibus omnipotẽs Deus hanc scholam sub alarum suarum vmbra benignè protexit, & tanquam annulum signatorium in manu sua, imò ceu pupillam oculi custodiuit, insperato prorsus & incredibili planè beneficio: vt de ea non minus atque olim de Hierosolyma dici possit ex Psalmo, populari concione heri explicato: Magnus Dñs & laudabilis valde, *in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius. Mons Sion* (sic etiam Witteberga nostra) *surculus amœnus, gaudium vniuersæ terræ. Ad latus Aquilonis sita est ciuitas Magni Regis. Deus in Palatijs eius* (templis & domibus) *notus est, quod ipse sit refugium. Quoniam ecce Reges congregati sunt, & transierunt, simul commoti sunt,*

Psalm. 47.

VVitteberga mons Sion. Ridete ô Germani lepedum interpretem.

ſunt, conturbati ſunt: tremor apprehendit eos, ibi dolores vt parturientis. Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei noſtri: Deus fundauit eam in ſeculum. Expectamus, ô Deus, miſericordiam tuam in medio templi tui: ſecundum nomen tuum: ſic & laus tua in fines terræ. Iuſtitia eſt plena dextera tua. Lætetur mons Zion, exultent filiæ eius: propter iudicia tua, Domine. Circundate Sionem, & complectimini eam, numerate turres eius: firmate muros, & ſublimate palatia eius, vt narretur in progenie altera: quoniam hic Deus, Deus noſter in æternum: ipſe ducit nos, vt Iuuentam.

CONFVTATIO.



ALTERVM perpetuitatis Lutheranæ argumentũ petit *Hunnius*, ab hoſtiliũ armorum fruſtratione, quæ, non minus quã hæreticorum lanceas, aduerſus Lutheranos hebetata, omni ſucceſſu caruiſſe, nec vel tantillum Euangelij curſum remorata ſatis magnificè gloriatur, adeò vt in Pſalmum etiam præceps feratur, & *Hieroſolymorum* atque *Sionis* firmitudinem aquilonari

lonari *VVitteberga* suæ tribuat: propterea quod canat Psaltes, *Mons Sion, latera Aquilonis, Ciuitas Regis magni.* Ridiculè equidem, atque ad ingenium priscorum *Donatistarum*, qui partium meridionalium incolæ, cum nulla de Ecclesiæ Iura idoneis testimoniis demonstrare possent, ad illud mysticum in Canticis recurrebant: *vbi pascis, vbi cubas, in meridie?* Sed S. Augustinus, vaticinans quasi de *Hunnio* aliquo, qui contrario furore arreptus, Aquilonis latera allegaturus esset: *Noli*, inquit, *talia quærere, quia etsi in partibus Aquilonis esset pars Donati, quæ contrariæ sunt partibus meridianis, diceret de se esse dictum: Montes Sion latera Aquilonis, ciuitas Regis magni. Nam vtique ciuitas regis magni, non est nisi Ecclesia, & hoc potius indubitanter sonat Ecclesiam, quàm illud: vbi pascis, vbi cubas in meridie? Sed fortasse illo testimonio*, Marcion *hæreticus vteretur, qui dicitur, Ponticus fuisse, quæ partes ad aquilonem sunt. Rursus si in occidente esset pars Donati, diceret de se esse dictum*: Iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen est illi. *Fortassis enim sublimius esse diceret, ascendit super occasum: quam cubat in meridie. Hæc mystica sunt, operta sunt, figurata sunt, aliquid manifestum, quod interprete non egeat, à vobis flagitamus.*

Cant. 1.
De vnitat. Eccl. c. 24.
Psalm. 77.

Sed antequam hanc digrediar, duo ista scire ex *Hunnio* velim. Vnum quamobrem

Hunnius truncat verba psalten.

 verba

verba illa ab initio Psalmi omiserit: *Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Sion?* Nonne enim hæc de gloria Ecclesiæ Christianæ insignis istius Psalmi gemmula est? At parum nempe apta isti corollę, quam hic *VVitteberga* suæ nectebat *Hunnius*. Angustiora quippe eius pomœria sunt, quam vt fundamenta eius cum exultatione vniuersæ terræ iaciantur. Et tamen ita impudẽs est *Hunnius*, vt simpliciores Psalmum non inspecturos dolo circumuenire, ijsque veteratoriè persuadere conetur, *VVittebergam* esse *Sionem*: haud aliter nempe, ac hodie *Tusculum* est *Roma*, Alterum, cur cum nescio quam mirabilem in solis LXX. aut LXXX. aut vt liberalius agamus, centum Annis durationem Ecclesiæ suæ sibi imaginetur: tam diuturnã S. Catholicæ Romanæ Ecclesiæ per annos amplius sesqui mille, inter tot aculeatos hęreticos, inter tot furibundas tyrannorũ phalanges, inter tot funestissimas clades & grauissima pericula constantiam ac firmitatem cæcis oculis intueatur? Nonne vel hoc solo argumento cognoscere poterat, se argumẽtando fallere, ac quam Ecclesiæ laudem VVittebergæ suæ venabatur, soli vrbi Romanæ debere, quę à Principio huc vsque variarum calamitatum victrix, variorum hæreticorum domitrix & expultrix, etiamnum caput per Dei gratiam erectum gerit, atque inter ignobiles Sectariorum greges lucidissimo splendore fulget,

Velut

——— *Velut inter ignes*
Luna minores. Horatius.

Nunc tandem ad propositum. Duo iterum armatorum hostium genera, præ quibus tuta illæsaque manserit sua VVitteberga, proponit Hunnius, Turcas & Papistas: Turcis certè magnam Papistis maiorem iniuriam inferens. Turcæ enim quid vnquam molestiæ Lutheranis attulerunt, soli Catholico Imperatori vexando intenti, ac Lutherum nescio quo nomine medio in odio amanter complexi: quod *Solimanni* vox testatur: cuius hoc aliquando votum fuisse aiunt: *vtinã iunior esset Lutherus, sentiret me sibi clemẽter addictum.* Credo propterea, quod eum non semel receptui Christianis ex Vngaria cecinisse audiuisset.

Iohan. Aurifaber lib. ad 11. ciuit. Imp. Mathes. in cõcion. de Luthero.

Sic enim *Lutherus lib. contra Bullam Cœnæ Domini, articulo VI.* in quo excommunicantur omnes, qui Turcis aut Saracenis ferrum & arma bellica apportant aut vendunt. *Quorsum*, inquit, *conducit corporaliter prohibere Turcam? Quid mali fecit, occupat Prouincias, & gubernat temporaliter. Ad hoc ipsum à Papa quoque nos pati oportet, qui & corpus & vitam nobis excoriat, quod Turca non facit. Ad hæc permittit Turca vnumquemque in fide sua permanere, quod Papa non facit: sed cogit vniuersum mundum a fide Christi ad sua Diabolica mendacia, vt regimen Papæ, in corpore, bonis & animæ, decies*

Luth. vetat belligerari aduersus Turcam.

Tõ. 2. Ien. fol. 58. b.

Tõ.6. witteb.fo. 577 b. & 779.a. Tõ. 2. Ien. fol. 58. Tõ.2.Ien. fol.435. Confer Tõ.2.witt. fol.533. a.& 268. a. & Tom. 6. VVitt.fol. 176.b.589.b & Tom. 1. Ien. f. 429 a. Tom. 7. VVit.f.130 b. Tom. 2. VVit.f.536. b. vbi ait: cont. Turcã pugnare, est repugnare Deo, nisi tanti p cũ iniqtates nostras. Habeat ergo sibi Luther' quod scribit ipse Tom. 1. VVitteb.f. 559. Qui cũ Turca facit, abnegat Christũ

nimirum peius sit, quam Turca: & si Turcam expugnare velimus, à Papa incipiendum nobis esset.

Item lib. contra duo mandata Imperialia circa finem. *Oro omnes pios Christianos, dignentur simul precari Deum, pro eiusmodi miseris & excæcatis Principibus, quibus nos Deus tribulauit, in magna proculdubio ira. Ne sequamur eos ad proficiscendum, aut ad contribuendum contra Turcas. Quandoquidem Turca decies & prudentior & probior est Principibus nostris: Quid huiusmdi fatuis contra Turcam prosperè succedat, qui Deum tam altè tentant, & blasphemant? Hic enim vides, vt miser mortalis vermium seu tarniorum saccus, Imperator, qui vitæ suæ nec vno ictu oculi certius est, impudenter se iactitat verum & supremum Catholicæ fidei defensorem.* Et in confutat. Determina Doctorum Paris. Impressa Norinberg. Anno 1525. *Vt liberè animum meum aperiam, hoc apertè de me prædico, quod tàm inuitus Turcam gladio impeterem, quam Christianum fratrem.*

Atque hanc Lutheri sententiam multi quoque discipulorum eius secuti sunt: *Alexander Vtzinger* concionator Smalcaldicus, in libello contra reformationem in Franconia. *Jacobus Andreæ*, in concionibus suis de Turca: Denique vt multos alios taceam, *Georgius Maior*, hoc disticho:

Aut

Aut potius Turcam Dominum experiamur, vt illi
Sit censius: Pietas saltem sit libera nobis.

Atque his principiis asscribendam dicunt funestam illam *Ludouici Vngariæ Regis* cladem, qui omni Germaniæ subsidio destitutus, Anno 26. à Turca miserè fusus, fugiendo in lacu quodam periit, atque aditum immanissimo Tyranno in Germaniam nostram patefecit.

Sanè Anno XXIX. imminente iterum Turca Germaniæ, ne planè in Patriam proditionem moliri videretur *Lutherus*, libellum Germanicum edidit, *de bello contra Turcas*. In quo, vt *Cochlæus* ait, ita suadet bellandum esse, vt magis absterrere ab eo bello Christianos videatur, quàm ad illud incitare. Etenim multis ibi verbis ac foliis queritur, iniquè damnatum fuisse à Papa Leone X. illum articulum suum: *Præliari aduersus Turcas, est repugnare Deo, visitanti iniquitates nostras per illos.* Inter multa sanè alia sic ait. *Interrogetur rerum experientia, quàm prosperum nobis hactenus fuerit, bellum cum Turcis gerere, quando tanquam Christiani, & sub nomine Christi pugnauimus, donec tandem Rhodon totamque penè Vngariam, adhuc multam Germaniæ partem amisimus. Atque vt sentire ac palpare possimus, Deum non esse nobiscum ad bellandum contra Turcas: nunquam adhuc dedit Principibus nostris tantum*

Cochlæ. in Act. Anno 29. p. 200.

animi, aut Spiritus in mentem, vt vel semel potuerint serio de Turcico tractare bello, quamuis plerique aut pene omnes conuentus Imperiales, eam ob causam fuerint indicti ac celebrati. Nusquam enim res vult disponi aut concludi, vt appareat Deum irridere conuentus eiusmodi, ac sinere, vt Diabolus eos impediat ac gubernet, donec Turca opportuno tempore adrepat, Germaniamque absque labore ac resistentia disperdat. Quare fit hoc? propterea nimirum, vt meus articulus, quem Leo Papa damnauit, indemnatus efficaxque permaneat. Multis prætereà propositionibus incessit & criminatur atque calumniatur ibi, Papam, Imperatorem, Reges, Principes, Episcopos, maximè vero curiam Romanam. E quibus CXXXVI. extraxit *Iohannes Cochlaus*, qui ipse quoque *Dialogum* tum edidit, de *bicipite Luthero*, contrarias eius de bello Turcæ inferendo, & non inferendo sententias, publicorum ipsiusmet scriptorum testimoniis confirmans.

Sed vtcunque sit, placuerit siue displicuerit LVTHERO Turcica expeditio, hoc in confesso est, parum molestiæ Lutheranos à Turcico acinace percepisse, atque etiamnum percipere: vnam Catholicam Matrem, inuictissimi Imperatoris auspiciis, ac Sanctissimi Pontificis subsidiis, omnia istius tyranni tela obuio pectore excipere, atque ab aris focisque Germaniæ, à iugulis ingra-

grati∬imorum hæreticorum huc vſque arcere.

Iam ſecundo loco noſtrum (quos Pontificiorum colluuiem pro ſua in Pontificem Maximum, Cæſaream Maieſtatem, atque alios Illuſtri∬imos Romani Imperij Proceres modeſtia, verecundiaque Hunnius vocat) in *VVittebergam* ſuam hoſtilem animum conatumq́;, quod dicendo tantopere exaggerat, profecto συκοφαντικῶς fallit fallitur-que. Nam quod olim *Cochlæus* Pomerani Epiſtolæ ad Anglos reſpondens: *Niſi Rex* inquit *Anglorum verè Chriſtiano animo manſuetus ac clemens eſſet, magisque ad donandas propter Chriſtum, quàm ad vlciſcendas gladio vltore iniurias inclinatus: Iam pridem profectò nidum veſtrum, ſimul cum omnibus coruis & vpupis eius, euertiſſet funditus. Hoc enim illi haud difficile factu fuiſſet, cum polleat tantis & viribus opibusque & amicis. Quod ſi gens illa, non minus ſanè ferox & bellicoſa, quàm celebris & opulenta non eſſet tam longè naturæ terminis à ſpelunca veſtra diſiuncta: haud dubium eſt, quin egregiè vindicatura eſſet, & ſuas & Regis ſui, quas euomuiſtis ex antro illo, teterrimi caci, iniurias.* Id nos multo maiore iure de vniuerſa Catholica Eccleſia, tam longè lateque ad omnes mundi plagas diffuſa, tantisque per DEI gratiam neruis roboreque inſtructa, dicere po∬emus, ſi HVNNII futilitati in hunc tam

Cochlæ. in Act. An. 26. pag. 139.

odioſum nos campum prouocantis, obſequi vellemus. Sed Principum virorum Officium eſt, Martem tractare, ſcholaſticorum Muſas. Ego de Religione diſputare didici, non pugnare. Interim quod in gratiſſimo ore Catholicorum clementiam, bello SMALCALDICO WITTEBERGENSIBVS, atque ipſis LVTHERI cineribus exhibitam, non vt voluntariam Chriſtianæ manſuetudinis pietatem, ſed vt iniectum nolentibus diuinitus frœnum perſtringit HVNNIVS, quis patienter audire poteſt? nonne hoc liquidum hæreticæ obſtinationis atque inuidiæ argumentum eſt, luculentiſſimam Catholicorum virtutem, ac victoriæ etiam aduerſus hoſtes miſericordiſſimam moderationem non laudibus, vt decebat, proſequi, ſed calumniis etiam arrodere clanculum, ac tantum non vituperiis inceſſere? Nonne HVNNI, ſi victoria non reſpondiſſet Catholicis, ex clade noſtra materiam argutandi captaſſes? Poſteaquam verò victoria cauſæ noſtræ teſtimonium dedit, iſthic figis dentes, vnde gratitudinis pœnitentiæque anſam arripere debuiſſes. O tempora! ô mores! cui ſimilem æſtimabo generationem
Matth. 11. v. 16. 17. iſtam? *Similis eſt pueris ſedentibus in foro: qui clamantes coæqualibus dicunt, cecinimus vobis tibia, & non ſaltaſtis: lamentati ſumus, & non planxiſtis.* Reſecuimus interdum immedicabilia quædam vulnera, ne partes ſinceræ trahe-

traherentur: Et dixerunt; Tyranni sunt, Antichristi sunt. Vicissim clementiam exhibuimus victis, & pepercimus prostratis: Et clamant, ecce hostes diuino frœno ad nos conseruandos coacti. Quàm malè consulis futuris temporibus *Hunni*! Putas posteros, si aliquando copiam vestri iterum habituri sint, huius tuæ ingratitudinis immemores fore? nondum omnium dierum sol occidit, dicebat *Solon Crœso*: quin

Plutarch. in libr. de discrim. adulat. & amici.

——————————*Vltima semper,*
Expectanda dies homini, diciq; beatus.
Ante obitum nemo supremaq; funera debet.

Ouid. in Metamor.

XXVI.

ÆGIDIVS HVNNIVS.

Q*Voniam verò, Auditores humanissimi, horrendum in modum, frendet ac fremit Satanas, tumultuatur ob acceptam plagam Antichristus, dira moliuntur, & sanguinem nostrum sitiunt Pontificii, cum primis Suitæ, ranæ Apocalypticæ, & infernales locustæ, quæ ex abysso, prouolantes accendunt & inflammant animos regum ac Principum in Lutheranos, & nullum non lapidem mouent (etiamsi Scorpius sub vno-*

quoq; dormiat) vt Academiarum Euangelicarum status pulcherrimus turbetur, imò conuellatur, vt data religioni pax annihiletur, vt nos omnes radicitus exterminemur, & deleamur funditus, vt Ecclesiæ præclarissimè constitutæ sub iugum intolerabile Romani Antichristi retrahantur, vt pestilentiæ cathedra reficiatur, vt vulnera, Babylonicæ meretrici, Regum subductrici & populorum, per verbum Euangelij inflicta, sanentur, vt Papatus totus in integrum restituatur, vt (si mundus tam diu consisteret) ipsi suum illum quæstorium Iubilæum maiore numero & vberiore quæstu celebrare, deque nobis deuictis triumphum agere pro suo libitu valeant: Idcircò pœnitenti corde te precamur, æterne D E V S, Pater Domini nostri Iesu Christi, vt delicta nostra, quibus tuam iram sumus meriti, propter sanguinem & mortem Vnigeniti Filij tui Domini nostri Iesu Christi, paterne nobis condones, neque nobiscum agas secundum peccata nostra, neq; secundũ iniquitates nostras retribuas nobis. Confirma quæsumus, ô Deus, bonum hoc quod operatus es in nobis.

Conserua

Conserua Ecclesiam tuam, quã Iesus Christus sanguine suo redemit, lauit & sanctificauit. Domine Deus virtutum, respice de cælo, & vide, & visita vineam tuam, quam plantauit dextera tua. Increpa feram arundinis, congregationem taurorum, conculcantem propter beneplacitum argenti, dissipa gentes, quæ bella volunt. Exurge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant à facie tua, qui oderunt te. Protege & fulci potenti tua dextera clementissimum Magistratum nostrum. Defende illustrissimos nostros Principes, Saxoniæ Duces florentissimos. Sospita cunctos Principes & Magistratus qui verbo Euangelij tui hospitia præbent: Conserua hanc scholam nostram, verbi tui salutarem officinam: benedic laboribus docentium ac discentium, & largire nobis, & posteris nostris, vt te æternum Patrem, vnâ cum Filio tuo Domino nostro Iesu Christo & consubstantiali Spiritu, rectè agnoscamus, tibi vero cultu pie deseruiamus, donec hac vita functi, perueniamus ad ciuitatem illam DEI viuentis, ad cælestem Hierosolymam, ad innumerabilium Angelorum cætum, ad concionem

primo-

primogenitorũ, qui in cœlis conſcripti ſunt, & ad ſpiritus iuſtorum perfectorum, atque vna cum his Sabbathum ex Sabbatho, Iubilæum ex Iubilæo cum perenni Iubilo celebremus, canentes iugiter: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Zebaoth, cui æterno & immortali Principi ſeculorum, inuiſibili, ſoli ſapienti Deo, Regi Regũ, & Domino Dominantium, ſit laus, honor & imperium ſempiternum, Amen.

CONFVTATIO.



TANDEM, Deo duce, hoc Hunnianorum conuitiorum Pelagus emenſi, terram videmus. Sed quemadmodum in cauda draconis nocentiſſimum venenum latet, ita hanc perorationem ſuam *Hunnius* ſine nouarum quarundam criminationum auctario abſoluere non poteſt, in laudatiſſimum præſertim Patrum *Societatis Ieſu* contubernium, tanquam ranas Apocalypticas, & infernales locuſtas, quæ ex abyſſo prouolantes, accendant & inflamment animos Regum ac Principum in Lutheranos &c. debachans: tanto maiori iniuria, quanto exactius hæc Sancti *Ioannis* viſio in prædicãtium Lutheranorum colluuiem quadrat, quem-

quemadmodum infra ex Illustriss. Cardinalis *Bellarmini* Oratione in scholis habita cõfirmabimus. Estq; notanda hic insignis *Hunnii* Antilogia, qui cum Romanam Ecclesiam Antichristianismi, de quo in clangore sextæ tubæ, insimulet, ranas tamen & locustas, quę in quinta tuba longe hæc tempora antegrediuntur, de *Iesuitis* insignibus Ecclesiæ defensoribus, interpretari audet, nihil nec ordinem vaticiniorum, nec applicationis concinnitatem morans. Aut enim *Iesuitæ* ranæ & locustę non sunt, aut Papa, cuius se obedientiæ vnice *Iesuitæ* subiectos fatentur, Antichristus non est, quia diuersarum tubarum vaticinia iisdem conuenire non possunt.

Imperita Hunnii interpretatio ranarũ Apocalypticarum.

Perquam autem apte in *Lutheri* familiam quadrat hic locustarum exercitus, vt *Bellarminus* exposuit. Primum enim *stella de cœlo lapsa*, quid aliud significat, quam hominem cœlesti vitæ addictum à terra longissimo interuallo remotum, sacri cœlibatus, ac Monasticæ professionis splendore & puritate micantem, subitò ad terrenas delitias, atque ad negotia huius mundi delapsum, mortali coniugio implicatum, in carne & sanguine volutatum? qualis *Lutherus* sacrilega ducta Moniali fuit. Deinde *clauis putei abyssi*, quid denotat, nisi insignem quendam clauium S. *Petri*, clauium regni cœlorum hostem, qui Apostolicam Sedem diu noctuque infestãs, puteum antiquarum hæresium aperiat, ac

Prædicantes Lutheranos locustarum Apocalyp. visione apte figurari.

dogmata

dogmata dudum damnata è tartaro reducat?

Tertò *fumus fornacis magnæ*, & *solis aerisque obscuratio*, quid portendit, nisi crassissimas Sectariorum tenebras, confusiones, & errores, quibus sol iustitiæ *Christus*, & sanctissimæ eius scripturæ hoc seculo ita obfuscatæ sunt, vt neque Christum amplius pro Deo aut homine agnoscere, neq; certum aliquem scripturarum sensum habere possis?

Quartò *locustarum* ille *exercitus*, quibus melius conuenire potest, quam prædicantiũ gregibus, qui excussa Romani Pontificis obedientia, sine vllo rege aut capite in spiri-
Prou. 30. tualib. esse volunt? Sicut *locusta regẽ non ha-*
27. *bet, vt egreditur vniuersa, per turmas suas.*

Quintò *Facies locustarum* humana, blanda, muliebris, designat initiũ hæreticæ prædicationis illecebrosum & fucatum. Nihil. n. se dicturos affirmant Nouatores, nisi simplicẽ veritatẽ, ac purissimũ Dei verbũ, nolle se aliquid immutare, vel innouare, sed purgare tantũ nescio quos abusus, ac breuiter doctrinã fidei, & relig. Christianam ad purissimos Euãgelii fontes reuocare. Qua illecebra simpliciores alliciũt, sibiq; attentionem parant.

Sextò *cauda scorpionis*, significat exitũ lethiferum, ac venenatum hæreseos. Nã posteaquam Dei verbum Lutheranus Minister proposuit, continuò illud peruersa interpretatione deprauat, atque ad varios detorquet errores;

errores;& eo modo quasi retorta cauda aculeum infigens, in audientium mentes lethiferum virus infundit.

Septimò *dentes leonum* detractiones sunt, q b.ita Lutherani assiduè literis & sermonib. famã Monachorum, Sacerdotũ, Pontificum, ipsorũ etiam in cœlis regnantiũ Sanctorum lacerant, vt videantur omnem sensum pudoris, atque omnem conscientiam exuisse.

Octauo *corona in capite* locustarũ, superbia atque arrogantia est, qua sese Lutherani super omnes efferunt. *A tempore enim Apostolorum* (ait Luth.) *nullus Doctor aut Scriptor, nullus Theologus aut Iurisconsultus tam insigniter, & clarè conscientias secularium statuum confirmauit, instruxit, & consolatus est, sicut ego feci. Per singularem Dei gratiam hoc certò scio, quoniam neque Augustinus, neque Ambrosius, qui tamen in hac re optimi sunt, mihi in hoc æquales sunt.* Et rursus in sermone de euersione Hierusalem: *Tam copiosè* inquit *prædicatum est a nobis Euangelium, vt ne Apostolorum quidem tempore tam clarum fuerit.*

lib. ad Ducẽ Georg. Hinc Symbolum Lutheri, Cedo nulli. Tom. 1. VVitt. fol. 56.57.

Nonò *pectus lorica ferrea armatum*, obstinationem designat, qua sic Lutherani induruerunt, vt quamuis apertissimè conuincantur, millies tamen mori quam ab errore recedere malint.

Decimò, *similitudo equorum, qui parati videbantur ad bellum*, signum est audaciæ ac temeritatis, qua non semel vniuersos Ca-

tholicos

Luth.asser articul.28. Pag.99.

tholicos in arenam prouocare consueuerũt: quemadmodum supra de Luthero vidimus.

Vndecimò, *Volantes currus* miram indicant velocitatem, quia noua ista secta instar pestiferæ tabis sese per varias regiones effudit.

Postremò, *Rex locustarum, Angelus abyssi,* Lutheranorum anarchiam significat, qui sine omni rege aspectabili, in religione vel maximè, parent illi, qui est *Rex super omnes filios superbiæ*, quique exterminandi officiũ, quod Apollyon significat, abunde in cœli, terræ, Purgatorii, & Gehennæ incolis infestandis expleuit, atque etiamnum explere non cessat. Vt quod sub initium huius Epilogi *Hunnius* ait, horrendum in modum fremere ac frendere Satanam, tumultuari ob acceptam plagam Antichristum, id est Antichristi aliquanto post venturi anteambulones: dira moliri, & sanguinem piorum passim sitire ac sugere impios, id verò libentissimis animis fateamur. Id enim non de Catholicis, sed Lutheranis interpretamur: qui interitui se propinquos videntes, mirum quã in omnes partes se vertant, quã sudent, quàm laborent, quò acceptam à Catholicis plagam tegant, sanent, restituant. Sed fremant, frendeant, tumultuentur, & insaniant Romanæ Ecclesiæ hostes, Lutheranæ locustæ, quantum volunt, operam ludent, caput impingent in hunc lapidem angularem, atq;

ab eo

ab eo conterentur. Sed quod viceuersa nos statui pulcherrimo Academiarum Euangelicarum (quarum pulchritudinem puto anseres vident, & capræ mirantur) insidiari, datam religioni pacem annihilare, Ecclesias præclarissimè constitutas sub iugum intolerabile Romani Antichristi retrahere, pestilentiæ cathedram restaurare, vulnera Babylonicæ meretrici inflicta sanare, triumphum denique proximi Iubilæi de deuictis Lutheranis præmeditari, ait Hunnius: Id saltum formidolosæ locustæ, aut somnium ebrii alicuius esse existimo. Sanè inficias non imus, dari ab vnoquoque nostrum pro Christiana charitate operam, vt erroribus occæcati homines, & à caulis Domini auulsæ oues, & à vite Christo amputati palmites, in pristinum locum reducantur, adeoque regnum Domini floreat, regnum tenebrarum exscindatur. Sed vt fœdera publice icta rumpamus, vt vim hominibus inferamus, vt aulas etiam Principum cruentis & sanguinariis consiliis funestemus, id verò quam longissimè à nobis abesse cognosceret *Hunnius*, si non magis in eo odium, & liuor, & pertinacia, quam certa scientia prædominaretur. Hæret ille semper in antiquo principio tam ridiculo & paradoxo, Papam esse Antichristum, indeque omnia Catholicorum studia, omnes conatus, omnes successus falsissima lance, tanquam tyrannicas

Studium & opera omnium Catholicorum in Lutheranos.

persecutiones, ponderat. Sed cedat aliquando errore tam crasso, patiatur sibi erui trabem malignitatis, alium sensum, aliam mẽtem percipiet, Catholicosque Sacerdotes, atque alios etiam plebei generis, setiò pro incremento domus Domini, & seductorum salute excubantes, eorum in numero esse intelliget, de quibus Dominus in Euangelio.

Matth. 24. v. 45. 46. *Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus suus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem tum venerit Dominus eius, inuenerit sic facientem: Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.*

Epilogus, habens serium pro Hunnio atq; aliis errantibus ad Deum votum.

Atque hanc gratiam, qua maior homini concedi non potest, vt *Hunnio*, totique eius auditorio à Patre luminũ propria eius prece, qua nesciens quid oraret, huic solennitati finem imponere voluit, paululũ in saniora vota reuocata impetremus: Idcirco pœnitenti corde, ac Catholica fide te precamur ęterne Deus, Pater Domini nostri IesuChristi, vt delicta nostra, quibus iram tuam, schismata, errores, hæreses, atq; alia pœnarum flagella sumus meriti, propter sanguinẽ & mortem Vnigeniti Filii tui, Domini nostri Iesu Christi, paterne nobis cõdones, neque nobiscum agas secundũ peccata nostra, neq; secundũ iniquitates nostras retribuas nobis. Confirma quæsumus ô Deus, bonum hoc, quod operatus es in Sanctis tuis. Con-

serua

serua S. Catholicam Ecclesiam tuam, quam Iesus Christus sanguine suo redemit, lauit, & sanctificauit, quam semel super petram fundatam inter mille hactenus pericula, turbines ac procellas, inconcussam conseruauit, seq; ad finem mundi in mediis venturi Antichristi furoribus conseruaturum promisit. Domine Deus virtutum, respice de cœlo, & vide, & visita vineam tuam, quam plantauit dextera tua. Miserere eorum qui fraudibus Satanę circumuēti, atq; hominum impostorum linguis decepti, ab orthodoxa Christiana Catholica fide recesserunt. Iamq; in tenebris ac schismate errant, habētes zelum, sed secundum ignorantiam. Ostende eis vnitatem sanctæ Domus tuæ, atq; reduc illos clementer ad communionem regni Christi tui, qui non in vna tantum Prouincia, sed à mari dominatur ad mare. Tu es, qui sarcis scissuram retium tuorum, qui illuminas omnē hominem, venientem in hunc mundum, volens non aliquos, sed omnes saluos fieri, & Ioan. 1. ad agnitionem veritatis peruenire. Increpa 1. ad Tim. 2. feram arundinis, congregationem taurorū, conculcantem, propter beneplacitum argenti, dissipa gentes, quæ bella volunt. Exurge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant à facie tua, qui oderunt te. Protege & fulci potenti tua dextera, clementissimū Magistratum nostrum, CLEMENTEM VIII. familiæ tuæ in terris dispensatorem, sanctæ


vniuersalis Ecclesię Pontificem Max. quem vt *Petrum* Apostolorum Principem, hodie fidei moderationi præesse voluisti, vt in ipso tanquam capite visibili omnis Christianorum vnitas coalesceret. Defende etiam inuictissimum Romanum Imperatorem, & alios S. Imperii Proceres, quos regnare voluisti super terram: armis veritatis, armis bonę voluntatis corona eos. Obumbra super caput eorum in die belli: Conforta brachia eorum, exalta dexteras, corrobora Imperia, subditos fac illis rebelles, ac sospita cũctos Principes & Magistratus, qui sponsæ tuæ Catholicæ Ecclesiæ, constanter adhærent. Conserua liberales scholas & Academias, verbi tui salutares officinas. Benedic laborib. docentium ac discentium, & largire nobis & posteris nostris, vt in Societatem vnius atq; inuictæ sanctæ Ecclesiæ tuæ Catholicæ, quæ à principio durat ad finem vsque, collecti, te æternum Patrem, vna cum Filio tuo Domino nostro Iesu Christo, & consubstantiali Spiritu, rectè agnoscamus, tibi cum iis quos clementer à viis & sepibus ad cœlestem cœnam reuocaturus es, vt sit Pastor vnus, & vnum ouile, vero ac sincero cultu pie deseruiamus, donec in vnitate fidei hac vita functi, perueniamus ad ciuitatem illam DEI viuentis, ad cœlestem *Hierosolymam*, ad innumerabilium angelorum cœtum, ad Concioné primogenitorũ, qui in cœlis

Psalm. 139.

cœlis conſcripti ſunt, & ad Spiritus Iuſtorum perfectorum, atque vna cum his Sabbathum ex Sabbatho, Iubilæum ex Iubilæo cum perenni Iubilo celebremus, canentes iugiter: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Zebaoth, cui æterno & immortali Principi ſeculorum, inuiſibili, ſoli ſapienti Deo, Regi Regum & Domino Dominantium, ſit laus, honor & Imperium ſempiternum AMEN.

FINIS.

Laus Deo, Beatæq́; ſemper Virgini Mariæ.



quoq; dormiat) vt Academiarum Euangelicarum ſtatus pulcherrimus turbetur, imò conuellatur, vt data religioni pax annihiletur, vt nos omnes radicitus exterminemur, & deleamur funditus, vt Eccleſiæ præclariſſimè conſtitutæ ſub iugum intolerabile Romani Antichriſti retrahantur, vt peſtilentiæ cathedra reficiatur, vt vulnera, Babylonicæ meretrici, Regum ſubductrici & populorum, per verbum Euangelij inflicta, ſanentur, vt Papatus totus in integrum reſtituatur, vt (ſi mundus tam diu conſiſteret) ipſi ſuum illum quæſtorium Iubilæum maiore numero & vberiore quæſtu celebrare, deque nobis deuictis triumphum agere pro ſuo libitu valeant: Idcircò pœnitenti corde te precamur, æterne D E V S, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt delicta noſtra, quibus tuam iram ſumus meriti, propter ſanguinem & mortem Vnigeniti Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, paterne nobis condones, neque nobiſcum agas ſecundum peccata noſtra, neq; ſecundũ iniquitates noſtras retribuas nobis. Confirma quæſumus, ô Deus, bonum hoc quod operatus es in nobis.

Conſerua

Conserua Ecclesiam tuam, quā Iesus Christus sanguine suo redemit, lauit & sanctificauit. Domine Deus virtutum, respice de cælo, & vide, & visita vineam tuam, quam plantauit dextera tua. Increpa feram arundinis, congregationem taurorum, conculcantem propter beneplacitum argenti, dissipa gentes, quæ bella volunt. Exurge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant à facie tua, qui oderunt te. Protege & fulci potenti tua dextera clementissimum Magistratum nostrum. Defende illustrissimos nostros Principes, Saxoniæ Duces florentissimos. Sospita cunctos Principes & Magistratus qui verbo Euangelij tui hospitia præbent: Conserua hanc scholam nostram, verbi tui salutarem officinam: benedic laboribus docentium ac discentium, & largire nobis, & posteris nostris, vt te æternum Patrem, vnâ cum Filio tuo Domino nostro Iesu Christo & consubstantiali Spiritu, rectè agnoscamus, tibi vero cultu pie deseruiamus, donec hac vita functi, perueniamus ad ciuitatem illam DEI viuentis, ad cælestem Hierosolymam, ad innumerabilium Angelorum cœtum, ad concionem

primo-

primogenitorũ, qui in cœlis conſcripti ſunt, & ad ſpiritus iuſtorum perfectorum, atque vna cum his Sabbathum ex Sabbatho, Iubilæum ex Iubilæo cum perenni Iubilo celebremus, canentes iugiter: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Zebaoth, cui æterno & immortali Principi ſeculorum, inuiſibili, ſoli ſapienti Deo, Regi Regũ, & Domino Dominantium, ſit laus, honor & imperium ſempiternum, Amen.

CONFVTATIO.



TANDEM, Deo duce, hoc Hunnianorum conuitiorum Pelagus emenſi, terram videmus. Sed quemadmodum in cauda draconis nocentiſſimum venenum latet, ita hanc perorationem ſuam *Hunnius* ſine nouarum quarundam criminationum auctario abſoluere non poteſt, in laudatiſſimum præſertim Patrum *Societatis Ieſu* contubernium, tanquam ranas Apocalypticas, & infernales locuſtas, quæ ex abyſſo prouolantes, accendant & inflamment animos Regum ac Principum in Lutheranos &c. debachans: tanto maiori iniuria, quanto exactius hæc Sancti *Ioannis* viſio in prædicãtium Lutheranorum colluuiem quadrat,

quem-

quemadmodum infra ex Illustriss. Cardinalis *Bellarmini* Oratione in scholis habita cõfirmabimus. Estq; notanda hic insignis *Hunnii* Antilogia, qui cum Romanam Ecclesiam Antichristianismi, de quo in clangore sextæ tubæ, insimulet, ranas tamen & locustas, quę in quinta tuba longe hæc tempora antegrediuntur, de *Iesuitis* insignibus Ecclesiæ defensoribus, interpretari audet, nihil nec ordinem vaticiniorum, nec applicationis concinnitatem morans. Aut enim *Iesuitæ* ranæ & locustę non sunt, aut Papa, cuius se obedientiæ vnice *Iesuitæ* subiectos fatentur, Antichristus non est, quia diuersarum tubarum vaticinia iisdem conuenire non possunt.

Imperita Hunnii interpretatio ranarũ Apocalypticarum.

Perquam autem apte in *Lutheri* familiam quadrat hic locustarum exercitus, vt *Bellarminus* exposuit. Primum enim *stella de cœlo lapsa*, quid aliud significat, quam hominem cœlesti vitæ addictum à terra longissimo interuallo remotum, sacri cœlibatus, ac Monasticæ professionis splendore & puritate micantem, subitò ad terrenas delitias, atque ad negotia huius mundi delapsum, mortali coniugio implicatum, in carne & sanguine volutatum? qualis *Lutherus* sacrilega ducta Moniali fuit. Deinde *clauis putei abyssi*, quid denotat, nisi insignem quendam clauium S. *Petri*, clauium regni cœlorum hostem, qui Apostolicam Sedem diu noctuque infestãs, puteum antiquarum hæresium aperiat, ac dogmata

Prædicantes Lutheranos locustarum Apocalyp. visione apte figurari.

dogmata dudum damnata è tartaro reducat?

Tertò *fumus fornacis magnæ*, & *solis aerisque obscuratio*, quid portendit, nisi crassissimas Sectariorum tenebras, confusiones, & errores, quibus sol iustitiæ *Christus*, & sanctissimæ eius scripturæ hoc seculo ita obfuscatæ sunt, vt neque Christum amplius pro Deo aut homine agnoscere, neq; certum aliquem scripturarum sensum habere possis?

Quartò *locustarum* ille *exercitus*, quibus melius conuenire potest, quam prædicantiũ gregibus, qui excussa Romani Pontificis obedientia, sine vllo rege aut capite in spiritualib. esse volunt? Sicut *locusta regẽ non habet, vt egreditur vniuersa, per turmas suas.* Prou. 30. 27.

Quintò *Facies locustarum* humana, blanda, muliebris, designat initiũ hæreticæ prædicationis illecebrosum & fucatum. Nihil. n se dicturos affirmant Nouatores, nisi simplicẽ veritatẽ, ac purissimũ Dei verbũ, nolle se aliquid immutare, vel innouare, sed purgare tantũ nescio quos abusus, ac breuiter doctrinã fidei, & relig. Christianam ad purissimos Euãgelii fontes reuocare. Qua illecebra simpliciores alliciũt, sibiq; attentionem parant.

Sextò *cauda scorpionis*, significat exitũ lethiferum, ac venenatum hæreseos. Nã posteaquam Dei verbum Lutheranus Minister proposuit, continuò illud peruersa interpretatione deprauat, atque ad varios detorquet errores;

errores; & eo modo quasi retorta cauda aculeum infigens, in audientium mentes lethiferum virus infundit.

Septimò *dentes leonum* detractiones sunt, q b. ita Lutherani assiduè literis & sermonib. famã Monachorum, Sacerdotũ, Pontificum, ipsorũ etiam in cœlis regnantiũ Sanctorum lacerant, vt videantur omnem sensum pudoris, atque omnem conscientiam exuisse.

Octauo *corona in capite* locustarũ, superbia atque arrogantia est, qua sese Lutherani super omnes efferunt. *A tempore enim Apostolorum* (ait Luth.) *nullus Doctor aut Scriptor, nullus Theologus aut Iurisconsultus tam insigniter, & clarè conscientias secularium statuum confirmauit, instruxit, & consolatus est, sicut ego feci. Per singularem Dei gratiam hoc certò scio, quoniam neque Augustinus, neque Ambrosius, qui tamen in hac re optimi sunt, mihi in hoc æquales sunt.* Et rursus in sermone de euersione Hierusalem: *Tam copiosè* inquit *prædicatum est a nobis Euangelium, vt ne Apostolorum quidem tempore tam clarum fuerit.*

lib. ad Ducẽ Georg. Hinc Symbolum Lutheri, Cedo nulli. Tom. 1. VVitt. fol. 56. 57.

Nonò *pectus lorica ferrea armatum*, obstinationem designat, qua sic Lutherani induruerunt, vt quamuis apertissimè conuincantur, millies tamen mori quam ab errore recedere malint.

Decimò, *similitudo equorum, qui parati videbantur ad bellum*, signum est audaciæ ac temeritatis, qua non semel vniuersos Catholicos

Luth.asser articul.28. Pag. 99.

tholicos in arenam prouocare consueuerũt: quemadmodum supra de Luthero vidimus.

Vndecimò, *Volantes currus* miram indicant velocitatem, quia noua ista secta instar pestiferæ tabis sese per varias regiones effudit.

Postremò, *Rex locustarum*, *Angelus abyssi*, Lutheranorum anarchiam significat, qui sine omni rege aspectabili, in religione vel maximè, parent illi, qui est *Rex super omnes filios superbiæ*, quique exterminandi officiũ, quod Apollyon significat, abunde in cœli, terræ, Purgatorii, & Gehennæ incolis infestandis expleuit, atque etiamnum explere non cessat. Vt quod sub initium huius Epilogi *Hunnius* ait, horrendum in modum fremere ac frendere Satanam, tumultuari ob acceptam plagam Antichristum, id est Antichristi aliquanto post venturi anteambulones: dira moliri, & sanguinem piorum passim sitire ac sugere impios, id verò libentissimis animis fateamur. Id enim non de Catholicis, sed Lutheranis interpretamur: qui interitui se propinquos videntes, mirum quã in omnes partes se vertant, quã sudent, quàm laborent, quò acceptam à Catholicis plagam tegant, sanent, restituant. Sed fremant, frendeant, tumultuentur, & insaniant Romanæ Ecclesiæ hostes, Lutheranæ locustæ, quantum volunt, operam ludent, caput impingent in hunc lapidem angularem, atq;

ab eo

ab eo conterentur. Sed quod viceuersa nos statui pulcherrimo Academiarum Euangelicarum (quarum pulchritudinem puto anseres vident, & capræ mirantur) insidiari, datam religioni pacem annihilare, Ecclesias præclarissimè constitutas sub iugum intolerabile Romani Antichristi retrahere, pestilentiæ cathedram restaurare, vulnera Babylonicæ meretrici inflicta sanare, triumphum denique proximi Iubilæi de deuictis Lutheranis præmeditari, ait Hunnius: Id saltum formidolosæ locustæ, aut somnium ebrii alicuius esse existimo. Sanè inficias non imus, dari ab vnoquoque nostrum pro Christiana charitate operam, vt erroribus occæcati homines, & à caulis Domini auulsæ oues, & à vite Christo amputati palmites, in pristinum locum reducantur, adeoque regnum Domini floreat, regnum tenebrarum exscindatur. Sed vt fœdera publice icta rumpamus, vt vim hominibus inferamus, vt aulas etiam Principum cruentis & sanguinariis consiliis funestemus, id verò quam longissimè à nobis abesse cognosceret *Hunnius*, si non magis in eo odium, & liuor, & pertinacia, quam certa scientia prædominaretur. Hæret ille semper in antiquo principio tam ridiculo & paradoxo, Papam esse Antichristum, indeque omnia Catholicorum studia, omnes conatus, omnes successus fallissima lance, tanquam tyrannicas

Studium & opera omnium Catholicorum in Lutheranos.

perſecutiones, ponderat. Sed cedat aliquando errore tam craſſo, patiatur ſibi erui trabem malignitatis, alium ſenſum, aliam mētem percipiet, Catholicoſque Sacerdotes, atque alios etiam plebei generis, ſeriò pro incremento domus Domini, & ſeductorum ſalute excubantes, eorum in numero eſſe intelliget, de quibus Dominus in Euangelio.

Matth. 24. v. 45. 46. *Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille ſeruus, quem cum venerit Dominus eius, inuenerit ſic facientem: Amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.*

Epilogus, habens ſerium pro Hunnio atq; aliis errantibus ad Deum votum.

Atque hanc gratiam, qua maior homini concedi non poteſt, vt *Hunnio*, totique eius auditorio à Patre luminũ propria eius prece, qua neſciens quid oraret, huic ſolennitati finem imponere voluit, paululũ in ſaniora vota reuocata impetremus: Idcirco pœnitenti corde, ac Catholica fide te precamur ęterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt delicta noſtra, quibus iram tuam, ſchiſmata, errores, hæreſes, atq; alia pœnarum flagella ſumus meriti, propter ſanguinē & mortem Vnigeniti Filii tui, Domini noſtri Ieſu Chriſti, paterne nobis cōdones, neque nobiſcum agas ſecundũ peccata noſtra, neq; ſecundũ iniquitates noſtras retribuas nobis. Confirma quæſumus ô Deus, bonum hoc, quod operatus es in Sanctis tuis. Con-

ſerua

ſerua S. Catholicam Eccleſiam tuam, quam Ieſus Chriſtus ſanguine ſuo redemit, lauit, & ſanctificauit, quam ſemel ſuper petram fundatam inter mille hactenus pericula, turbines ac procellas, inconcuſſam conſeruauit, ſeq; ad finem mundi in mediis venturi Antichriſti furoribus conſeruaturum promiſit. Domine Deus virtutum, reſpice de cœlo, & vide, & viſita vineam tuam, quam plantauit dextera tua. Miſerere eorum qui fraudibus Satanę circumuēti, atq; hominum impoſtorum linguis decepti, ab orthodoxa Chriſtiana Catholica fide receſſerunt. Iamq; in tenebris ac ſchiſmate errant, habētes zelum, ſed ſecundum ignorantiam. Oſtende eis vnitatem ſanctæ Domus tuæ, atq; reduc illos clementer ad communionem regni Chriſti tui, qui non in vna tantum Prouincia, ſed à mari dominatur ad mare. Tu es, qui ſarcis ſciſſuram retium tuorum, qui illuminas omnē hominem, venientem in hunc mundum, volens non aliquos, ſed omnes ſaluos fieri, & Ioan.1. ad agnitionem veritatis peruenire. Increpa 1.ad Tim.2. feram arundinis, congregationem taurorū, conculcantem, propter beneplacitum argenti, diſſipa gentes, quæ bella volunt. Exurge Domine, & diſſipentur inimici tui, & fugiant à facie tua, qui oderunt te. Protege & fulci potenti tua dextera, clementiſſimū Magiſtratum noſtrum, CLEMENTEM VIII. familiæ tuæ in terris diſpenſatorem, ſanctæ

cœlis conſcripti ſunt, & ad Spiritus Iuſtorum perfectorum, atque vna cum his Sabbathum ex Sabbatho, Iubilæum ex Iubilæo cum perenni Iubilo celebremus, canentes iugiter: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Zebaoth, cui æterno & immortali Principi ſeculorum, inuiſibili, ſoli ſapienti Deo, Regi Regum & Domino Dominantium, ſit laus, honor & Imperium ſempiternum AMEN.

FINIS.

Laus Deo, Beatæq; ſemper Virgini Mariæ.

